N 8

Constat 44: b̃ẑ
errata typographica nauseam lectori pariunt.


GAZOPHYLACIUM MEDICUM
Labore re Cluditur
Experientia probatur.

GREGORII THEODORI BARTHOLDI,
MEDICINÆ DOCTORIS ET PROFESSORIS QUONDAM GIESSENI

OPERA MEDICA TRIPARTITA.

QUORUM

PARS PRIMA THEORETICA, ANATOMICO-PHYSIOLOGICAM CORPORIS HUMANI DESCRIPTIONEM EXHIBET, VIRES MEDICAMENTORUM, NEC NON HISTORICAM ILLORUM NOTITIAM, PRÆPARATIONEM ET PRÆSCRIPTIONEM.

PARS SECUNDA PRACTICA, PRAXIN CLINICAM GENERALEM ET EXEMPLAREM,

PARS TERTIA CHIRURGICA, MORBORUM EXTERNORUM HISTORIAM ET CURATIONEM, OBSERVATIONES PRÆTEREA, ET CURATIONES CHIRURGICAS COMPLECTITUR ET TRADIT.

COLLECTA ET PUBLICI IURIS FACTA OPERA ET STUDIO

JOHANNIS JACOBI ROSENSTENGELII,
MEDICINÆ DOCTORIS.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Apud IOAN. MAXIMILIANUM a SANDE.
ANNO M DCC XVII.

ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
ERNESTO LUDOVICO,
HASSIÆ LANDGRAVIO,
PRINCIPI HERSFELDIÆ,
COMITI IN CATIMELIBOCO,
DECIA, ZIGENHEINA, NIDDA,
SCHAUMBURGO, ISENBURGO ET BUDINGA,
&c. &c.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS AC DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME.

OCtavus jam agitur annus, SERENISSIME PRINCEPS, *ex quo a magnifico Dn.' Doctore Valentino in numerum civium academicorum Giessensium relatus, magnisque ibi per quatuor fere annos, & innumeris a Te affectus sum beneficiis.*

Nam ut omittam sub Tuis auspiciis mihi omnia ibi contigisse, quibus ab omni parte beatus esse potuerim; ut taceam sub umbra alarum Tuarum me salvum ibi, tutum & incolumem degere potuisse: non ultimum inter reliqua illa infinita est, quod doctrinam ibi, locumque ad studia, monente Hippocrate, aptum reperire mihi licuerit.

In

In eo enim, SERENISSIME PRINCEPS, *ſemper occupatus es & fuiſti, ut academiam illam rebus ditares omnibus & ſingulis neceſſariis, ut doctiſsimos tantum eligeres viros, quibus munus docendi committeres: quo factum eſt, ut tunc inter cætera illius ornamenta theatro ſuperbiret anatomico magnifice exſtructo; ut hortus quotannis floreret academicus grata florum varietate amœniſsimus; ut ea ſemper Gieſſæ degeret profeſſorum ſeries, quibus doctiores hactenus nulla vidit cultior ætas: unde etiam inde, ceu ex equo Trojano plures viri prodierunt eximia eruditione conſpicui, laudes Tuas deprædicantes non intermorituras.*

Non ultimum inter hos Doctores Bartholdus, cum adhuc in vivis eſſet, tenebat locum, qui poſt meum ex hac academia diſceſſum, paulo poſt vitam cum morte mutavit. Ne igitur grata hujus viri memoria cum ejus vita ſimul extingueretur, in ejus collegiis quondam mihi partim in calamum dictatis, partim etiam ad deſcribendum communicatis edendis hactenus fui occupatus: quæ cum lucem jam videant publicam, SERENISSIMO TUO NOMINI *illa inſcribere & ſacra eſſe volui. Accipe itaque illa,* SERENISSIME PRINCEPS, *fronte ſerena: & oculis intuere benignis animi gratiſsimi teſſeram.*

Exigua illa ſunt, quæ Tibi pro maximis in me collatis beneficiis offerre audeo, &, cum ne debitas quidem, SERENISSIME PRINCEPS, *pro illis Tibi referre queam gratias, ad vota accedo Deum ſupplex oraturus velit illa Tibi compenſare largiſsime.*

Servet itaque Te DEUS T. O. M. SERENISSIME PRINCEPS, *per plures adhuc annos tutum, ſalvum, & incolumem; proſpere Tibi omnia ſuccedere jubeat, eaque largiatur quibus beatus, fauſtus, felix & fortunatus eſſe poteris. Ex animo hæc, & proſpera quævis apprecatur*

SERENISSIME PRINCEPS AC DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME

Tuus humillimus & ſubjectiſſimus ſervus

Johannes Jacobus Roſenſtengelius,
Med. Doctor.

Be-

A. Ω.

Benevolo & æquo Lectori.

S. P. D.

Johannes Jacobus Rosenstengelius,
Medic. Doctor.

QUæ & quanta apophtegmatis illius in studio potissimum Medico: nihil natura tam alte constituit, quo virtus non possit eniti, sit veritas; tantum abest, ut quis ignoret, ut potius unicuique, & me tacente, sole meridiano clarius pateat. Scimus equidem omnes, quotquot etiam in amplissimo hoc universo reperimur, naturæ divitias mysteriorum instar esse absconditas; transeat aurifodinam illam medicam non nisi continuo pariter ac innumero aggredi nos posse labore; Sit

** labo-

labores ejusmodi diurnorum non tantum, ſed etiam nocturnorum nomine deſignari: firma tamen, aureum tandem eruditionis medicæ vellus ſuperatis laboribus, ſummo cum honore deportari poſſe, ſtat ſententia; hoc eſt, ut apophtegmati ſupra citato ſatisfiat: nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti.

Prodeat in conſpectum ex innumera medicorum, qua eruditus cluit orbis cohorte, Beatus Doctor & Profeſſor Medicinæ BARTHOLDVS; Vir, cujus etiam ſolum nomen immortalitati ſe jamdiu tradidit.

Cum adhuc in vivis eſſet, ſuo non tantum exemplo, ſed & alios informando, quid laboribus in curſu medico effici queat, ſatis ſuperque comprobavit. Quid de morte dicamus? Quo inopinatius Vir tantæ eruditionis e medio noſtro diſcedebat, eo certius, etiam in funere ejus nobis relinquebatur teſtimonium: nihil naturam tam alte conſtituiſſe, quo virtus non poſſit eniti.

Liceat

Liceat nobis indubitatam hancce veritatem posteritati Bartholdianæ, hoc est medicinæ studiosis pro exemplo ponere: quod ut eo commodius fiat, comparent hic collegia quædam medica, partim a Beato Professore in calamum quondam dictata, partim privatim, vel alio modo communicata. Accesserunt plurimi casus sub ejus auspiciis resoluti, principiisque ejusdem accommodati, ita ut collectanea hæc operum medicorum nomine publicam in lucem edere nullus dubitaverim.

Textus integer, ut majorem Lecturus sibi promittat utilitatem in periodos, & commata accurate distinctus est, sensuum autem atque rerum selectu digniorum discretio characteris diversitate notata: & præfationes denique indicesque locupletes tam capitum, quam rerum sunt adjecti.

Quod si itaque paroemia Medica suo nondum destructa sit usu: Quo magis teruntur & panduntur aromata, eo majorem de se spargunt odorem; Nullum est dubium fore ut præsentia folia, aroma-

tibus medicis, ad abundantiam uſque impleta, parem ſibi polliceri queant felicitatem. Fruere itaque Lector Benevole nobis cum his operibus. Noſtrum erit, pro virili publico porro inſervire: tuum vero conatus noſtros provehere, & ſi quædam præter intentionem irrepſerint vitia, animo illa emendare benevolo.

Vale.

GREG. THEOD. BARTHOLDI,
MED. DOCTORIS, ET PROFESSORIS
QUONDAM GISSENI

OPERUM MEDICORUM PARS PRIMA

CONTINENS

I. Anatomico-Phyſiologicam corporis humani deſcriptionem.

II. Collegium de medicamentorum proprietatibus.

III. Hiſtoriam materiæ medicæ ſelectæ.

IV. Introductionem ad Chymiam medicam.

V. Collegium de formulis præſcribendis.

ANATOMICO-PHYSIOLOGICA CORPORIS HUMANI DESCRIPTIO.

INDEX CAPITUM.

LIBERI I.

De

Organis motus vitalis.

SECTIO I.

De

Fibris & motu tonico.

SECTIO II.

De

Musculis & motu vitali.

)(2 *SECTIO*

SECTIO III.

De

Ossibus.

SECTIO IV.

De

Organis motui sanguinis dicatis.

PARS I.

De

Thorace & corde.

PARS II.

De

Arteriis illarumque ramificationibus.

PARS III.

De

Venis illarumque ramificationibus.

PARS IV.

De

De sanguine & motu sanguinis.

SECTIO V.

De

Organis respirationi dicatis.

LIBER II.

De Organis ſenſuum.

SECTIO I.

De Illis in genere.

SECTIO II.

De Organis ſenſuum in ſpecie.

LIBER III.

De

Viſceribus ſecretioni animali dicatis.

SECTIO I.

De

Organis chylificationi inſervientibus.

SECTIO II.

De

Reliquis organis ſecretoriis.

LIBER

LIBER IV.

De
Partibus genitalibus, & fœtu.

PROOEMIUM.

MUlta ſunt medico, & futuro practico ſcitu perquam utilia, & neceſſaria, quorum potiſſima capita ex *excellentiſſimi Friderici Hoffmanni fundamentis* hactenus percepiſtis. His itaque fundamentis generalibus poſitis ad magis ſpecialia accedimus initium ab *anatomia*, huicque affini *phyſiologia* facientes, & inde ad medicamentorum cognitionem, præparationem, compoſitionem, & alia progredientes. Dabimus autem hac vice in ſequentibus brevem *corporis humani, ejusque partium deſcriptionem*, adjecto ſimul *uſu, quem illæ in œconomia animali exſerunt*: quod DEUS T. O. M. felix fauſtumque eſſe jubeat.

PROLEGOMENA.

PArtes hominis eſſentiales duæ ſunt *anima* nimirum rationalis, & *corpus* organicum.

II. Anima eſt immaterialis, & immortalis, corpus autem materiale, & mortale.

III. Corporis partes duplicis ſunt generis, *ſolidæ* nimirum, & *fluidæ*.

IV. Ad solidas *fibræ* pertinent, *tendines*, *membranæ*, *cartilagines*, *musculi*, *ossa*, *glandulæ*, nec non reliqua viscera ut *nervi*, *venæ*, *arteriæ*, *vasa lactea*, *lymphatica*, *&c.*

V. Humores laudabiles sunt *sanguis*, *lympha*, *saliva*, *chylus*, *lac*, *bilis*, *semen*, & *spiritus* seu succus nerveus.

VI. Vita hominis consistit in continuata mentis & corporis communione.

VII. Vita corporis versatur in perenni motione partium fluidarum per solidas; sanitas autem in motus æqualitate, & decenti ordine.

VIII. Motu partium solidarum & fluidarum corpus conservatur, aut novum producitur.

IX. Actiones corporis in vitales dividuntur & genitales.

X. Actiones vitales motu vitali absolvuntur, sensu, & nutritione.

LIBER I.

DE ORGANIS MOTUS VITALIS.

SECTIO I.

De Fibris & motu tonico.

Fibræ sunt prima stamina, & filamenta partium solidarum.

II. Fibræ variant tam ratione *substantiæ*, quam *situs* diversi.

III. Fibræ ratione substantiæ *carnosæ* sunt, *tendinosæ*, & *nervosæ*.

IV. Fibræ pro diversitate situs in *rectas*, & *curvas* dividuntur.

V. Ad rectas *longitudinales* pertinent, *transversæ*, & *obliquæ*.

VI. Fibræ curvæ *annulares* sunt, *angulosæ*, & *spirales*.

VII. Fibræ

VII. Fibræ pro diverſitate ſitus, quantitatis, & ordinis varia conſtituunt organa.

VIII. Fibræ tubulatæ transverſim ſibi invicem ſuperſtratæ *tunicam muſculoſam*, ſeu carneam conſtituunt.

IX. *Membranæ nervoſæ & tendinoſæ* conſtant ex fibrillis neruoſis, fiſtuloſis, dilatabilibus, & ſenſibilibus.

X. *Membranæ* partes inveſtiunt, *tunicæ* humores continent, *meninges* cerebrum ambiunt.

XI. Tubuli carnei deſinunt in *tendines*, *ligamenta*, *cartilagines*, & *oſſa*.

XII. Ligamentum *membranaceum* eſt, *nervoſum*, aut *cartilagineum*.

XIII. Omnes partes & vaſa quæ ex muſculoſis fibris conſtant *motu* gaudent *tonico*.

XIV. Motus tonicus fit mediante *pororum relaxatione*, & *conſtrictione*.

XV. Motus tonicus *ſanguinis progreſſum in poros*, & *regreſſum in venas* adjuvat.

SECTIO II.

De *Muſculis & motu voluntario.*

CAPUT I.

De *Illis in genere.*

MUſculus definitur quod ſit *organon motus voluntarii*, & dividitur in *non- formatum* & *formatum*.

II. Muſculus non-formatus dicitur alias tunica muſculoſa. Hunc muſculum nec fibrarum ſitus, nec numerus variat.

III. Muſculi formati non ſolum in externa, ſed etiam in interna corporis regione reperiuntur.

IV. Musculus vulgo in caput, ventrem, & caudam dividitur: rectius autem in duas *extremitates tendinosas*, & *carnem interpositam.*

V. Musculus non-formatus æque, ac formatus *arteria, vena, nervisque est instructus.*

VI. Musculus formatus tunica firma investitur.

VII. Motus musculi a *spiritibus, & humoribus dependet.*

VIII. Ab humorum influxu intumescit *venter musculi*, qui *distentus in latitudinem abbreviatur longitudine*: unde partes annexæ ex *uno spatio in aliud transferuntur.*

IX. Ut aer vesicæ inclusus ingentia pondera tollit: ita *fibræ musculosæ* vi *spirituum inflatæ trahunt ossa per suos tendines.*

CAPUT II.

De
Musculis capitis & colli.

CAput movetur musculis *propriis*, aut *communibus cum collo.*

II. Musculorum capiti propriorum *octo paria* numerantur totidem simplices in utroque latere.

III. Duo paria *caput flectunt*, quatuor *retrorsum ducunt*, & *antrorsum agunt*, duo *circumagunt*, *s. oblique torquent ad latera.*

IV. Musculi caput flectentes sunt duo *mastoidei*, & *duo recti interni.*

V. Musculi caput extendentes sunt utrimque *splenius*, *complexus*, *rectus major*, & *rectus minor.*

VI. Qui caput circumagunt sunt in utroque latere *obliquus inferior*, & *superior.*

VII. *Collum* movetur quatuor musculorum paribus, quorum *duo* illud *flectunt*, & *totidem extendunt.*

VIII. Collum flectunt utrimque *scalenus*, & *longus*, qui in anteriore colli parte siti sunt.

IX. Collum extendunt utrimque *transversalis*, & *spinatus* partem colli posteriorem occupantes.

CA-

CAPUT III.
De Musculis sensoriorum.

QUatuor sensoria in capite reperiuntur *oculus*, *nasus*, *lingua*, & *aures*.

II. Oculus *palpebris* constat, & *bulbo.*

III. Palpebræ utrimque quatuor musculorum paribus moventur, *duobus attollentibus*, & totidem *deprimentibus.*

IV. Bulbus oculi utrimque *sex musculis movetur, quatuor rectis*, & *duobus obliquis.*

V. Musculi recti ab officio & usu morali dicuntur. (1) *attollens s. superbus.* (2) *deprimens s. humilis.* (3) *adducens s. bibitorius & lectorius.* (4) *abducens s. indignatorius.*

VI. Musculi obliqui dicuntur alias *amatorii*: quorum *unus superior*, *& longus* est, alter vero *inferior & brevis.*

VII. Pars nasi mobilis quatuor musculis movetur: *duobus dilatantibus*, & *totidem constringentibus.*

VIII. Infra nasum os occurrit *labiis* constans, *buccis*, *& maxillis.*

IX. Musculi labiorum *communes sunt*, aut *proprii.*

X. Communes sunt musculus *subcutaneus*, *secundi paris nasi*, & *buccinator.*

XI. Musculi labiis proprii ad *unum spectant*, vel ad *utrumque.*

XII. Labrum superius habet duos *attollentes*, inferius *totidem deprimentes*, & *utrimque unum constrictorium.*

XIII. Ad utrumque labium pertinent tria paria *attollens*, *deprimens*, *& gracile.*

XIV. Sola maxilla inferior mobilis est, & *quatuor musculorum paribus* sursum, *unico autem* deorsum movetur.

XV. Paria musculorum attollentium sunt *temporale masseterum*, *alare externum*, *& internum*; *musculus* autem *deprimens est biventer s. digastricus.*

XVI. In oris cavitate *lingua* occurrit cum *osse hyoide*, *uvula*, & *larynge.*

XVII. Lingua componitur ex sex musculorum paribus uti sunt (α) *genio-glossum* (β) *basio-glossum* (γ) *cerato-glossum* (δ) *styloglossum* (ε) *ceratio-glossum* & (ζ) *mylo-glossum.*

XVIII. Ad finem linguæ uvula apparet *duobus musculorum paribus externo*, & *interno* movenda.

XIX. Basis linguæ est os hyoideum, quod per *V. musculorum paria movetur.*

XX. Musculi ossis hyoidis a *situ* dividi possunt in par musculorum (α) *rectum inferius* (β) *obliquum inferius* (γ) *rectum superius* (δ) *obliquum superius* & (ε) *laterale.*

XXI. Græci a termino aquo ad quem vocant primum par *sterno-hyoideum*, secundum *coraco-hyoideum*, tertium *genio-hyoideum obliquum*, quartum *genio-hyoideum rectum*, & quintum *stylo-ceratohyoideum.*

XXII. Infra os hyoides larynx occurrit, cujus cartilagines *septem musculorum paribus*, *duobus externis*, & *quinque internis* moventur.

XXIII. Primum par externum *cartilaginem scutiformem deprimens sterno-thyroides* vocatur, secundum *illam attollit*, & *hyothyroides nuncupatur.*

XXIV. Par primum internum *cartilaginem scutiformem dilatat cricothyroides*, secundum *cricoarytænoides posticam rimam aperit*, tertium *Arytænoides rimam claudit*, quartum *cricoarytænoides laterale rimam aperit lateraliter*, & quintum *Thyroarytænoides laryngem claudit.*

XXV. Auris *externa* est, aut *interna.* Auris externa *quatuor musculis movetur.* Primus illam *oblique antrorsum ducit versus inferiora*, secundus *antrorsum attollit*, tertii & quarti *usus valde exiguus est.*

XXVI. *In cavitate tympani tres musculi* reperiuntur: quorum duo movent malleolum, & tertius stapedem.

CA-

CAPUT IV.

De
Reliquis trunci musculis.

RElíqui trunci musculi in *thorace* reperiuntur, & *abdomine*.

II. Mammis in thorace subjacent musculi *pectorales*, & *intercostales*.

III. Musculi pectorales sterno, & costarum cartilaginibus adhærentes cum musculis humeri describemus.

IV. Musculi respirationi dicati respiratorii dicuntur.

V. Musculi respiratorii inspirationi inserviunt, & exspirationi.

VI. Musculi *inspiratorii thoracem dilatant*, *& expandunt*: *exspiratorii* autem illam *contrahunt*, *& constringunt*.

VII. Thoracem dilatant utrimque *musculus subclavius*, *inter costales externi*, *nec non serratus superior*, *& inferior*.

VIII. Thoracem constringunt *sacro-lumbus*, *triangularis pectoris*, *& intercostales interni*.

IX. Musculorum intercostalium *XLIV. numerantur*: nimirum *utrimque XXII. XI. interni*, & *totidem externi*.

X. Externi *descendunt oblique versus anteriora*, interni *versus posteriora*, & illorum *fibræ se mutuo intersecant per* modum crucis Burgundicæ.

XI. Musculi abdominis in anteriores, & posteriores dividuntur.

XII. Priorum in quovis latere quinque numerantur (α) *oblique descendens* (β) *oblique ascendens* (γ) *rectus* (δ) *pyramidalis* & (ε) *transversalis*.

XIII. Lumbi, & dorsum a *IV. musculis moventur*.

XIV. Lumbos & dorsum flectunt *musculi quadrati*, & extendunt *longissimus*, *sacer*, *& semispinatus*.

CAPUT V.

De Musculis artuum superiorum.

ARtus superiores in *humerum*, *cubitum*, *&* *manum externam* ab anatomicis dividuntur.

II. Humerus cum scapulis cohæret, & movetur brachii gratia quatuor musculis; uti sunt *musculus patientiæ* seu levator proprius, *serratus anticus superior* s. minor, *trapezius*, & *Rhomboides.*

III. Brachium novem musculorum ope *antrorsum*, *retrorsum*, *introrsum*, *&* *extrorsum* movetur.

IV. Brachium antrorsum movent *deltoides*, *&* *coracoideus*, introrsum *pectoralis* quem coracoideus adjuvat, retrorsum *latissimus dorsi*, *subscapularis*, *rotundus major*, *&* *rotundus minor*, extrorsum *infraspinatus*, *deltoides*, *supraspinatus*, *latissimus dorsi*, *&* *rotundus minor.*

V. Cubitus ex *ulna*, *&* *radio* componitur. Ulnam flectunt *biceps*, *&* *brachiæus externus*, *&* *extendunt longus*, *brevis*, & *brachiæus externus.*

VI. Musculi radii sunt quatuor *duo pronatores rotundus*, *&* *quadratus*, & *duo supinatores longus*, *&* *brevis.*

VII. Manus externa in *carpum* dividitur, *metacarpum*, & *digitos.*

VIII. Carpus libere movetur per musculum *palmarem*, *duos flexores*, *totidemque extensores.* Ex his duo vocantur *cubitæi*, & duo *radiæi externi*, *&* *interni.*

IX. Musculi digitos extendentes *communes* sunt, & *proprii.*

X. Communes sunt *sublimis* & *profundus* s. perforatus, & perforans, nec non *extensor magnus.*

XI. Proprii sunt 1) *indici*, qui *indicator* dicitur 2) *auriculari extensor* vel 3) *reliquis quatuor interossei* 4) pollici *extensor longus* *&* *brevis*, *thenar*, *antithenar*, & *hypothenar.*

CAPUT VI.

De
Musculis artuum inferiorum.

ARtus inferiores ex *femore* compositi sunt, *tibia*, & *pede extremo*.

II. Femur *antrorsum movetur* a musculis *psoo* seu lumbari, & *Iliaco interno*. Retrorsum movent *glutæi tres*, *major*, *medius & minor*. Introrsum movet musculus *biceps*. Extrorsum movetur a *trigeminis & quadrato*. In gyrum agitatur ab *obduratore interno & externo*.

III. Tibiam flectunt quatuor musculi postici, *biceps*, *semimembranosus*, *seminervosus*, *& gracilis*.

IV. Extendunt tibiam similiter quatuor: *rectus*, *duo vasti*, *& crureus*.

V. Tibiam introrsum movet *sartorius*, & *extrorsum membranosus*, *& poplitæus*.

VI. Pes a digitis abstractus introrsum movetur *tibiæo* & *peronæo anticis*.

VII. Retrorsum pedem agunt *suralis externus*, *internus*, & *plantaris*.

VIII. Pes introrsum, & extrorsum ducitur a *tibiæo & peronæo* posticis.

IX. Quatuor digitos minores flectunt *perforans*, *& perforatus* s. flexor magnus, & parvus.

X. Primum digitorum internodium flectunt *quatuor lumbricales*.

XI. Ossa digitorum extendunt *extensor magnus & parvus*.

XII. Pollex flectitur & extenditur per *musculos proprios*.

XIII. Lateraliter digitos movent *octo interossei quatuor externi, & totidem interni.*

XIV. Huc pertinet etiam *abductor pollicis, & minimi digiti.*

SECTIO III.

De Ossibus.

CAPUT I.

De Ossibus in genere & illorum connexione.

OSsa constant ex tubulis poros innumeros habentibus, in quibus depositæ particulæ sanguineæ, & lymphaticæ circulantur.

II. Ossa *dura* sunt *cava, aut spongiosa medulla* repleta, aut *pingui humore* irrorata, & circa extremum *cartilagine incrustata.*

III. Ossa membrana cinguntur, quæ *periostium dicitur*, & a *dura matre, & a musculorum tendinibus oritur.*

IV. Partes ossium solidæ tres sunt. Pars media dicitur *os.* 2. *Apophysis* seu processus & 3. *Epiphysis* s. appendix.

V. Ossa ad *firmitatem connectuntur, & motum.* Prior connexio dicitur *concretio*, posterior *articulatio.*

VI. Connexio ossium ad firmitatem *symphisis dicitur*, & fit *per se, aut mediantibus aliis partibus.*

VII. Connexio ossium per se fit tribus modis *per suturam, harmoniam & gomphosin.*

VIII. Per suturam ossa cranii conjunguntur, per harmoniam ossa maxillæ superioris, & per gomphosin dentes maxillis infiguntur.

IX.

IX. Suturæ cranii *communes* sunt, aut *propriæ.*

X. Communes sunt sutura *frontalis*, *sphænoidea & Ethmoidea.*

XI. Suturæ propriæ *veræ* sunt, aut *spuriæ.*

XII. Veræ sunt *coronalis*, *sagittalis*, *& lambdoidea.*

XIII. Spuriæ sunt ossium *temporalium suturæ squamosæ.*

XIV. Connexio ossium mediantibus aliis itidem tribus modis fit, per *cartilaginem*, *ligamentum*, *& carnem.*

XV. Connexio ossium per cartilaginem *synchondrosis* dicitur, & *in maxilla inferiore cum temporibus observatur.*

XVI. Connexio ossium ope ligamenti *syneurosis* dicitur, & hoc modo *os femoris cum Ischio colligatur.*

XVII. Ossium connexio per carnem appellatur *sysarcosis*, *& in osse hyoide observatur.*

XVIII. Connexio ossium ad motum sive articulatio duplex est *laxior*, *& strictior.*

XIX. Articulatio laxior *diarthrosis* dicitur, strictior vero *synarthrosis.*

XX. Utraque fit tribus modis *Enarthrosi*, *Arthrodia*, *& Gynglimo.*

XXI. Enarthrosis est, cum *cavitas excipiens profunda caput oblongum amplectitur :* quod in articulatione femoris cum acetabulo Ischii contingit.

XXII. Arthrodia dicitur cum *cavitas excipiens est superficiaria*, qualis articulatio in osse occipitis, & prima vertebra colli occurrit.

XXIII. Gynglimus est *cum idem os excipit*, *& excipitur.*

XXIV. Inosculantur ossibus venæ & arteriæ intrantes cavitatem, & deponentes ibi pinguedinosam, & sanguineam medullam, ne rigida evadant ossa, aut rumpantur.

CAPUT II.

De

Ossibus capitis.

COmpages ossium in *truncum* dividitur, *& artus.*

II. Trunci partem superiorem constituunt *ossa capitis.*

III. Ossa capitis in *cranium* dividuntur, & *maxillas.*

IV. Cranium constat ex ossibus *propriis*, & *communibus.*

V. Ossa cranio propria sunt *os frontis*, *duo syncipitis*, *unum occipitis*, *& duo temporalia.*

VI. Ossa cranio, & maxillæ superiori communia sunt *os basilare*, *& spongiosum* seu cribrosum.

VII. Maxillæ duæ sunt superior, & inferior.

VIII. Superior immobilis undecim ossibus constat, quinque paribus, & uno impari.

IX. Quinque paria sunt *os zygomaticum*, *lacrymale*, *maxillare*, *nasi*, *& palati* : impar autem *vomer* dicitur in medio constitutum.

X. Maxilla inferior in pueris ex duobus ossibus constat, quæ in adultis coalescunt.

XI. Maxillæ suis alveolis XXXII. dentes excipiunt.

XII. Dentes quatuor *primores f. incisores* dicuntur, duo sequentes *oculares seu canini*, reliqui *molares & maxillares.*

XIII. In adultis serotini accedunt, f. dentes sapientiæ.

XIV. Auris interna quatuor ossicula continet, uti sunt *malleus*, *incus*, *stapes & os orbiculare.*

CAP.

CAPUT III.

De
Reliquis trunci ossibus.

Reliqua trunci ossa sunt *spina*, *sternum*, *claviculæ*, *scapulæ & ossa coxæ.*

II. Spina ex triginta ossibus seu vertebris componitur.

III. Vertebræ *veræ* sunt, aut *spuriæ.*

IV. Verarum numerantur XXIV. VII. colli, XII. dorsi, & V. lumborum.

V. Vertebræ veræ, excepta prima, VII. *processibus ornantur* duobus superioribus, duobus inferioribus, duobus transversis, & uno posteriori.

VI. Vertebræ superiores minores sunt, fiuntque procedendo ad inferiora majores.

VII. Prima colli vertebra dicitur *Atlas*, secunda *Epistrophus*, aut *Dens*, & tertia axis, reliquæ nomine carent.

VIII. Vertebræ sex inferiores, quæ os sacrum constituunt, appellantur spuriæ.

IX. *Os pectoris* alias *sternum* a figura *ensiforme* dictum infra in cartilaginem desinit, quæ *ensiformis aut mucronata* appellatur.

X. Costarum utrinque XII. *numerantur*: quarum *septem superiores* dicuntur *veræ* seu legitimæ, *quinque inferiores* autem *spuriæ.*

XI. Supra costas a parte posteriore *scapulæ occurrunt*, & ab anteriore *claviculæ.*

XII. Infra costas *os coxæ*, *seu innominatum* situm est in pueris ex tribus ossibus constans per cartilaginem conjunctis: in adultis autem nulla illorum apparet distinctio.

XIII. Pars ossis innominati superior, & latissima *os ilium constituit.*

XIV. Media pars innominati *Ischium* dicitur, f. os coxendicis.

XV. Pars infima & posterior ossis innominati *os pubis* vocatur, *seu pectinis.*

XVI. Inter ossa pubis & innominata *insignis cavitas* intercedit *pelvis dicta :* in qua vesica continetur, intestinum rectum, & uterus in mulieribus.

CAPUT IV.

De

Ossibus artuum.

ARtuum nomine *manus & pedes* veniunt.

II. Manus in *brachium, cubitum, & manum externam* dividitur.

III. Brachium *osse unico* constat, eoque magno, & valido.

IV. Cubitus ex duobus ossibus componitur. Inferius & majus *cubitus dicitur, ulna, aut focile majus.* Superius & minus *radius* appellatur, *aut focile minus.*

V. Ossa extremæ manus in ossa *carpi* dividuntur, *metacarpi, & digitorum.*

VI. In carpo *octo ossa* reperiuntur innominata duplici serie disposita. Radio superne quatuor ossa connectuntur, & totidem inferne metacarpo.

VII. Metacarpus *quatuor ossa habet,* superius carpo, inferius digitis conjuncta.

VIII. Digiti ex *quindecim ossibus* componuntur, & illorum series *phalanx* dicitur.

IX. Quinque *ossa primi ordinis sunt majora, secundi minora,* & *tertii* minima.

X. Pes in tres partes dividitur, *femur, tibiam, & extremum pedis.*

XI. Femur *unico osse constat*, eoque maximo in toto corpore.

XII. Tibia ex *duobus ossibus* componitur in extremo conjunctis. Interius, & majus *tibia* vocatur, *canna major, aut focile majus.* Exterius, & minus *fibula* dicitur *perone, sura, canna minor, aut focile minus.*

XIII. Ubi os femoris cum tibia connectitur *mola* occurrit, *patella, aut rotula.*

XIV. Inferius in tibiæ extremo *malleolus internus, & externus* occurrit.

XV. Ossa pedis extremi in *tarsum* dispescuntur *seu pedium, metatarsum seu metapedium, & digitos.*

XVI. Tarsi ossa septem sunt: *talus, calx, os naviculare, cuboides, & tria innominata.*

XVII. *Ossa metapedii sunt quinque:* quorum interius pollicem sustinens valde crassum est.

XVIII. *Ossa digitorum sunt quatuordecim*, cum pollex ex duobus tantum constet; reliqua autem se habent ut in manu.

XIX. In *internodiis manuum, ac pedum ponuntur ossa sesamoidea.*

XX. Numerus ossium sesamoideorum incertus est: nunquam tamen ultra viginti ascendit.

SECTIO IV.

De Organis motui sanguinis dicatis.

PARS I.

De Thorace & corde.

CAPUT I.

De Partibus thoracis internis & externis.

THoracis nomine concameratio illa ossea venit ex duodecim dorsi vertebris, viginti quatuor costis, sterno, & claviculis composita.

II. Par-

II. Partes thoracis *continentes* sunt aut *contenta.*

III. Continentes *communes* sunt, aut *propria.*

IV. Communes sunt *cuticula, cutis pinguedo, & panniculus carnosus.*

V. Propriæ sunt *mamma, musculi pectorales, intercostales, & sternum.*

VI. Thorace aperta *pleura* occurrit, *mediastinum, thymus, pericardium, cor, aspera arteria, pulmones, œsophagus, & diaphragma.*

CAPUT II.

De Corde, & illius motu.

COr est *musculus ex fibris & staminibus fibrosis motricibus constructus,* ut ad contractionem & dilatationem robustam idoneus sit.

II. *Cor pericardio inclusum* in *medio thoracis situm* est.

III. Pars cordis *superior & lata basis* dicitur: *inferior* autem, *& angusta conus,* & cuspis.

IV. *Cordis basis suspensa est a venis & arteriis.*

V. Cordi duæ insignes *cavitates* insculptæ sunt, quas medici *ventriculos* vocant, *sinus, thalamos, specus, & antra.*

VI. Ventriculus dexter *latior est, sed brevior cuspidem non attingens.*

VII. Ventriculus sinister *angustior est, sed longior, & ad cordis cuspidem extensus.*

VIII. Cordis ventriculi *per septum inter medium in dextrum, & sinistrum dividuntur.*

IX. Dextro cordis ventriculo *vena cava* inseritur: *arteria* autem ex illo emergens *pulmonaria* dicitur.

X. *Vena* in sinistrum cordis ventriculum hians *pulmonaris* dicitur, & *arteria* ex illo egrediens *aorta,* seu *arteria magna.*

XI. Ad venarum latus *auriculæ cordis sitæ sunt,* in quibus sanguis divertitur non patente cordis cavitate.

XII.

XII. Ante orificia venarum, & in orificiis arteriarum *valvulæ ponuntur ſanguinis ex ventriculis in venas, & ex arteriis in ventriculos regreſſum impedientes.*

XIII. Vaſa cordis propria ſunt *arteriæ, & venæ coronariæ.*

XIV. Cor & auriculæ *nervos* accipiunt *a pari vago*, maxime *a plexu cardiaco.*

XV. Cor eſt omnis *motus partium ſolidarum, & fluidarum principium.*

XVI. Motus cordis duplici abſolvitur impulſu *conſtrictione, ſ. ſyſtole, & dilatatione ſ. diaſtole.*

XVII. Contractis cordis ventriculis ſanguis exprimitur, & per univerſum genus arterioſum & venoſum progreditur.

XVIII. Contractio cordis, & dilatatio arteriæ coincidunt.

XIX. Pulſus eſt dilatatio arteriæ.

PARS II.

De Arteriarum ramificationibus.

CAPUT I.

De Arteriis in genere.

Arteriæ conſtant ex *triplici lamella.*

II. Prima arteriarum lamella *ex nervis, vaſibus ſanguineis, membranoſisque expanſionibus* componitur.

III. Secundam lamellam fibræ *muſculoſæ in circulum contortæ, duræ & renitentes* conſtituunt.

IV. Tertia lamella *tenuis eſt & ex planis, membranoſisque expanſionibus conſtructa.*

V. Arteria duplex eſt (α) *Aorta, ſeu arteria magna*, & (β) *pulmonaria.*

VI. Arteria magna amplo trunco ex ſiniſtro cordis ventri-

culo prodit, & valvulas tres sigmoides exteriora spectantes accipit.

VII. Aorta ex sinistro cordis ventriculo egrediens sub valvulis semilunaribus *arterias coronarias* producit

VIII. His constitutis pericardium egreditur, & ad IV. digitos sursum fertur indivisa, & circa hoc spatium in tres partes dividitur.

IX. Pars major deorsum in latus sinistrum reflexa dicitur *Aorta descendens.*

X. Pars secunda & media constituit *carotidem sinistram*; tertia autem *carotidem vertebralem, & subclaviam dextram.*

XI. A principio Aortæ descendentis oritur *subclavia sinistra, & vertebralis.*

XII. Ad caput tendunt IV. arteriæ: duæ majores *carotides,* & duæ minores *vertebrales* aut cervicales.

XIII. Carotides in anteriore colli parte ascendunt, & in anteriores colli, & capitis partes distribuuntur.

XIV. Carotides in transitu ad collum *ramos* dimittunt ad *asperam arteriam, & partes vicinas:* ad caput vero delatæ *in externas & internas* dividuntur.

XV. Carotides externæ abeunt in IV. ramos insignes a.b.c.d.

XVI. Ramus a. prospicit musculis bicornis, linguæ, & faucibus.

XVII. Ramulus b. ad musculos labiorum digastricum, & alios abit.

XVIII. Ramulus c. constituit arterias temporales, & pars illius major per maxillam inferiorem ad dentes excurrit.

XIX. Ramus d. tendit ad musculos posteriores colli, capitis, & cutem occipitis.

XX. Carotis interna perforato cranio insignes ramos ad piam matrem, glandulam pituitariam, oculos, & aurem internam dimittit.

XXI. Arteriæ cervicales in posteriore colli parte ascendunt, & sur-

& ſurculos e. ad medullam ſpinalem, & partes vicinas tranſmittunt.

XXII. Trajectæ per os occipitis ſupra medullam oblongatum coaleſcunt, dimittuntque ibi communem ſobolem f. quæ per medullam ſpinalem deſcendens cum aliis ramulis arterioſis intricatur, varioſque anfractus efficit.

CAPUT II.

De Arteriis ſubclaviis & axillaribus.

A Subclaviis circa principium a parte inferiore oriuntur *intercoſtales ſuperiores* duæ, tres, aut quatuor.

II. Eandem originem habent arteriæ *mediaſtinæ*, ſeu *diaphragmaticæ* ſuperiores.

III. A parte ſubclaviarum anteriore oriuntur *mammariæ*, quæ ſub ſterno incedentes hinc inde ramos ad partes externas tranſmittunt, & in mulieribus ad mammas.

IV. Mammariæ circa cartilaginem enſiformem emergentes rurſus quoſdam ſurculos g. ad mammas tranſmittunt, tandemque per muſculos abdominis demerſæ lumbaribus, & epigaſtricis frequenti inoſculatione conjunguntur.

V. Arteriæ ſubclaviæ thoracis cavitatem egreſſæ dicuntur *axillares*, & in duos ramos h. & i. dividuntur.

VI. In principio rami i. prodeunt *ſcapularis externa*, & *aliæ inferiores.*

VII. A ramo i. oriuntur porro *tres minores ramuli* k. l. m.

VIII. Ramus k. ſecatur in tres minores n. o. p. & hi deinde in plures alios diviſi per muſculos, aliaſque partes vicinas tranſcurrunt.

IX. Ramulus l. per exteriorem brachii partem ſecundum longitudinem excurrit, dimiſſiſque aliquot ſurculis ad partes vicinas circa cubiti flexuram deſinit.

X. Ramulus m. in duos surculos divisus in partibus adjacentibus consumitur.

XI. Ramus arteriæ axillaris h. constituit *scapularem internam, & thoracicas superiorem, & inferiorem.*

XII. Per medium bracchii excurrens in itinere partibus vicinis propagines q. transmittit.

XIII. Sub flexura cubiti in duos ramos r. & s. dividitur.

XIV. Ramus r. per longitudinem radii ad carpum excurrit, ubi *pulsus tangi solet.*

XV. Carpum transgressus ramum externum, & internum t. & v. ad musculos pollicis transmittit.

XVI. Reliquum hujus rami inter pollicem & indicem reflectitur ad volam manus, & ad pollicem propaginem w., & indici surculum x. transmittit. Reliqua pars versus carpum excurrens aliis arteriis multiplici inosculatione conjungitur.

XVII. Ramus s. ramum transmittit ad musculos per illos rursum recurrentem, & dividitur in duas arterias y. & z.

XVIII. Arteria y. producit *ramum* aa. per musculos digitum flectentes divisum.

XIX. Arteria y. dividitur in duos ramos alios bb. & cc. bb. interior & major inter cubitum, & radium intercedens musculis vicinis manum, & digitos moventibus prospicit.

XX. Arteria z. juxta ulnam excurrens frequenti germinatione dd. luxuriatur utrimque.

XXI. Ubi carpum superavit mittit *insignem ramum* ee. versus partem exteriorem digiti auricularis, *& alium* ff. *versus* latus oppositum, qui cum ramo r. per inosculationem connectitur.

XXII. Mittit porro ad singula spatia inter ossa metacarpi *ramulos* gg., qui hinc inde in vola manus distribuuntur.

XXIII. Reliquum *arteriæ* z. sensim reflectitur versus pollicem, *& arcum* hh. format, qui cum ramo r. inosculatione conjungitur, dimittitque *tres propagines* ii. kk. ll. *ad IV. digitos*, quæ ad illos accedentes bifurcatæ mm. per vicina duorum digitorum latera excurrunt.

CAP.

CAPUT III.

De *Aorta descendente.*

AOrta descendens producit *arteriam bronchialem* rarius unicam, sæpius duplicem.

II. Ad latus utrumque egrediuntur *intercostales inferiores.*

III. Infra intercostales oritur *diaphragmatica,* vulgo *phrenica* nunc simplex, aliquando gemina.

IV. Succedunt *lumbares,* & *arteria cæliaca* in ramum dextrum & sinistrum divisa.

V. Ramus dexter producit *gastricam dextram* ad ventriculum, *epiploicam dextram* ad omentum, *pancreaticam* dextram, *duodenam, cysticam, & hepaticam.*

VI. A ramo sinistro oriuntur *gastricæ sinistra, epiploica gastro-epiploica, & splenetica.*

VII. Arteriæ cæliacæ succedit *meseraica superior*, quæ in varios ramos divisa tendit ad omnia intestina.

VIII. Utrimque ad latus emergunt *arteriæ renales* vulgo *emulgentes, adiposa,* & *atrabiliaria* s. succenturiata.

IX. Succedunt *spermaticæ, lumbares,* & paulo inferius ad latera *meseraica inferior.*

X. Truncus Aortæ descendentis circa principium ossis sacri dividitur in *duos ramos Iliacos:* & circa hanc divisionem oritur *arteria sacra.*

XI. Arteria Iliaca dividitur in *internam & externam.* Interna minor est, externa autem major.

XII. Ab Iliaca interna oritur *hypogastrica*, ab externa autem *epigastrica.*

XIII. Eandem originem habent *pudendæ*, & quædam *musculæ.*

CAPUT IV.

De Arteriis cruralibus & arteria pulmonaria.

ARteriæ Iliacæ extra abdomen dicuntur *crurales*.

II. Crurales dividuntur in *externas & internas*.

III. Cruralis externa dividitur in *duos ramos majores* nn. & oo nn. versus truncum majorem reclinatur, oo. vero continuo versus inferiora descendit. Uterque versus poplitem in *varios ramulos* pp. *dividitur*.

IV. Truncus cruralis paulo infra genu dividitur in duos *ramos insignes* pp. & qq. pp. fertur juxta focile majus ad pedem, & dimissis hinc inde plurimis ramusculis in tarso *ingentem ramum progerminat* rr. cujus propagines per superiorem partem tarsi, metatarsi, & digitorum hinc inde diffunduntur, & ramus pp. cum qq. continuatur.

V. Truncus pp. ad II. aut III. digitos progressus rursus secatur *in duos ramos* rr. & ss. Ramus ss. dicitur *suralis*, & in medio dispescitur in II. ramos tt. & uu. & evanescit antequam extremum pedem attingit.

VI. Ramus rr. dimissis variis propaginibus versus posteriora, juxta internum malleolum ad plantam pedis tendens in duos alios ramos vv. & ww. dividitur.

VII. Ramus ww. versus pollicem progreditur, & diversos ramos ad exteriora transmittit.

VIII. Ramus vv. mittit quosdam surculos ad exteriorem calcis partem, & profunde valde incedens versus parvum digitum surculos partibus vicinis largitur. Sub ossibus reflexus, & juxta pollicem denuo ad superiora emersus jungitur cum ramo qq. & cum illo constituit *arcum* xx. *&* yy.

IX. Ab arcu xx. & yy. undique variæ emittuntur arteriæ minores zz. ad digitos.

X. Quan-

X. Quando arteriæ zz. ad digitos accedunt in duos parvos ramulos dividuntur & ſenſim a latere digitorum incedentes obliterantur.

XI. *Arteria pulmonaria* pericardium egreſſa dividitur in duos ramos majores pulmonem utriusque lateris adeuntes, qui ad ductum aſperæ arteriæ diſtribuuntur.

SECTIONIS IV.

PARS III.

De

Venarum ramificationibus.

CAPUT I.

De

Venis in genere.

SI venæ microſcopio conſiderantur apparent in illis *fibræ tenſiles, membrana glanduloſa, & muſculoſi faſces.*

II. Venæ triplices ut plurimum ſunt 1. *Vena cava,* 2. *Vena pulmonaria,* & 3 *Vena portæ.*

III. Vena cava lato oſculo dextro cordis ventriculo inſeritur, & ſanguinem illi ubertim infundit.

IV. Vena pulmonaria ſanguinem ex pulmonibus ad ſiniſtrum cordis ventriculum ducit, illique amplo trunco implantatur.

V. Tertia vena dicitur vena portæ, quæ non ut præcedentes altera extremitate in truncum deſinit, ſed utrimque in varios ramos diviſa eſt.

VI. In venarum cavitatibus hinc & inde pelliculæ reperiuntur quas *valvulas* anatomici appellant.

VII. Valvulæ frequenter occurrunt circa concurſum ramulorum.

CAP.

CAPUT II.

De
Trunco venæ cavæ ascendente.

VEna cava dextrum cordis ventriculum deserens *venam coronariam* ad cordis substantiam transmittit.

II. Vena cava pericardium nondum egressa dividitur in truncum *superiorem & inferiorem.*

III. Truncus superior pericardio perforato indivisus fertur usque ad jugulum.

IV. Circa hanc regionem abscedit *vena azygos*, quæ dextrorsum, & versus latera vertebrarum reflexa ramulos ad spatia intercostalia transmittit, qui *venæ intercostales* dicuntur.

V. A parte anteriore venæ cavæ *mediastina* egreditur ad *mediastinum*, & *pericardium.*

VI. Prope jugulum dividitur in *duas subclavias*: de quibus in capite sequente.

VII. A quavis subclavia abscedunt quatuor venæ insignes. Prima dicitur *jugularis externa* utrimque sua germinatione cum carotidibus coincidens. Hujus rami utrimque sub mento conjunguntur, ut ab invicem separari nequeant.

VIII. Secunda vena dicitur *jugularis interna*: utrimque prope arterias carotides in jugulo ascendit, asperæ arteriæ musculis laryngis ossis bicornis, linguæ, dentibus, & aliis partibus propagines largiens. Reliquum in duos ramos a. & b. dividitur.

IX. Ramus a. sinum lateralem duræ meningis constituit: Ramus b. vero surculos ad glandulam pituitariam mittit, qui per duram matrem hinc & inde disperguntur.

X. Vena tertia a subclavia ascendens *cervicalis*, seu *temporalis* dicitur, & ad vertebras, medullam spinalem, & musculos vicinos transit.

XI.

XI. Vena quarta utrimque a subclavia abscedens *muscula superior* dicitur: & sanguinem a musculis colli, & capitis potissimum exterioribus recipit.

CAPUT III.

De

Venis subclaviis & axillaribus:

A Parte venarum subclaviarum inferiore *intercostales superiores* oriuntur, trunco simplici per spatia intercostalia, ubi venæ azygos desinunt, distribuendæ.

II. Eandem originem habent *venæ mammariæ.*

III. Venæ subclaviæ thoracem egressæ *axillares* dicuntur: & ante egressum a parte superiore, *scapularis interna, & externa* oritur.

IV. Venæ axillares circa initium brachii in *cephalicam, & basilicam* dividuntur.

V. A principio basilicæ in latere oriuntur *duæ thoracicæ* e. & f.

VI. Basilica sub tendine musculi pectoralis dividitur in tres ramos g. h. & i.

VII. Ramus g. cubitum attingens evanescit.

VIII. Ramus basilicæ i. *vena subcutanea* dicitur, & circa tuberculum brachii externum in duos ramos m. & n. dividitur.

IX. Vena cephalica indivisa fere manet ad cubitum usque, ubi in ramum *externum* o. *& internum* p. dividitur per cubitum ad digitos excurrentem.

X. Ramus cephalicæ p. cum ramo subcutaneæ n. conjungitur: unde *saphena* prodit.

IX. Ramus subcutaneæ n. cum ramo cephalicæ p. conjunctus *medianam* constituit.

XII. Ramus basilicæ h. profundus dicitur, & in medio cubiti in duos *ramos* q. & r. dividitur ad digitos excurrentes.

XIII. *Ramus* m. oblique versus radium currit, & deinde ad digitos fertur.

CAPUT IV.

De
Trunco venæ cavæ inferiore.

TRuncus venæ inferior & sine ulla fruticatione ad diaphragma usque progreditur.

II. Ad diaphragma accedens in transitu illi largitur venam *phrenicam* aut *diaphragmaticam*.

III. Diaphragmate perforato immergitur simæ parti hepatis, & ad illius substantiam tres aut quatuor ramos dimittit.

IV. Ubi tres aut quatuor digitos per hepar descendit illud iterum deserit.

V. Hepar deserens cum vena portæ juxta lumborum vertebras descendit.

VI. In itinere utrimque dimittit *lumbares superiores, atrabilarias*, & *adiposas emulgentes*, *spermaticas*, & utrimque *lumbares inferiores*.

VII. Truncus venæ cavæ sensim inde Aortæ subjicitur, & circa os sacrum in *duos ramos Iliacos* dividitur.

IIX. Ab horum principio digreditur utrimque *vena sacra*.

IX. Ramus Iliacus in externum, & internum dividitur.

X. A ramo interno oritur *hypogastrica*, ab externo superius *epigastrica*, & inferius *pudenda*.

CAPUT V.

De
Venis cruralibus.

RAmi Iliaci abdomen egredientes dicuntur *crurales*.

II. Truncus cruralis in *ramum internum*, & *externum* dividitur.

III. Ramus internus *ſaphena* dicitur, & ad malleolum externum excurrit, ubi cum aliorum ramulis varie inoſculatur.

IV. A ramo majore oriuntur *Iſchias ſuperior, & minor, muſcula interna, poplitæa,* nec non *vena ſuralis,* & *Iſchia major.*

V. Tandem truncus ulterius deſcendendo abit in plurimos ramos innominatos ad digitos excurrentes.

CAPUT VI.

De
Vena portæ & pulmonaria.

TRuncus venæ portæ in hepatis principio in v. ramos dividitur a. b. c. d. & e. quorum duo majores a. & b. in ſinum amplum excurrunt.

II. Ab hoc ſinu, minor c. tranſit ad hepatis gibbum.

III. Rami majores a. & b. dividuntur in duos minores d. & e.

IV. Omnes hi rami in plures alios abeunt: & ita per totius hepatis ſubſtantiam diſſeminantur.

V. Inter ramos ſanguinem venæ portæ infundentes primo loco occurrunt *gemellæ* ſ. *cyſticæ* per veſicam felleam diſperſæ.

VI. His ſuccedunt *gaſtrica dextra* g. per ſuperiorem ventriculi partem diſperſa, nec non duodena h., & duo rami inſignes i. & k.

VII. Ramus ſiniſter i. minor & altior eſt verſus lienem extenſus, unde etiam *lienaris* dicitur.

VIII. In tranſitu *hæmorhoidalem internam* mittit ad inteſtina craſſa, maxime rectum.

IX. Superius a ramo ſplenico oritur *gaſtrica* ſ. ſtomachalis *major* m. & *minor* n. quæ cum ſuperiore *venam coronariam ventriculi* conſtituunt.

X. Truncus ſplenicus porro dividitur *in ſuperiorem* o. & *inferiorem* p.

XI. *Inferior* p. *dimittit* propagines q. in omentum *epiploicas ſiniſtras*, & quæ ventriculo, & omento communes ſunt *gaſtro, epiploicas.* r.

XII. Ramus ſplenicus ſuperior o. ventriculo *vaſa brevia* transmittit.

XIII. Ramus dexter venæ portæ x. antequam dividitur omento largitur *epiploicam dextram* t. & inteſtino duodeno duodenam v.

XIV. Ramus x. ſecatur in III. venas *meſeraicas majores* w. x. & y. per inteſtina excurrentes, & arcum conſtituentes.

XV. Ut arteria pulmonaria: ita etiam vena ejusdem nominis per pulmones diſtribuitur.

SECTIONIS IV.
PARS IV.

De
Sanguine, & motu illius.

SAnguis eſt *liquor rubricundus ex chylo a* ∽ *vitali motu mediante productus.*

II. *Materiam ſanguinis chylus ſuppeditat*, cujus corporibus digerendo illa, & tornando ∽ talem figuram introducit, ut lumen in ejus ſuperficie ſingulari ratione modificatum rubedinem repræſentet.

III. *Medium ſeu inſtrumentum* quo ∽ utitur ad chylum in ſanguinem mutandum *eſt motus.*

IV. Motus ſanguinis eſt duplex *inteſtinus*, & *progreſſivus.*

V. Motu ſanguinis inteſtino *minima illius juxta ſe invicem moventur*: progreſſivo autem *per vaſa circumvehitur.*

VI. Motum ſanguinis inteſtinum ſuſtinent *particulæ ſubtiles aeris elaſticæ* in ſanguineis turgeſcentiam vitalem efficientes.

VII. A ſanguinis turgeſcentia *corporis vires dependent*, & *motus cordis.*

VIII.

VIII. Motus ſanguinis progreſſivus duobus modis peragitur 1. *ab intra extrorſum ſyſtole cordis, & motu reſpirationis*, 2. *ab extra introrſum motu partium tonico.*

IX. Syſtole cordis ſanguis per arterias *ad pulmones, & partes corporis poroſas vehitur*, quem illæ iterum *reprimunt in venas ut cordi iterum infundatur.*

X. Arteria pulmonalis ſanguinem ex dextro cordis ventriculo *ad pulmones agit ut nova materia ætherea imprægnetur*, ex quibus per venam pulmonalem ad ſiniſtrum iterum redit.

XI. *Aorta ſanguinem ſurſum, & deorſum ad omnes corporis partes vehit.*

XII. Motu tonico *partes relaxatæ ſanguinem* recipiunt, quem *conſtrictæ* deinde exprimunt, & retrorſum compellunt.

XIII. Sanguis per partes poroſas *ad venam cavam reprimitur*, & per illam in auriculam dextram, & ventriculum dextrum infunditur.

XIV. Tonus partium reniſu *quodam moratur liberum ſanguinis progreſſum, factaque quadam compreſſione tenuior* portio per proportionata colatoria *dilabitur.*

XV. Uſus circulationis ſanguinis duplex eſt, *univerſalis*, & *particularis.*

XVI. Univerſalis *nutritionem reſpicit.* Hunc enim in finem arteriæ partibus datæ ſunt, ut ſanguinem nutritivum adducant, & venæ ut ſuperfluum reducant.

XVII. Uſus particularis ad duas claſſes referri poteſt. *Sanguis enim ad hanc vel illam partem vehitur, ut aliquid ab illo ſecernatur, humoresque ſimul alterentur.*

SECTIO V.

De Organis reſpiratoriis.

CAPUT I.

De
Thorace, pulmonibus & diaphragmate.

ORgana respirationi dicata sunt *thorax, diaphragma, & pulmones.*

II. Diaphragma est *pars musculosa* anterius *sterno, & costarum ambitui,* posterius autem *lumborum vertebris* annexa.

III. Substantia diaphragmatis in *extremo tendinosa est*, succedit *musculosa* maximam illius partem constituens; medium autem *tendinosum est.*

IV. Cingitur diaphragmatis planum inferius *peritonæo*, & superius *pleura.*

V. Perforatur diaphrama *a dextris in parte tendinosa per venam cavam,* posterius *in parte carnosa per gulam,* & *lateraliter per nervos.*

VI. Pulmones in thorace adhærent *asperæ arteriæ in fauces hianti.*

VII. In aspera arteria *caput* considerandum est, *truncus, & rami.*

VIII. Caput ab aliis larynx dicitur, & ex v. cartilaginibus componitur: uti sunt *Tyroides s. scutiformis, Cricoides s. annularis, Arythænoides s. guttalis, & epyglottis.*

IX. Truncus asperæ arteriæ *ex cartilaginibus semicircularibus* duabus membranis conjunctis constat: *ramuli* autem *per pulmonum substantiam* hinc inde *sunt dispersi,* & in vesiculas pulmonales abeunt.

X. Pulmonum corpus ex meris aereis fistulis, & membranis vesiculosis, ramificationibus arteriarum, & venarum adhærentibus, & membrana involutis componitur.

XI. Vesiculæ bronchiorum pulmonalium ita sunt constitutæ, ut *ex trachea in proximas, & ex his in alias puteat transitus.*

XII.

XII. Aer per asperam arteriam vesiculas proximas adit, & per has ad alias transit, usque dum ad communem membranam perveniat, sicque omnes expandat.

XIII. *Particulæ subtiliores aereæ in vesiculis pulmonalibus segregantur*, vεæ autem, & *crassiores* iterum ex illis *rejiciuntur.*

CAPUT II.

De Respiratione.

SUccenturiatum motus cordis organon sunt *pulmones*, quorum *actio in respiratione consistit.*

II. Totum respirationis negotium *a musculorum thoracis, atque abdominis actione* procedit, & *ab alterna utriusque ventris dilatatione, atque subsidentia* dependet.

III. Respiratio duplici actu absolvitur *inspiratione*, & *exspiratione.*

IV. In inspiratione musculi intercostales ⁓ & humoribus inflati abbreviantur, qui costas annexas attollunt, musculus diaphragmatis superior versus inferiora descendit, inferior autem versus superiora ascendit, & ita fornix pectoris dilatatur antea collapsus.

V. Aucta pectoris cavitate aer externus ob destructum æquilibrium gravitate sua ruit in asperiam arteriam, & illi annexos pulmones.

VI. In exspiratione costæ a musculis intercostalibus, & rectis abdominis antagonistis deprimuntur motus diaphragmatis fit contrarius, & aer crassior e pulmonibus ejicitur.

VII. *In inspiratione partes aeris subtiliores segregantur* & sanguini permiscentur; *aqueæ* autem, *& crassiores per exspirationem iterum rejiciuntur.*

VIII. *Sanguis in exspiratione in pulmones recipitur*, & in inspiratione iterum exprimitur.

IX.

IX. Aeris portio subtilior in vesiculis pulmonalibus segregata sanguini permiscetur, & hic *alium colorem in vena pulmonali acquirit.*

X. Aer sanguini communicatus *motum intestinum, fluiditatem, & calorem in illo producit.*

LIBER II.

De Organis sensuum.

SECTIO I.

De Illis in genere.

CAPUT I.

De Partibus capitis in genere.

PArtes capitis *continentes* sunt, & *contentæ.*

II. Partes continentes *communes* & *propriæ* sunt.

III. Communes sunt *cuticula, cutis, pinguedo, & musculi.*

IV. Inter partes continentes proprias *pericranium* eminet, *cranium, pili* & *aliæ.*

V. Partes capitis contentas *cerebrum constituit, meninges, cerebellum, medulla oblongata, venæ, arteriæ, & nervi.*

CAPUT II.

De Meningibus.

MEmbranæ cerebrum involventes *matres* dicuntur, s. *meninges.*

II. Meninges sunt duplices *exterior, & interior.*

III. Membrana exterior *meninx seu dura mater* vocatur: interior *meninx tenuis seu pia mater.*

IV. Dura mater ubique ex *duabus lamellis componitur*: exterior durior eſt, & aſpera, interior autem mollis & lubrica.

V. Dura mater in parte capitis poſteriore latior, in anteriore autem coarctata *falcem conſtituit*, & cerebrum in partem dextram & ſiniſtram dividit.

VI. In duræ matris duplicaturis *quatuor ſinus majores occurrunt*: quibus alii adhuc quosdam minores addere ſolent.

VII. Primus ſinus dicitur *ſagittalis*, *ſecundus & tertius laterales, & quartus breviſſimus*.

VIII. *Sinus ſunt productiones venarum jugularium*, quæ in occipite coaleſcentes conſtituunt ſagittalem, ejusque ramus major quartum.

IX. *Sinus major productis hinc inde variis ramulis finditur in duos ramos majores*, & cum aliis *plexum choroideum* conſtituit.

X. Dura mater inveſtit cerebrum, cerebellum, medullam ſpinalem, & nervos majores, ſanguinemque in ſinus receptum ſua contractione promovet.

XI. Inter duram & piam matrem *membrana Arachnoides* occurrit per magnum occipitis foramen toti medullæ ſpinalis longitudini coextenſa.

XII. Pia mater exteriore tenuior eſt, cerebrum arcte complectitur, illiusque ſulcos, & foveas ingrediens arterias, & ductus venoſos ad interiora deducit.

XIII. Pia mater medullam ſpinalem, & nervos ex illa egredientes inveſtit.

CAP. III.

De Cerebro & ſecretione ſpirituum.

CErebrum in *globulum anteriorem*, *& poſteriorem* dividitur.

II. Globulus anterior proprie *cerebrum* dicitur; poſterior autem *cerebellum*.

III. Cerebro, potissimum autem cerebello succumbit *medulla oblongata.*

IV. Figura cerebri sphærica est, & superius usque ad corpus callosum per talum in duo hemisphæria dividitur.

V. Cerebrum, cerebellum, & medulla spinalis *duplici constant substantia corticali, & medullari.*

VI. In cerebro & cerebello substantia corticalis *exteriora occupat*, & medullaris interiora: *contrarium* autem *in medulla spinali accidit.*

VII. Corticalis cerebri substantia *cinericei est coloris*, medullaris *albicantis.*

VIII. Corticalis cerebri substantia ex *acervo innumerabilium glandularum figura, ac magnitudine discrepantium componitur.*

IX Medullaris cerebri substantia constat *ex tubulosis ductibus*, qui deinde in fasciculos collecti, & tunicis membranosis involuti *nervos constituunt.*

X. Medullaris cerebri substantia in duriorem, & molliorem dividitur. Illa dicitur *corpus callosum*, hæc *medulla oblongata.*

XI. Medullari cerebri substantiæ *cavitas insculpta est*, quam *fornix in duas partes laterales dividit*, & *ventriculos cerebri anteriores, & laterales constituit.*

XII. Per ventriculos cerebri laterales plexus choroideus expanditur in duas alas divisus.

XIII. In his ventriculis spectantur anterius *corpora striata.*

XIV. In angulo inclinationis corporum striatorum *fornix* oritur, & ex illius medio *septum lucidum.*

XV. Fornix versus cerebellum est bifurcatus, & *tertium cerebri ventriculum* constituit.

XVI. Ad radices fornicis in fundo cavitatis rima reperitur ad infundibulum ducens, quæ *vulva* appellatur.

XVII. Ubi corpora striata desinunt duæ eminentiæ medullares oriuntur, quas *crura medullæ oblongatæ*, & thalamos nervorum opticorum appellant.

XVIII. Versus posteriora prope cerebellum IV. prominentiæ occurrunt: quarum duæ anteriores *nates*; posteriores autem *testes* nuncupari solent.

XIX. Ubi hæ eminentiæ concrescunt, & circa medium medullæ oblongatæ non sunt contiguæ *cavitas oritur quæ ventriculus quartus dicitur.*

XX. Principium quarti ventriculi *anus* dicitur: & circa illius confinia *glandula pinealis* sita est.

XXI. Medulla oblongata a cerebro duabus radicibus majoribus oritur, quæ *crura* appellantur: a cerebello autem totidem minoribus, quas Willisius *pedunculos* appellat.

XXII. Anterius in basi medullæ oblongatæ apparet infundibulum, cui glandula pituitaria adhæret.

XXIII. Medulla oblongata per magnum ossis occipitis foramen transiens, & quadruplici membrana involuta *medulla spinalis* dicitur.

XXIV. Cerebellum est globulus minor ejusdem cum cerebro substantiæ.

XXV. In cerebello *processus vermiformis* & *pons Varolii* observandus est.

XXVI. Sanguis per arterias carotides, verticales, & lumbares ad organa pnevmatoscos delatus in glandulosa illarum substantia *partes activas, & æthereas moleculas spirituum nomine deponit.*

XXVII. Spiritus in medullari collecti, & transcolati intra cranium per X nervorum paria, extra illud autem per VII. cervicalia, XII. dorsalia V. lumbaria, & VI. ossis sacri ad omnes corporis partes feruntur.

CAP. IV.

De
Nervis ex capite oriundis.

NErvus constat duplici substantia medullari, & membranacea.

II. Nervi omnes intra cranium ex medulla oblongata, extra illud autem ex medulla spinali proficiscuntur.

III. Nervorum intra cranium egredientium arecentioribus numerantur *decem paria.*

IV. Par primum *ex nervis olfactoriis* constat, qui ad os cribrosum accedentes crassiores sunt, & processus papillaris nomen assumunt.

V. Secundum par constituunt *nervi optici, seu visorii, tertium oculos movet, quartum par vocatur patheticum,* & fertur ad oculos.

VI. Quintum, & sextum par appellatur *gustatorium,* septimum *auditorium* est, & *octavum vagum* nuncupatur.

VII. Par nonum *linguam* movet, & *decimum ad subvertebralia tendit.*

CAPUT V.

De Plexibus nervosis paris vagi.

NErvus paris vagi in musculis gulæ, & cervicis plexum *ganglyformem* constituit.

II. Descendens per collum efformat *in principio thoracis alium plexum priori non dissimilem,* cujus propago maxima ad *plexum cardiacum* descendit.

III. Truncus paris vagi intercostalis e partibus capitis externis nondum emersus *in plexum glandiformem* coercetur; ex quo truncus insignis ad plexum vicinum majorem *in media cervice situm* transmittitur.

IV. Ab hoc nervorum pari oriuntur in abdomine septem plexus nervosi, uti sunt *lienaris, hepaticus, duo renales, mesentericus magnus,* & *duo parvi in pelvi.*

V. Ut spiritus & anima sensibus in externis sensoriis præsunt: ita in plexibus nervosis viscerum actiones dirigunt.

CAPUT VI.

De Nervis ex medulla ſpinali ortis.

EXtra cranium nervi occurrunt ex medulla ſpinali binis ſemper principiis uno poſtico, & altero antico prodeuntes.

II. Numerantur illorum xxx. paria, & in *cervicalia*, *dorſalia*, *lumbaria & oſſis ſacri* dividuntur.

III. Cervicalium *ſeptem paria numerantur* abeuntia ad cervicem, diaphragma, & brachia.

IV. Dorſalium XII. *paria* obſervantur : quorum duo ſuperiora per brachia, reliqua per externa pectoris & abdominis diſſeminantur.

V. Lumbarium v. *paria* recenſentur, quæ vertebris, lumborum muſculis, oſſi ſacro, & innominatis incumbentibus nervis oſſis ſacri implantantur, & cum illis conjunguntur.

VI. Ex ſacro VI. *paria* emergunt cum lumbaribus inferioribus in nervum cruralem inferiorem abeuntia.

VII. Omnes hi nervi exceptis ultimis tribus *in proceſſus gangliformes abeunt*, & ſi excipitur primum, & ultimum par *ramos ad inter coſtales dimittunt.*

VIII. Nervi ſunt ſpirituum canales, & ſenſuum organa.

SECTIO II.

De Organis ſenſuum in ſpecie.

CAPUT I.

De Senſibus in genere & in ſpecie de tactu.

SPiritus sunt materiales, & corporei, tenues, summe mobiles, & activi.

II. Spiritus duplici constant substantia *humida*, & *sicca*.

III. Humidam constituit *subtitissima succi nutritii pars*; sicca autem *ex purioribus aereis particulis componitur.*

IV. Ob rigidas, & elasticas partes spiritus in nervis contenti ab objectis sensibilibus moventur.

V. *Objecta movent nervos, & Spiritum in illis contentum afficiunt.*

VI. Spiritus in sensuum organis *percipit impressiones, animæque rationalis præsidio adjutus illas intelligit,* & *dijudicat.*

VII. Ad tactum omnes sensus referri possunt.

VIII. Tactus est sensus universalis, reliqui sunt tangendi modi.

IX. Tactus organon sunt *papillulæ nerveæ pyramidales*, undique e cute, potissimum autem in digitorum extremitatibus emergentes.

X. Objectum tactus est varium *durum & molle, solidum & fluidum, humidum & siccum, asperum & leve.*

XI. Objectum tactus organis applicatum *blande illa afficit, & sensum tactus producit sine omni molestia.*

XII. Si fibræ aut aliæ partes simul adstantes durius afficiuntur, & sensatio tristis sequitur, oritur dolor.

CAPUT II.

De

Oculo & visu.

PArtes oculum constituentes sunt *palpebræ* cum *ciliis*, & *superciliis*, *musculi*, *adeps*, *membranæ*, *humores.*

II. Palpebræ sunt *duplices superior*, & *inferior.*

III. *Pili* infra, & supra orbitam palpebrarum cartilagini inserti *cilia* dicuntur, & *supercilia.*

IV. Ex

IV. Ex concursu palpebrarum resultant duo *oculi canthi internus, & externus.*

V. Internus versus nares spectans major est externo, qui tempora respicit.

VI. In oculorum canthis *glandula lacrymalis occurrit, & innominata cum vasis excretoriis* per palbebras dispersis.

VII. *Bulbus* oculorum *tunicis* constat, *& humoribus.*

VIII. Tunicæ *communes* sunt aut *propriæ.*

IX. Communis *adnata dicitur* vel *conjunctiva*, album oculi constituens.

X. Propriæ sunt *sclerotis s. cornea, choroides s. uvea, & retina.*

XI. Humores oculorum tres sunt, *aqueus, crystallinus, & vitreus.*

XII. Vasa oculorum *arteriosa* sunt, *venosa, & nervosa.*

XIII. Vasa arteriosa a *Carotidibus internis, & externis oriuntur.*

XIV. Venæ *in jugulares externas* abeunt.

XV. Nervos oculos accipit *ad visum par II.*, & ad *motum III. & IV. integrum*, necnon surculos *a V. & VI.*

XVI. Objectum visus sunt *lux & color.*

XVII. Ut objecta in camera obscura; ita etiam depinguntur in tunica retina.

XVIII. Imagines objectorum per tunicas, & humores incidentes sistuntur in parte oculi postica, & in tunica retina a spiritu & anima dijudicantur.

CAPUT III.

De Auribus & auditu.

AUris in *externam* & *internam* dividitur.

II. Externa auricula dicitur, & *in superficiem superiorem*, & *inferiorem* dispescitur.

III. Au-

III. Auricula superior ala seu *pinna* vocatur, & variæ eminentiæ in illa conspiciuntur.

IV. Ambitus exterior *helix* vocatur *aut capreolus*, cui *antihelix* opponitur, aut *scapha.*

V. Auriculæ inferioris eminentiæ *tragus vocantur*, cui *antitragus* opponitur, & lobus annectitur.

VI. Aurem internam IV. *cavitates* constituunt *meatus auditorius*, *tympanum*, *labyrinthus*, *& concha.*

VII. Meatus auditorius membrana clauditur *tympanum* dicta.

VIII. In tympani cavitate IV. *officula* reperiuntur, & *duæ fenestræ* versus labyrinthum spectantes.

IX. IV. Officula sunt *malleus*, *stapes*, *incus*, *& os orbiculare.*

X. Fenestra superior ovalis est, & per pedem stapedis clauditur: inferior autem magis rotunda membrana tenui tegitur.

XI. In tympani cavitate *chorda* præterea extensa est, seu *nervus* & *musculus* malleum detinens.

XII. Vasa auris habet *arteriosa*, *venosa*, *& nervosa.*

XIII. Arteriæ & venæ a *carotidibus*, *& jugularibus internis* oriuntur.

XIV. *Nervum acusticum* VII. par constituit *duobus ramis compositum molliori*, *& duriori.*

XV. Objectum auditus est *radius phonicus ex aeris fibratione formatus.*

XVI. Sonus *in auricula externa collectus ad interiora defertur.*

XVII. Sonus ad interiora delatus *subtensam pelliculam instar tympani bellici percutit*, & auram commovet intus latitantem.

XVIII. *Motus auræ in fibrillas nervi auditorii impellitur*, *&* *spiritus* in illis habitans pro diversitate motus illius *diversos sonos percipit.*

CAPUT IV.

De Naso & odoratu.

Na-

NAsus in partem *externam & internam* ab anatomicis dividitur.

II. Pars externa mobilis est aut immobilis. *Immobilis ossea dorsum* dicitur.

III. *Pars mobilis ex corporibus cartilaginosis* componitur: quorum latera *alæ, pinnæ*, aut *pterygia* appellantur, & extremitas globosa in medio posita *columnæ* nomen gerit.

IV. Nasum internum *septum constituit, nares in dextram, & sinistram* dividens.

V. Quælibet narium in duas partes dividitur: una sursum tendit ad os cribrosum, altera supra palatum in faucium, orisque interiora.

VI. In loco nasi interni superiore *tria ossa turbinata spongiosa* occurrunt ossi cribroso adhærentia.

VII. Ossa spongiosa absconditos habent *tubulos nervos*, a processu mammillari orientes, & dura meninge vestitos, proximum olfactus organon constituentes.

VIII. Objectum olfactus sunt *effluvia salino-sulphurea aeri communicata, & inspiratione* ad tubulos nerveos extra os cribriforme propendentes *delata.*

IX. Ex horum *attactu* pro miasmatum diversitate *odor suavis, aut adversus* a spiritu in nervis habitante percipitur.

CAPUT V.

De

Lingua & gustu.

ORganon gustus generale est aut speciale. Illud *lingua* constituit; hoc autem *papillulæ* illius *nervea.*

II. Lingua ex *musculis* componitur, *glandulis*, & *vasibus*, quæ exterius crassa membrana obducuntur.

III. Per medium linguæ linea depressa per longitudinem excurrit *mediana* dicta.

V. Connectitur lingua posterius *faucibus*, *laryngi*, *&* *ossi hyoidi.*

VI. Inferius maxillæ inferiori adhæret per *musculos, ac proprium ligamentum membranosum*, cujus extremum *frænum* dicitur.

VII. Fræno utrinque adjacent *glandulæ raninæ* a vasibus vicinis dictæ.

VIII. Lingua venas raninas assumit a jugularibus, arterias, a temporalibus, & nervos, a V, VI, & VIII. pari.

IX. Organon gustus speciale sunt *papillulæ nerveæ*: quarum singulæ ex angustiori radice in capitulum amplum, & fistulosum exsurgunt clavos plaustrorum inversos referentes.

X. Papillulæ nerveæ cum nervis continuatæ sunt, & *fasciculi fibrarum nervosarum paris quinti.*

XI. Numerus papillularum *incertus* est: illæque sine *ordine hinc inde dispersæ* reperiuntur.

XII. Ad apicem *linguæ & latera copiosiores existunt*, circa medium linguæ paucæ, nullæ autem in basi, & parte inferiore.

XIII. Ubi papillulæ copiosiores sunt, ibi magis vigere solet sapor.

XIV. Objectum gustus sunt *particulæ sapidæ* salinæ.

XV. Ut illæ melius penetrent debent (1) *porulos sensorii profundius subire.* (2) *Extra os solvi, aut per salivam aptæ reddi.*

XVI. Particulæ sapidæ intimius papillulis nerveis impressæ, illas *scindunt, pungunt, titillant, contrahunt, demulcent, aut alio modo afficiunt*, diversumque saporem spiritus cum jucunditate, aut molestia percipit.

XVII. Olfactus organon multum facit ad gustum.

XVIII. *Naribus obstructis*, & olfactu læso, *non vera fit saporum dignotio.*

LIB.

LIBER III.

De
Organis ſecretioni animali dicatis.

SECTIO I.

De
Organis chylificatorii.

CAPUT I.

De
Partibus abdominis continentibus & contentis.

PArtes abdominis dividuntur in *continentes* & *contentas.*

II. Partes continentes *communes* ſunt aut *propriæ.*

III. Communes ſunt *cuticula, cutis, pinguedo, & panniculus carnoſus.*

IV. Propriæ ſunt *muſculi* & *peritonæum.*

V. Peritonæum eſt *membrana partes contentas infimi ventris inveſtiens.*

VI. Peritonæum eſt *ubique duplex* ſed magis ab umbilico usque ad os pubis, maxime in mulieribus.

VII. Petſoratur peritonæum ſupra *per gulam, venam cavam, & nervos paris vagi:* inferius autem per *inteſtinum rectum & vaginam uterinam.*

VIII. Lamella exterior *duos habet proceſſus* & in viris vaſa ſpermatica continet; in fœminis autem ligamenta uteri rotunda includit. In ſcroto hi proceſſus magis dilatantur, & tunicam teſtium vaginalem conſtituunt.

IX. Partes abdominis contentæ ſunt *vaſa umbilicalia vena* ſc. *umbilicalis, arteria umbilicalis, urachus* & omentum.

 X. Omen-

X. Omentum est *pars membranacea intestinis superposita.*

XI. Omentum *ex duabus membranis constat. Anterior pyloro*, fundo *ventriculi*, intestino *duodeno*, partique *lienis* concavæ cohæret; posterior autem intestino *colo.*

XII. Remoto omento conspiciuntur *intestina* nuda *mesenterio alligata superius crassa, inferius tenuia.*

XIII. Sub diaphragmate situs est *ventriculus, a latere sinistro lien, & dextro hepar.*

XIV. Infra os pubis *vesica urinaria* sita est: & in lumbis utrimque *renes* sub partibus anterioribus occultati.

CAPUT II.

De Ventriculo & digestione.

VEntriculus est *sacculus membranaceus in sinistro hypochondrio situs alimenta digerens.*

II. Ventriculus duo habet orificia *dextrum & sinistrum.*

III. Sinistrum orificium *æsophagus* dicitur *ex faucibus per thoracem ad ventriculum descendens, & cibos deferens.*

IV. Orificium dextrum dicitur *pylorus, & alimenta digesta ad intestina dimittit.*

V. Ventriculus constat quatuor tunicis *membranosa, carnosa, & villosa seu glandulosa.*

VI. Tunicas ventriculi perreptant varia vasa sanguinea & *nervea*, quæ ultima *a pari vago, & plexu meseraico orta* ventriculum undique ambiunt.

VII. Usus ventriculi est *alimenta ex æsophago per sinistrum orificium recipere, digerere, & digesta ad intestina dimittere.*

VIII. Ad alimenta assumenda stimulamur *appetitu*, qui in *cibi ac potus desiderio* consistit, & sub *famis & sitis* nomine comprehenditur.

IX. Sitis ex *salivæ defectu*, & *ariditate membranæ in faucibus*

ex

expansæ oritur unde sensatio tristis in spiritu & desiderium potus excitatur.

X. Famem experimur dum *fibræ motrices vacui ventriculi undique contrahuntur tunicæ nerveæ, & superiori orificio molestia infertur* desiderium cibi spiritui imprimens.

XI. Ad hoc desiderium itaque sedandum potus ingeritur, cibi manibus apprehensi, & ori intrusi a dentibus primoribus inciduntur, a maxillaribus impetuosius applicatis subiguntur, & cum saliva *e ductibus* prodeunte permiscentur.

XII. Alimenta hoc modo parata, *larynge* a basi linguæ ad palatum applicata *elevata versus posteriora* in ventriculum *detruduntur* in œsophagum, & ab hujus fibris motricibus relaxatis & constrictis ad ventriculum pelluntur.

XIII. Huc delata *a potu* ingesto, & *lympha gastrica diluuntur*, partesque illorum *gelatinosæ, salinæ, & oleosæ* auxilio motus fibrarum contractivi *solvuntur & extrahuntur*, & cum reliquis adhuc permixtæ per pylorum mittuntur ad duodenum.

CAPUT III.
De Intestinis & chyli separatione.

INtestina sunt *ventriculus ad anum continuatus.*

II. Intestina sunt duplicia *tenuina & crassa.*

III. Intestina tenuia constituunt *Duodenum, Jejunum, & Ileon.*

IV. Ad crassa *Cæcum, Colon & Rectum* referuntur.

V. In cavitate intestinorum potissimum tenuium reperiuntur *rugæ transversæ, valvulæ conniventes, in colo autem insignis,* cui etiam *processus vermiformis* adhæret.

VI. In fine intestini recti *anus* conspicitur tribus musculis instructus. Primus dicitur *sphincter seu constrictor:* reliqui autem *ani levatores* appellantur.

VII. Usus intestinorum tenuium est *chylum a fecibus separare*; crassorum autem *reliquias ex corpore proscribere.*

VIII. Dum enim massa chylosa per pylorum ad Duodenum egreditur, cum bile e ductu biliario, & cystico per ductum choledochum egrediente permiscetur, ut *partes aqueæ cum oleosis uniantur, & tota massa fluidior reddatur.*

IX. Affunditur etiam in Duodeno *succus pancreaticus* liquori gastrico haud dissimilis aquo *massa* ulterius *diluitur, partesque chylosæ in liquorem homo geneum convertantur.*

X. Massa chylosa hoc modo diluta a *motu intestinorum peristaltico* ad intestina *tenuia,* & pars inutilis ad *crassa premitur.*

XI. In intestinis tenuibus *pars fluidior* per tunicam villosam in vasa lactea transcolatur *crassior* autem, & excrementitia per intestina crassa *ad anum promovetur,* eoque relaxato *excernitur.*

CAPUT IV.

De

Mesenterio, viis lacteis, & progressu chyli ad sanguinem.

MEsenterium est *membrana intestina colligans, ductusque chyliferos & sanguineos continens.*

II. Mesenterium est duplex *meseræum,* & *mesocolon.*

III. *Meseræum colligat intestina tenuia, & mesocolon crassa.*.

IV. Vasa mesenterii sunt triplicia, *nervosa, sanguinea & lactea.*

IV. Vasa lactea sunt duplicia *primi, & secundi generis.*

VI. Vasa lactea primi generis *ab intestinis oriuntur, & in glandulas mesenterii desinunt.*

VII. Vasa lactea secundi generis a *glandulis oriuntur, & ad cysternam protenduntur.*

VIII. Ex cysterna seu *receptaculo lumbari*] *ductus thoracicus oritur,* qui per longitudinem thoracis extensus *desinit in venam subclaviam sinistram.*

IX. Usum

IX. Usum horum vasorum nomen declarat. Nam vasa lactea primi generis chylum ex tenuibus intestinis recipiunt, & *glandulis in mesenterio* sitis *infundunt ut magis diluatur.*

XI. Chylus ex glandulis mesenterii *per vasa lactea secundi generis* in cysternam, & ex hac per ductum thoraceum *ad venam subclaviam fertur, ubi sanguini permiscetur, & cum illo ad omnes corporis partes ducitur.*

LIBRI III
SECTIO II.
De Organis secretoriis in specie.

CAPUT I.
De Mammis & lacte.

MAmmæ in thorace constitutæ sunt, & *in partes externas, & internas* dividuntur.

II. Partes mammarum externæ sunt *papillæ cum areola, & reliqua illorum substantia.*

III: Interna mammarum substantia *ex glandulis vasculosis* constat, quibus interpositi sunt *sacculi adiposi.*

IV. Ex quavis glandula *vas excretorium egreditur*, quorum IV. V. *aut* VI. *canalem minorem* constituunt.

V. Canales minores circa papillam coeunt, & vasa *lactifera satis ampla constituunt.*

VI. Vasa lactifera ad papillularum extremitates coeunt, & coarctantur, *ne liquor contentus exstillet.*

VII. Usus mammarum est *lac ex sanguine alimentario separare per arterias* mammarias allato.

VIII.

VIII. Lac est *liquor ex substantia oleosa, & pingui, nec non particulis aquosis, caseosis, & salino-salsis* compositus.

CAP. II.

De
Vasibus lymphaticis & lympha.

VAsa lymphatica sunt *exigui canales, ex tunica subtili, ac pellucida constantes, humorem limpidissimum ad massam sanguineam vehentes.*

II. Vasa lymphatica *nodulis densissimis* referta sint, qui totidem *valvulas* constituunt.

III. Vasa lympham secernentia sunt *surculi capillares arteriarum in artubus* hinc nide dispersi, *& glandulæ.*

IV. Glandulæ a *Malpighio* in *muscosas* dividuntur, & *vasculosas.*

V. Glandulæ vasculosæ *ex nervis, venis, arteriis, & vasibus lymphaticis sunt compositæ.*

VI. Muscosæ sunt *diverticula lymphæ, in quibus illa ulterius præparatur antequam ad massam sanguineam feratur.*

VII. Vasa lymphatica in *artubus oriuntur, aut visceribus,* & hunc in modum distribuuntur.

VIII. Vasa lymphatica ab artubus inferioribus orientia *venas comitantur, & tandem unita in glandulas lumbares desinunt.*

IX. Ex his *renascuntur sub* plurimorum *minorum vasculorum forma,* quæ postea unita in *quovis latere Iliacos comitantur.*

X. Ubi vena portæ bifurcatur *coalescunt in unum* truncum, qui venam portæ comitatur.

XI. Hic truncus in itinere vasa lymphatica recipit ex *testibus* oriunda, nec non *emulgentia* ex renibus.

XII. Huc accedunt vasa lymphatica *mesenterii ad glandulas* lumbares excurrentia, & in priorem abeuntia.

XIII.

XIII. Huic trunco junguntur etiam vaſa lymphatica *hepatis, lienis, ſtomachi,* & *omenti.*

XIV. Hi trunci uniti conſtituunt *cyſternam,* aut receptaculum lumbare, quod *in ductum thoracicum abit, & lympham ſubclaviæ infundit.*

XV. Antequam autem hoc contingit vaſa lymphatica *thoracis, colli & brachiorum* recipit in *ſiniſtro latere* ſita.

XVI. Lympha ex latere dextro artuum ſuperiorum proveniens ſubclaviæ dextræ infunditur.

XVII. Lympha conſtat ex *particulis aqueis, gelatinoſis, & paucis ſalſo-ſalinis.*

XVIII. Uſus lymphæ eſt varius. In ſubclaviis enim ſanguini infuſa *illi inſervit pro vehiculo.*

XIX. Lympha *in ore, ventriculo,* & *inteſtinis* cibos digerit, & per vaſa lactea transcolata chylum in ſanguinem vehit, & particulas nutritivas ad partes corporis omnes.

XX. Lympha *humectat motus organa, & in uſum aliarum actionum impenditur.*

CAPUT III.

De Hepate, & bile.

HEpar eſt *viſcus glanduloſum immediate ſub diaphragmate ſitum, humorem bilioſum a maſſa ſanguinea ſegregans.*

II. Hepar *in dextro hypochondrio ſitum eſt,* quod totum replet.

III. Hepar ſuperius *convexum* eſt, ſeu gibboſum poſterius *concavum.*

IV. Hepar *diaphragmati connectitur, & cartilagini enſiformi; in reſpiratione etiam ſequitur motum diaphragmatis.*

V. Vaſa hepar poſſidet copioſiſſima *venas, arterias, nervos, vaſa lymphatica, & ductus proprios.*

VI. Venæ sunt *vena portæ, & vena cava*, arteriæ a *dextro cœlicæ ramo*, & *nervi a plexu hepatico oriuntur.* Vasa excretoria in *vesiculam felleam abeunt.*

VII. Constat hepar ex variis glandulis ramulis venæ portæ, & cavæ racematim adhærentibus, & quasi lobos constituentibus qui propriis membranulis involvuntur in tunicam externam, seu membranam communem abeuntibus.

VIII. A singulis his lobis plures *ductus excretorii* egrediuntur, qui ramulis venæ portæ contigui pari passu cum illis incedunt, abeuntque tandem in *truncum singularem.*

IX. Truncus singularis cum alio meatu a vesicula fellis continuato coit *in tertium communem.*

X. Per hos ductus bilis in hepate secreta in vesiculam felleam & intestinum Duodenum demittitur.

CAP. IV.
De
Renibus & urina.

SAnguis per aortam descendentem ad renes delatus *serum superfluum urinæ nomine* ad vesicam transmittit.

II. Renes siti sunt inter duas *peritonæi tunicas, ad latera venæ cavæ, & aortæ descendentis.*

III. Renes figuram phaseoli exacte referunt, exterius enim *gibbosi sunt instar arcus*, & *interius sinuosi* & *concavi.*

IV. Renes duabus cinguntur tunicis *externa*, & *interna.*

V. *Externa* a peritonæo oritur, laxe renes ambit, & tunica *adiposa* nuncupatur.

VI. Tunica interior ab externo vasorum integumento oriens *arcte renes cingit.*

VII. Renes *ex tubulis cavis compositi* sunt, & *glandulis minutissimis* intra vasorum sanguineorum extremitates, & tubulorum ostia positis.

VIII.

VIII. Tubuli renales a superficie *ad interiora reflectuntur*, tandemque *pelvim* subeunt.

IX. In pelvi deposita rubedine albescunt, & invicem contexti *ad cavum pelvis* desinunt, & in unum corpus abeunt.

X. Pelvis ad vesicam continuatur, & *ureteres* constituit.

XI. Ureteres ad *vesicam* feruntur inter duas peritonæi tunicas instar literæ S, & vesicæ oblique inseruntur.

XII. Vesica sita est *in abdominis cavitate inter duplicaturam* peritonæi.

XIII. Vesica dividitur in *fundum*, *cervicem*, aut collum.

XIV. Componitur vesica ex *tribus tunicis*, *communi*, *musculosa*, *& nervosa*.

XV. In osculo cervicis *sphincter* ponitur urinæ stillicidium impediens.

XVI. Collo vesicæ a parte inferiori canalis membranaceus, & nerveus contiguus est, *qui urethra dicitur*.

XVII. Sanguis ad renes delatus, *serum in glandulosa illorum substantia deponit*, quod *per tubulos renales in pelvim depluit*.

XVIII. Urina *ex pelvi per ureteres ad vesicam defertur*, & inde *ejus sphinctere soluto per Urethram* ex corpore *proscribitur*, & ita corpus a sero superfluo liberatur.

CAPUT V.

De

Cute & Sudore.

CUtis est *pellis totum corpus cooperiens*.

II. Cutis componitur ex *fibris albicantibus partium subjectarum continuatis ortis*.

III. Cutis perforata est *foraminibus copiosissimis majoribus*, *& minoribus*.

IV. Foramina minora dicuntur *pori*, & a quibusdam anatomicis *in majores*, *& minores* dividuntur.

V. Singulis poris subjacent *glandulæ miliares* ex quibus vasa prodeunt, quorum ostia intra cutis poros sunt abscondita.

VI. Singuli pori *pelliculis convexis* a cuticula formatis, tanquam *valvulis* operiuntur.

VII. Usus cutis est totum corpus ambire, & tegere, sudoremque, & transpirationem dirigere.

VIII. Sanguis enim ad habitum corporis, & glandulas miliares delatus partes aquoso-salinas in illis secernit, sub forma vaporis, aut guttarum excernendas.

LIBER IV.

De Partibus genitalibus.

CAPUT I.

De Partibus genitalibus virorum & semine.

MAs & fœmina ad generationis negotium concurrunt.

II. Partes genitales aliæ sunt *in viris*, aliæ in *mulieribus*.

III. Partes virorum genitales sunt *testes, parastatæ, vesiculæ seminales, & penis.*

IV. Testes sunt *glomi vasculosi extra abdomen in scrotum dependentes.*

V. Testes investiuntur tunicis communibus & propriis.

VI. Tunicæ communes ambos ambiunt, & sunt *scrotum* s. *bursa virilis*, & *Darton.*

VII. Tunicæ cuivis propriæ sunt *vaginalis, rubra, & albuginea.*

VIII. Testibus incumbunt *parastatæ* s. *Epididymedes.*

IX. Parastata est ductus *seminalis tortuose inflexus, & membrana albuginea involutus.*

X. Ubi

X. Ubi flexus desinunt ductus ille expanditur, & *vas ejaculatorium* ſ. *deferens* appellatur.

XI. Vas deferens capſula communi incluſum per duplicaturam peritonæi ad cavum abdominis pergit, & juxta penis radicem in *veſiculas ſeminales deſinit.*

XII. Infra collum veſicæ occurrunt duo *corpora globoſa ſuperius lata, & inferius ovalia, quæ proſtatæ appellantur.*

XIII. Proſtatæ in penem deſinunt, qui ex *communibus & propriis partibus conſtat.*

XIV. Communes penis partes ſunt *cuticula, cutis, & panniculus carnoſus.*

XV. Partes penem conſtituentes propriæ ſunt *duo corpora nervoſa ſ. ſpongioſa, urethra, glans, ſeptum intermedium, muſculi, & vaſa.*

XVI. Uſum harum partium illarum nomen indicat.

XVII. Ad generationis negotium *ſymbolum ſuum mas, & fæmina contribuunt.*

XVIII. Mas *ſemen fæcundum* exhibet in glomis teſtium vaſculoſis ſeparatum.

XIX. Semen in teſticulis ſeparatum, & transcolatum ad paraſtatas defertur.

XX. Paraſtatæ ſemen per vaſa deferentia ad veſiculas ſeminales transmittunt.

XXI. Semen in veſiculis aſſervatum una *cum liquore proſtatarum* coitus tempore *per rigeſcentem penem* intra ſinum muliebrem ejicitur.

CAPUT II.

De Partibus genitalibus mulierum & conceptione.

PArtes genitales mulierum in *internas* & *externas* dividuntur.

II. Internæ sunt uterus, *ovarium* & *tubæ Fallopianæ.*

III. Uterus sita est *in hypogastrio* intra *vesicam urinariam*, & *intestinum rectum.*

IV. Uterus dividitur *in cavitatem & vaginam.*

V. Substantia uteri est *spongiosa*, tortuosis ramificationibus venarum, arteriarum, & vasorum lymphaticorum prædita.

VI. Uterus pertunditur a duobus canalibus appensis qui *tubæ Fallopianæ dicuntur.*

VII. Tubæ Fallopianæ sunt corpora *teretia, nervosa, & concava.*

VIII. Extremitas tubarum pendula est, & *fimbriis pannorum attritorum non dissimilis.*

IX. Juxta uteri latera sunt *testes.*

X. Testes muliebres nihil nisi *ovaria sunt.*

XI. Ovarium constat ex *corpore inæquali, & ex vesiculis.*

XII. Ovarium vesiculis seminalibus virorum non est dissimile.

XIII. *Vesiculæ sunt verum ovum*, & limpida aqua turgent.

XIV. Lymphæ ovulorum *corpusculum* innatat *solidioris texturæ*, quod rudimentum est totius hominis.

XV. Partes genitales mulierum externæ dicuntur *pudendum.*

XVI. In pudendo exterius oriuntur *labia*, ex quorum conniventia *rima* formatur.

XVII. Labiis diductis occurrunt *alæ, seu Nymphæ* cristas sub gutture galli pendulas referentes.

XVIII. Ubi alæ superius committuntur *Clitoris* cernitur, & sub hac *foramen urethræ urinam reddens.*

XIX. Quod usum harum partium attinet sciendum est *conceptioni illas inservire.*

XX. *Penis* enim *vagina exceptus semen in uterum ejaculatur*, quod protinus *per tubas Fallopianas ad ovarium defertur.*

XXI. Pars ſeminis ſpirituoſa in unum, vel alterum ovulum incidens ſtatim ejus *interiora ingreditur*, & illis *motum vitalem introducit.*

XXII. A motu vitali *fit partium fluidarum turgeſcentia, & pellicularum extenſio* : unde ovulum a fibroſis teſticulorum vinculis convellitur, & evellitur.

XXIII. Ovulum a tubis Fallopianis ad uterum defertur, radices in illa agit, & creſcit.

CAPUT III.

De

Secundinis fœtu & partu.

UTerus *geſtationis tempore* valde *extenditur* in longitudinem, & craſſitiem, indeque *laxior evadit*, & *fungoſior.*

II. In uteri ſubſtantia, ſi transverſim diſſecatur *multa cernuntur foramina*, & integri *ſinus*, qui nihil aliud ſunt quam *tubuli arteriarum a ſanguine* continuo *aggeſto ampliores facti.*

III. Fœtus in utero contentus duabus includitur membranis, quarum exterior plurimis vaſis donata *Chorion*, & interior & candidior *Amnion* dicitur. Utraque humorem lentum continet: & illa quidem turbidiorem, hæc autem puriorem, qui ab *Harvejo lib. de gener. anim. exerc.* 16. *colliquamentum* vocantur.

IV. Fœtus huic aquoſitati innatat, & nutrimentum ex illa capit tam per *vaſa umbilicalia* antequam *placenta* formata ſit, quam poſtea per os puriorem ejus partem aſſumendo.

V. Vaſa umbilicalia e medio abdominis egredientia tria ſunt: *duæ ſc. arteriæ*, quæ ab Iliacis exortæ juxta veſicæ latera deferuntur, & *una vena* propago ſc. venæ portæ hepatis fiſſuræ inſerta.

VI. His denique accedit *urachus* ſeu exilis funiculus a fundo veſicæ ortus, illumque ſuſpenſum tenens.

VII. Urachus impervius eſt, & vix ultra abdomen progreditur, minusque ad hepar uterinum pertingit *variis nodis* hinc inde conſpicuis præditus.

VIII.

VIII. Parte superiore chorii & uteri *hepar seu placenta uterina* adhæret, quæ terra quasi est per quam vasa umbilicalia suas longe lateque spargunt radices, non ita tamen ut vasa umbilicalia vasis matris implantentur.

IX. Placenta uterina non statim primo observatur mense: quam primum autem adest, *imbibit succum nutritium* ab arteriis matris allatum, & per venam umbilicalem *in fœtus hepar defert.*

X. Substantia placentæ uterinæ maxime porosa est, & spongiosa *per quam succus chylosus* ex arteriis separatur, & colatur liquamentum modo dictum constituens.

XI. Sanguis ab uteri vasis placentæ affusus, & per eam transcolatus *in venam umbilicalem assumitur, & per venam portæ & cavam cordi infunditur.* Arteriæ umbilicales sanguinem superfluum a fœtu ad placentam derivant, a qua in venæ umbilicalis radices revertitur, sanguisque ita itu & reditu suo *quandam efficit circulationem.*

XII. Fœtus partui vicinus in multis ab adulto discrepat, inter quæ potissima sunt (1.) quod *caput, glandula thymus, & renes succenturiati sint majores* (2) *ambæ auriculæ cordis deprehendantur æquales.* (3) *sanguis ex dextro cordis ventriculo ad sinistrum transeat non per pulmones, sed per foramen ovale, quod est intra venam cavam, & venam pulmonalem.* (4) *ossa totius corpusculi mollia sint, & flexibilia, quædam* etiam *plane cartilaginea,* ut carpi & sterni ossicula, quædam *epiphysibus distinctis donata* ut femur, tibia, humerus, & alia denique *in multas partes cartilaginis, aut membranæ beneficio conjunctas separata* ut vertebræ, ossa innominata. maxilla inferior. &c.

XIII. Quamprimum fœtus est exclusus *funiculus umbilicalis prope abdomen ligatur, & supra ligaturam resecatur,* ut ille a sordibus purgatus a matre ulterius *foveri, & ali* possit.

XIV. Hoc facto exitus secundinarum promovetur, ut ostiola vasorum vterinorum a placenta obdurata reserari, sanguisque & alii humores gestationis tempore intra vasa, & spongiosam uteri substantiam collecti educi queant, sicque *lochia* fiant.

COL-

COLLEGIUM DE MEDICAMENTORUM PROPRIETATIBUS.

INDEX CAPITUM.

PROEMIUM

De

Medicamentis in genere.

LIBER PRIMUS.

De

Evacuantibus.

SECTIO I.

De

Evacuantibus universalibus.

SECTIO II.

De

Evacuantibus particularibus.

LIBER SECUNDUS.

De

Alterantibus.

SECTIO I.

De

Alterantibus causam morbi.

VII.

SECTIO II.

De

Alterantibus certam partem roborantibus.

SECTIO III.

De

Alterantibus certum morbum expugnantibus.

PROOEMIUM.

De Medicamentis in genere.

§. 1.

MEdicamenta sunt *corpora naturalia instructa certa, ac determinata efficacia ad movendum, vel motum sistendum ut sanitas amissa restituatur.*

§. 2. Medicamenta varie dividuntur: idque tam *ratione substantiæ, atque essentiæ,* quam *virtutis aut proprietatum.*

§. 3. Ratione substantiæ, atque essentiæ medicamenta dividuntur *in simplicia* atque *composita.* Simplicia iterum *sunt* vel *nativa* s. *cruda,* vel *præparata* in pharmacopoliis.

§. 4. Simplicia nativa *desumuntur ex triplici naturæ regno.* Hinc alia sunt ex *minerali,* alia ex *animali,* alia *ex vegetabili* regno desumta.

§. 5. Mineralia sunt vel 🜃*ea,* l. *lapidosa,* l. *metallica,* l. 🜍*ea,* l. ⊖*ina.* Simplicia nativa ex animali regno desumenda autem distinguuntur *in duriora,* & *molliora.*

§. 6. Simplicia nativa ex vegetabili regno commode in VI. classes dispescuntur: quarum 1.) *radices* 2.) *ligna & cortices* 3.) *lacrymas, succosque in spissatos* 4.) *folia & herbas integas* 5.) *flores* 6.) *denique fructus & semina* continet.

§. 7. Præparata in officinis tam simplicia, quam magis mixta ad XII. capita non incommode revocari possunt: quorum (1) *aquas destillatas* (2) *olea* (3) ⏜*ardentes, urinosos & acidos* (4) ⊖*ia volatilia,* (5) ⊖*ia media* (6) ⊖*ia fixa* (7) *Tincturas & essentias.* (8) *Extracta, conservas, & Syrupos* (9) ≏*ta* (10) ⩫, *fixata & calcinata* (11) *Electuaria, & pilulas* (12) *Emplastra unguenta,* & *balsama* continet.

§. 8. Ra-

§. 8. Ratione virtutis medicamenta dividuntur in *evacuantia, & alterantia.* Evacuantia ſunt vel *univerſalia, vel particularia.* Alterantia ſunt vel *analeptica*, vel *abſorbentia*, vel *præcipitantia.*

§. Virtus, & efficacia medicamentorum cognoſcitur tam a *priori*, quam a *poſteriori.* Illud fit per *habitudinis intrinſecæ evolutionem*: hoc autem per *tentativam illorum penes ægros applicationem.*

§. 10. Intrinſeca medicamentorum conſtitutio cognoſcitur tam ex illorum *principiis* quam *ſenſibili habitudine.* Idem contingit per artem *igne mediante*, & *alliis adminiculis.*

§. 11 Neque ſola hæc cauſarum, & texturæ indago vires medicamentoſas declarat; ſed inſimul *conſulenda experientia:* qua de re pluribus agit BOHNIUS *in officio medici cap.* XXI. *de pharmaciæ adminiſtratione.*

LIBER I.

De Evacuantibus.

§. 1.

EVacuantia ſunt *medicamenta in partibus machinæ humanæ fluidis motum excitantia, humoresque p. n. per debita emunctoria ejicientia, atque expellentia.*

§. 2. Differunt evacuantia I. *ratione principii agentis*, I. *ratione emunctoriorum* per quæ evacuationes inſtituuntur. Ratione prioris ſunt vel *mitiora, vel fortiora*, quatenus nimirum principio plus minusve activo ſunt inſtructa, adeoque vel majores, vel etiam minores motus inſtituunt.

§. 3 Quæ magnam potentiam & impetum motus nacta ſunt, ſive *quæ in exigna mole* ~ *fortiter exagitant & commovent, & in rebellibus chronicis morbis magnos effectus præſtare* poſſunt, dicuntur *generoſa l. etiam* heroica: qualia ſunt *Vomitiva & fortiora purgantia*, in quorum præſcriptione ſumma ſemper prudentia & circumſpectio adhibenda.

§. 4. Ratione emunctoriorum evacuantia ſunt vel vomitoria, vel purgantia, vel ſudorifera, vel diuretica.

§. 5. In ordinandis evacuationibus talis ordo obſervari poteſt, ut (1) *ſanguis per V.S. extrahatur* (2) *purgans exhibeatur* (3) *Diureticum*, & poſtea *ſudoriferum.*

LIB. I.

SECTIO I.

De Evacuantibus univerſalibus.

CAPUT I.

De *Abſtergentibus.*

§. 1.

ABſtergentia ſunt medicamenta *ad evacuantium claſſem pertinentia, quæ noxios humores, & impuritates in corpore, ejusque peripheria hærentes, ob ſpicula ⊖ina vel etiam ob particulas lubricas, & fluxiles detergunt, abluunt, atque e Corpore educunt.*

§. 2. Abſtergentia ſunt vel externa, vel interna. Ad forum medicum proprie abſtergentia interna pertinent.

§. 3. Interna ſunt varii generis. Vel enim conſtant ex radicibus, & *herbis particulis acrioribus ⊖inis refertis*, vel etiam ex ⊖*ibus alcalinis non minus, quam mediis*, ex plantis copioſiſſimis particulis mucilaginoſis imbutis. *Omnia purgantia ſunt abſtergentia, & ſic vice verſa.*

§. 4. Unicum tantum datur ⊖ alcali volatile in rerum natura. Media ⊖ia dicuntur, quæ conflata ſunt ex ⊖e alcalino & acido: cujus generis ſunt ⊖ *digeſtivum Sylvii* ♀ ⊕*latus, arcanum duplicatum*, ♀ ♀*ſatus.*

§. 5. Interna conveniunt in morbis ubi *humores viſcidi & pituito-*

tuitosi in primis viis hærent, præsertim *si maritentur cum diluentibus* nocent vero ubi ⊖ia acria prædominium obtinent.

§. 5. Externa sunt quæ ad mundificationem ulcerum adhibentur, vel etiam ad cuticulam nitidiorem efficiendam, magisque splendidam & elegantiorem reddendam.

CAPUT II.

De Alexipharmacis.

§. 1.

ALexipharmaca sunt medicamenta *venenis resistentia*, *massamque sanguineam a putredine præservantia* ab ἀλέξω depello.

§. 2. Venena duplici ratione in corpus nostrum agunt, & tyramnidem exercent. Vel enim ab *extra illata subito interimunt*, vel *intus nata pedetentim agunt*, *& destruunt*.

§. 3. Venena ab extra illata pro illorum diversitate diversa etiam requirunt remedia. Si per *os assumtum* sit venenum *conveniunt vomitoria lenientibus* & *demulcentibus permixta*, potus lactis copiosus bis terve repetitus ad vomitum usque. Idem ▽ tepida cum ☍ amygdalarum dulcium, vel olivarum ad vomitum hausta. Venena cum vulnere inflicta requirunt suderifera leniora, qualia sunt unicoru verum, *lap. Bezoardicus*, *CC sine △e*, *cum ♄ialibus ☿inis*, *Tr. sic dicta Bezoardica*, *Mixt. simpl.* *♎ CC. succinatus*, *Theriaca cœlestis*, *Diascord. Fracastorii.*

§. 4. Venenis in corpore natis resistunt omnia illa, quæ mixturam sanguinis turbatam restituunt, motum, & circulum æqualem inducunt, & a putredine præservant. Hæc medicamenta dicuntur *universalia Alexipharmaca*, & agunt leniorem diaphoresin in massa sanguinea promovendo, & noxia quævis e corpore eliminando.

§. 5. Omnibus alexipharmacis palmam præripiunt (sed hic venena in corpore nata intelligenda esse scias) ⦶ *& Camphora mixta* cum *diaphoreticis temperatis* sæpius descriptis, quod *Doctorem &*

Pro-

Professorem Hallensem celeberrimum STAHLIUM commovit hunc in modum prorumpere: Wenn man Salpeter und Campher nicht hätte, so könte keine gifftige Kranckheit curirt vverden.

CAPUT II.

De
Balneis.

§. 1.

Balnea sunt *species remediorum, quibus ceu medio externo sudor e corpore prolicitur.*

§. 2. Balneorum modus operandi duplex est: *poros cutis relaxare, & circulationem sanguinis auctiorem, atque liberiorem reddere.*

§. 3. Balnea distinguuntur in *naturalia, atque artificialia. Naturalia* calida e terra scaturiunt, & dicuntur *thermæ. Artificialia,* quæ in defectu naturalium horum vices supplent, duplicis sunt generis, vel *sicca, vel humida.* Hæc conficiuntur ex aqua simplici utplurimum fluviatili calida, vel ex herbis varii generis, & aqua communi puriore addita interdum pro re nata pauca vini quantitate. Illa parantur vel incensione 🜄, vel decocti cujusdam sudoriferi infusione super lateres ardentes, aut ferrum ignitum, & dicuntur *Laconica.*

§. 4. *Balnea* præsertim *calidora,* atque *Laconica nocent plethoricis, Cachecticis, Coryza laborantibus, corporibus exsiccatis, atque emaciatis, calidioribus, senibus, melancholicis, maniacis, febre lenta, vel hectica laborantibus.*

§. 5. Evacuantibus universalibus apertis viis, solutaque plethora balnea conveniunt in illis, qui *gravissimis ventris, & lumborum doloribus, Colica convulsiva, passione Iliaca ex hernia* laborant. *Laconica* inprimis *tumores partium frigidos discutiunt, & in contractura quavis* & *Paralysi* conveniunt.

§. 6. *Ante usum salvantium ☿ialium commodum locum invenit balneum aquæ dulcis temperatum* ut hac ratione fluxiles fiant humores,

res, & totum corpus poris apertis perspirabile reddatur. Ita quoque *ante usum Empl. ♀ialium* ad dissipandos tophaceos tumores præstat prius balneo uti.

§. 7. *Balnea non conveniunt die, quo purgantia adhibita, vel V.S. instituta fuit.*

§. 8. *Balnea optime conveniunt matutino tempore, ventriculo vacuo, item autumno, & vere; minus æstate, & hyeme.*

§. 9. *Post balneum cavendum ab aere frigidiore, & ab omnibus frigidis.*

§. 10. *Balnea particularia sunt pediluvia.* Hæc reliquis balneis securiora sunt: maxime autem commendantur in *capitis affectibus fere omnibus præsertim doloribus, Vertigine, Melancholia, Mania, somno turbulento, & vigiliis.* Adhibentur quoque post *nimium laborem, & motum:* ubi debilitatis admodum sunt amica.

§. 11. Operantur pediluvia tum sanguinem in pedibus lente circulantem, frigidum, lassum diluunt, fluidificant, & ad citatiorem motum aptum reddunt. Porro substantiam cutis laxando efficiunt, ut sanguis ab aliis partibus in has laxatas distribuatur, illasque relinquat.

§. 12. *Pediluvia optime adhibentur circa vesperam* ante lecti ingressum, & præstat semper usque ad genua pedes immittere aquis, quam saltim partem illorum.

§. 13. Componi possunt pediluvia ex herbis emollientibus nervinis ⊖e volatili oleoso præditis v. g. *Malvæ, parietariæ, Chamomillæ, Melissæ, Menthæ.*

CAPUT IV.

De

Bezoardicis.

§. 1.

BEzoardica non nisi nomine differunt ab alexipharmacis. Ita dicuntur *omnia quæ venenis imprimis in corpore natis resistunt, illaque expellunt.*

§. 2. Nomen habent a famigeratissimo illo *lapide in caprarum quarundam Indicarum ventriculis concreto Bezoar dicto*: cui veteres primum inter alexipharmaca locum tribuebant. Huic vero lapidi nomen contingit ab Arabico vocabulo *bel*, quod significat *dominus*, & *Zoar venenum*.

§. 3. Bezoardica dicuntur quoque an nonnullis *cordialia temperata*. Hinc plura de his, ubi de Cordialibus.

CAP. V.
De
Catarcticis.

§. 1.

CAtarctica sunt medicamenta *non solum humores peccantes in intestinis hærentes evacuantia, sed etiam ipsam massam sanguineam cum reliquis humoribus ejicientia, majoresque turbas in illis efficientia.*

§. 2, Catarctica dicuntur alio nomine *Drastica vel etiam purgantia fortiora.* Hinc plura de his, ubi de purgantibus.

CAPUT VI.
De
Diaphoreticis.

§. 1.

DIaphoretica sunt *medicamenta evacuantia, massam sanguineam leniter exagitantia, & extenuantia, spiritus languidos excitantia, transpirationem liberiorem efficientia, serumque superfluum per poros cutis plerumque insensibiliter evacuantia.*

§. 2. Diaphoretica *gradu* saltim *differunt a sudoriferis.* Hæc enim calidiora & magis volatilia sunt, adeoque majore impetu agunt: illa vero leniora, ac fixiora, hinc blande ducunt.

§. 3. Omnia superius descripta *Alexipharmaca universalia* vel

Be-

Bezoardica, quia ad diaphoresin disponuit, ac per cutis poros materiam peccantem educunt.

§. 4. Diaphoretica humores ⊖sos tenues volatiles evacuant: qui humores quando regurgitant ad intestina, cuti extrinsecus adstricta oriuntur *Diarrhaeae.*

§. 5. *Diaphoretica infantibus pueris, gravidis, puerperis magis conveniunt, quam sudorifera fortiora.*

§. 6. *Diaphoretica theriacalia, Càmphorata, & Bezoardica media & fixiora in morbis acutis, & malignis reliquis sunt praeferenda.*

CAPUT VII.

De *Emeticis.*

§. 1.

EMetica sunt *medicámenta evacuantia humores vitiosos e ventriculo, partibusque vicinis propter ⊖ fixum acidum causticum, vel etiam propter principium ♀eum tenue, & acre per superiora, h. e. per os ejicientia.*

§. 2. Modus operandi consistit *in spasmodica tunicarum ventriculi contractione.* Dum enim a particulis acrioribus *⊖ino-♀eis ventriculus fortiter constringitur*, hujus constrictionis adminiculo saburra, atque colluvies vitiosorum humorum expellitur, atque evacuatur.

§. 3. Vomitoria sunt duplicis generis: quaedam agunt *principio magis fixo, caustico, acido, qualia sunt ⊕lacea:* quaedam agunt propter *principium magis subtile ⊖ino-♀eum activum, qualia sunt ex ♁io parata,* quae in exigua dosi magnam operationem exerunt, *uti ♀ emeticus, crocus metallorum, ☿ vitae, infusum vitri ♁ii.*

§. 4. Indicant Emeticorum usum *humores in ventriculo stagnantes, atque corrupti, venena assumta maxime narcotica, haustum contagium, bilis copiosa viscida, crassa in ventriculo, & duodeno haerens, nausea cum salivae fluxu, sive fastidium ciborum, amarities oris, praecordiorum anxietas.*

§. 5. In principio *febrium lentarum, quæ invadunt post intermittentes male curatas*, vel *nimis cito suppressas, in principio phtiseos stomachalis, Colica pertinaci, Asthmate stomachali, & Cardialgia humorali*, item in *intermittentium pertinacia*, emetica præsentem ferunt opem.

§. 6. Si *causa dolorum graviorum* v. g. Cephalalgiæ, doloris Nephritici, Arthritici, item *morborum spasmodicorum, & convulsionum latitat in primis* viis vomitoria convenientissima sunt.

§. 7. *Præservatio a morbis contagiosis*, Dysenteria, Peste, febribus petechialibus *optime fieri solet per vomitum.*

§. 8. Contraindicant vomitum *virium defectus, dispositio ad Lypothimiam, inflammatio ventriculi, viscerum corruptio, phtisis, Hæmoptysis, debilitas nervosi generis*, ad *Paralysin, Epilepsiam, & Catarrhum suffocativum dispositio, & notabilis seri defectus.*

§. 9. *Gravidis, atque puerperis raro, vel nunquam propinanda sunt emetica* nisi sint lenissima, & singularis ad vomitum adsit dispositio.

§. 10. *In paroxysmis morborum spasmodicis* maxime Hysterico, & Epileptico *vitanda sunt Emetica.* Testatur enim experientia quosdam in mortem inde esse præcipitatos.

§. 11. Quoad anni tempora *vere, atque æstate promptius operantur emetica, quam autumno & hyeme.* Quoad ætates *infantes, & juvenes facilius ferunt vomitum, quam senes.* Quoad sexum vero *fœminæ facilius vomitu evacuantur, quam viri.*

§. 12. Quoad temperamenta *melancholici, & pituitosi difficilius moventur* ab emeticis, hinc fortiora requirunt: *biliosi, cholerici, ac facile mobiles temperatioribus, & lenioribus evacuantur.* Hinc etiam minor dosis illis offerenda.

§. 13. *Vitriolacea* requirunt naturam magis robustam, & viscidorum humorum in primis viis colluviem: hinc *pituitosis, frigidis, rusticis conveniunt.*

§. 14. *Antimonialia* rite parata, & in justa quantitate exhibita securissima sunt. Nam & *robustis, & debilioribus quadrant.*

§. 15. Ex

§. 15. Ex ♁ialibus omnium tutissimus est ♀ *Emeticus acidulus non alcalinus*, item ☿ *vitæ probe edulcoratus*. Minus secura sunt *vitrum ♁ii*, *crocus metallorum*, *regulus ♁*. Observatum enim fuit hæc hypercatharsin lethalem sæpius excitasse.

§. 16. *Non facile ægrotanti offerendum est emeticum, cujus natura est incognita*, & semper quærendum ante usum emetici an æger tali evacuationi assuetus sit, nec ne?

§. 17. *Celerioris operationis semper sunt Emetica in forma liquida quam solida exhibita.*

§. 18. *Præstat* non solum *ab assumto Emetico subinde tepidum, & pingue repetere vehiculum*: verum etiam quando jam ipsum operatur adjuvare vomendi actum eodem vehiculo. Quandoque digito in fauces imisso, vel etiam pluma stimulandus est vomitus.

§. 19. *Ante usum emetici, & post illum nocentissima sunt acida*, quia infringunt ac enervant emeticorum efficaciam,

§. 20. *Præstat inter vomitum ambulare, quam in lecto decumbere.* Motus enim promovet vomitum.

§. 21. *Frigus pessimum est in vomitu*, hinc conclave temperate calidum est commendandum.

§. 22. *Quando vomitorium non operatur promovenda ejus energia est ♎ volatili. v. g. ♎ ⊖✶.* Si post hujus usum non operatur medicamenta corrigentia & invertentia indicantur, & vomitus ad aliud tempus differendus est.

§. 23. Si ementica nimium debilitant, viresque dejiciunt *jusculum ex vino, vitello ovi, cinnamo, & croco exhibendum est.* Si hypercatharsis accedat *theriacalia cum ♎-tuosis* interne, & externe sunt optima.

§. 24. Quando *morbi vires vomitu decrescunt, & symptomata imminuuntur*, maxime si evacuant corruptos humores *indicium est repeti debere idem remedium* tertio, & quarto die sequenti, ne vires nimium imminuantur, & ventriculus debilitetur.

§. 25. *Post vomitum nunquam cibi crassiores, & coctionis difficilio-*

lioris aſſumendi; ſed laudabiles, boni ſucci, parce tamen, uti & potus ut ventriculo robur reſtituatur.

§. 26. *Emetica interdum commendantur cum diaphoreticis* tam fixioribus ⊖inis, quam volatilibus & ſic una fiedelia duo quaſi dealbantur parietes nimirum ut deobſtruatur, & evacuetur.

§. 27. *Emetica cum opiatis mixta evadunt* nonnunquam *diaphoretica* & potentiſſima, & magna medicamenta.

CAPUT VIII.

De Expellentibus.

§. 1.

EXpellentia ſunt *medicamenta evacuantia impuritates ſanguinis ad corporis habitum deferentia, atque e corpore eliminantia.*

§. 2, Expellentia agunt in maſſam ſanguineam hanc ipſam commovendo, tranſpirationem leviorem efficiendo, & ad diaphoreſin diſponendo, hinc omnia diaphoreitca, *Bezoardica*, *Alexipharmaca, atque Balſamica* merentur dici expellentia.

§. 3. Impuritates ſanguinis quæ magis ſunt ſubtiles vocatiles, & cauſticæ mitiora requirunt expellentia. Hinc *Bezoardica, atque Balſamica in Variolis, & Morbillis, Petechiis omnibusque morbis contagioſis* ſunt *præſtantiſſima*, & præ aliis eligenda,

CAPUT IX.

De Purgantibus.

§. 1.

PUrgantia *ſunt medicamenta evacuantia colluviem vitioſorum humorum, vel inprimis viis, vel etiam partibus vicinis hærentem per inferiora expellentia, atque ejicientia.*

§. 2. Pur-

§. 2. Purgantia distinguuntur in *benigna*, *& fortiora.* Illa *lenius operantur*, *non tantas sedes efficiunt*, *nec tanta movent symptomata:* hæc *copiosiores sedes excitant*, *& majores motus in sanguine*, *& humoribus*, *majoresque turbas in systemate nervoso.* Hinc etiam dicuntur *Drastica*, *s. catarctica.*

§. 3. *Purgantia agunt propter principium activum ⊖ino-♀eum*, *vel etiam resinosum magis vel minus subtile*, *atque causticum.* Hinc vellicando motus instituunt in intestinorum membranis nerveis, carneisque fortiter ipsas contrahendo, non sine insignibus quandoque torminibus; qua violentiore constrictione, & compressione partim intestinorum contenta, partim etiam varii generis humores per plexus intestinorum glandulosos, per ductus, & vias huc terminantes sæpe magna in copia eliciuntur, & exprimuntur.

§. *Purgantia omnis generis humores evacuant*, nec dantur specifica, quæ elective secundum veteres hunc vel illum humorem attrahunt, atque educunt; eo tamen agunt discrimine, ut *benigniora humores magis tenues*, *fluxiles*, *magis mobiles*, *fortiora vero omnis generis humores evacuent.*

§. 5. Dantur purgantia specifica sano sensu sumta, quæ præter *virtutem stimulantem simul & corrigentem peccantes humores possident.* Sic *Tamarindi* ubi particulæ ♀eæ mobiles peccant accommodatissimi sunt. *Rhabarbarum & Aloe* ubi acidum, & viscidum abundat. *Jalapium* ubi serosæ viscíditates accumulatæ sunt, *folia Sennæ* dum acidum sive Melancholicum humorem absorberint in malo Hypochondriaco egregiam locant operam.

§. 6. Selectiora purgantia ex fortibus sunt *Gummi guttæ*, *Helleborus albus & niger*, *Elaterium*, *succus Esulæ*, *Colocynthis*, *ejusque extractum*, *resina Jalap*, *scammon. trochisci Alhandali*, *eorumque extractum.* Ex benignioribus præter laxantia *folia senn. s. st. rad. Jalap. Mechoacannæ*, *Aloe*, ☿ *dulcis*, *Extract. Panchymag. Crollii*, *Elixir proprietatis purgans.*

§. 7. Purgantia fortiora conveniunt *in morbis frigidis chronicis*, *ubi humidum*, *& viscidum in sanguine prædominium habet* uti in Hydro-

drope, Cachexia, Scabie, Gonorrhæa. *Ubi humores fluxiles facti sunt*, & obstructiones prius reseratæ incidentibus & apperientibus. *Ubi virium robur constat, viscera salva sunt*, & appetitus non plane prostratus est, cum *corrigentibus* exhibita.

§. 8. Purgantia fortiora nunquam conveniunt in morbis *spasmodicis*, *vel etiam talismodi subjectis, ubi* ∽ *facile proni sunt ad spasmos*: uti sunt hystericæ, Hypochondriacæ, & qui dolori Colico, Nephritico & Arthritico obnoxii sunt. Pariter *ubi adsunt alvi obstructiones pertinaces evitanda* sunt omnia fortiora, & nimis calida purgantia, quoniam magis exsiccant. Porro *in omnibus glandularum meseraicarum obstructionibus*, ventris tumoribus, & infarctu viscerum nocentissima sunt purgantia fortiora. Magis enim virtute sua constringente spasmodicas obstructiones augent, & dum fluxiles humores absumunt, relinquunt crassiores, & fixiores.

§. 9. *Purgantia fortiora nocentissima sunt gravidis, puerperis, debilibus & ubi serum deficit*, uti in phtisicis, hecticis & senibus. *Exulent* quoque *in sanguinis turbatione, febribus omnibus, & omni inflammatione.*

§. 10. *Purgantia fortiora corriguntur* ⊖*ibus admixtis, incidentibus, & antispasmodicis.* Sine ⊖e enim, & corrigentibus fortiora vomitus facile cient, tormina efficiunt, calorem p. n., & sitim augent, pulsum celeriorem reddunt, corpusque debilitant.

§. 11. *Purgantia fortiora nunquam præservandi fine a morbis adhibenda sunt*, & præstat semper benignis uti, quam drasticis. Felicius enim per epicrisin, & successive purgantur humore, quam simul, & semel.

§. 12. Ex benignioribus *Radix Jalappæ ubi copiosum adest serum optime datur.* Contra ubi *humores* ⊖*si biliosi* sunt, uti in scorbuto calido Jalappium non facile offerendum; sed commodiora tunc sunt *infusa laxativa ex Rhabarbaro, Cremore* ♀, item pulvis *ex* ⦶, ♁*io diaphoretico*, & *diagridio* 🜍*ato*.

§. 13. *Rhabarbarum lenissimum purgans est*, ejusque calor facile temperari potest acidulo admixto v. g. ⊖*e succini, acetosellæ*, ⦶ *pp.*

cre-

cremore ♀. Hinc etiam gravidis, & phtisicis citra damnum offerri potest.

§. 14. *Rhabarbarum in omnium alvi fluxionum principio exhiberi potest,* maxime quod præter abstersionem tonum intestinorum labefactatum propter particulas 🜄stres restituat: verum in substantia consulius tunc propinatur.

15. *Rhabarbarum humidis, & in morbis frigidis convenientissimum est,* quoniam ob vim stimulantem obstructiones reserat, ob particulas 🜄stres robur labefactatum restituit, nullasque turbas excitat in corpore.

§. 16. *Aloetia* etiam in refracta dosi data *possident virtutem* alvum *laxandi.*

§. 17. *Aloetia conveniunt personis humidioribus,* fœminis; cholericis vero macilientis, & siccis personis nocent, propter nimiam caliditatem, & acrimoniam.

§. 18. Qui *cerevisiæ assueti* sunt *facilius Aloetica ferre* possunt, quam qui *vino* utuntur.

§. 19. *Quicunque ad Hæmorrhagias* v.g. narium, Hæmorrhoidum, uteri &c. *proclives sunt temperari sibi debent* a nimio *aloeticorum usu.* Sic quoque *gravidis* crebrior *pilularum aloeticarum usus nocet,* præprimis cholericis, & siccis, ob metum hæmorrhagiæ, & abortus.

§. 20. *Folia sennæ s.st.* lenissimo calore *extracta* optime agunt, *cocta* vero tormina excitant.

§. 21. ⊖*ia incidentia virtutem* foliorum Sennæ mirum augent, & tormina abigunt, sive illorum pulveri sive infuso admisceantur.

§. 22. *Folia Sennæ cum vino, vel* 🜄 *exhibita* optimam exerunt operationem maxime si addatur cremor ♀, & Manna.

§. 23. *Tamarindi* propter ⊖♀eum acidulum acre, subtile, egregie *operantur* citra tumultum præcipue si illorum decoctum infundatur *foliis sennæ*, quod infusum in principio chronicorum ⊕ *ad mixto* felicissimo cum successu datur.

§. 24. *Pruna, passulæ, poma Borsdorfiana,* ℘o *amygd.* d. & succus *liquiriziæ* alvum servare solent apertam, præstantque cæteris omnibus.

§. 25. *Pruna, poma Borsdorfiana,* aliaque lubricantia *in ventriculi debilitate non conveniunt*: optime autem ubi siccitas alvi ad est, uti in Melancholicis.

§. 26. *Gummata* vel sibi relicta, vel cum purgantibus maritata ad *humores acidos corrigendos, & evacuandos* maxime *sunt accommodata.*

§. 27. *Emetica* refracta dosi *purgantibus admixta* mirum in modum horum vim intendunt. Hinc in contumacibus chronicis morbis uti *in Hydrope* sunt accommodatissima.

§. 28. In præscribendis *purgantibus respectus* semper *habendus est ad ipsa subjecta* ratione ætatis, sexus, temperamenti, consuetudinis, & morborum quibus sunt assueta, item ratione humorum evacuandorum.

§. 29. Ratione ætatis *infantibus pueris, atque senibus* nunquam propinanda fortiora. Infantes, ac pueri lenissimis evaucuantur v. g. *syr. de cichor c. Rhabarb. vel simplici, vel admixto* ☿ *Jalap. & guttula* ℘o *Anisi.*

§. 30. Ratione sexus *fœminæ* præ viris *felicius admittunt purgantia,* & facilius evacuantur.

§. 31. Ratione temperamenti *sanguinei, atque cholerici*, ac personæ naturæ calidioris, & activioris *facillime purgantur*, tardius pituitosi, tardissime melancholici.

§. 32. Ratione consuetudinis sedulo inquirat medicus *an subjectum facilius purgetur nec ne*? & quænam purgantia optime ferat. Natura enim & hic certam medico suppeditat regulam.

§. 33. Ratione morborum *subjecta quæ inclinant ad syncopen & spasmos,* idem quæ ad Diarrhæam proclivia vel scorbuto calido, & bilioso laborant *cautissime assumant purgantia.* Ita quoque in morborum paroxysmis, & crisi nunquam admittenda sunt purgantia, item ubi morborum malignitas metuenda.

§. 34.

§. 34. Ratione humorum evacuandorum *serosi*, *biliosi*, *🜔si humores facilius educuntur*, difficilius pituitosi, difficillime acidi. Hinc melancholici, & Hypochondriaci frustra sæpius tentantur purgantibus.

§. 35. *Æstate & vere cum* fluidiores sunt humores longe *melius operantur purgantia* quam autumno, & hyeme.

§. 36. *Calor, & motus augent purgantium vim.* Hinc calido vehiculo optime summuntur, & motus post illorum usum commode imperatur; contra quies, somnus, frigus retardant evacuantium efficaciam. Hinc etiam aer, & potus frigidus post purgantia assumtus est pessimus.

§. 37. *Purgantium* virtus *exaltatur* quoque *balneis*.

§. 38. *Purgantia in forma liquida exhibita* celerrime operantur, tardius in *pulvere*, ignavissime *in pilulis*.

§. 39. *Purgantia recentia* & subtilissime *triturata* longe *præsentioris sunt operationis* quam vetustiora, & crassioris formæ.

§. 40. *Opiata, theriacalia, acida* & *cibi viscidi pingues impediunt purgantium vires.*

§. 41. *Spirituosa, & aromatica hypercatharsin* præsentissime *sedant:* quando autem cum purgantibus exhibentur illorum efficaciam adaugent.

§. 42. Post usum purgantium maxime calidorum alvus sicca & constipata fit, tardiusque fæces secedunt. Hinc post acriorem purgationem convenit *uti cibis lubricantibus, non acidis, neque 🜔sis.*

CAPUT X.

De Sudoriferis.

§. 1.

SUdorifera *sunt medicamenta evacuantia massam sanguineam exagitan-*

tantia, particulas serosas ⊖inis sæpius impragnatas per habitum corporis sub forma vaporis sensibiliter ejicientia.

§. 2. Sudorifera sunt vel *volatilia,* quæ subtili principio & ⊖e volatili 🜍eo instructa, qualia sunt *⊖ia volatilia °°osa animalium, radices alexipharmacæ, camphora,* & ex *sambuco parata,* vel *medii generis* quæ alias diaphoretica dicuntur, quæque principio 🜍eo acido actiones suas exserunt v.g. *Fracastorium, Theriaca cœlestis,* ✠ *Bezoardicum, mixt. simpl.,* ▽ *prophylact. Sylvii,* vel *fixiora,* ut *🜄ea alcalina usta, & calcinata, ⊖ia vegetabilium fixa, ⊕osa, & herbæ amaræ.*

§. 3. Sudorifera porro distinguuntur in *calidiora,* quæ multum habent °° volatilis uti sunt *vegetabilia, & minus calida,* quæ tenuissimo volatili ⊖e facile evaporabili imbuta. Unica enim guttula °° ♌ plus calefacit quam ℈ ß ⊖is volatilis.

§. 4. *Sudorifera calida & volatilia agunt magis positive* movendo humores & ♎: *fixiora* & alcalina autem *privative* impedimenta motuum in machina microcosmica removendo.

§. 5. *Sudorifera sunt evacuantia universalia,* & humores ⊖sos volatiles serosos educunt. Locum habent in omni stasi sanguinis, & lymphæ catarrhalis, rheumatismis, tumoribus frigidis, inflammationibus & nervis pituita obsessis.

§. 6. In *malignis, peste, febribus acutis sudorem excitare in principio convenit,* sed blandum, nec per medicamenta nimis calida; sed media, & temperata alexipharmaca.

§. 7. Sudores in principio & progressu inflammationum cieri possunt, sed *fixioribus ⊕osis, anodynis.* Calida enim, & ex regno vegetabili desumta nocent.

§. 8. *In febribus intermittentibus ⊖ia* vegetabilium *fixa, & amara* opportune dantur ad sudorem movendum, minus commode volatilia, & ⊖ia °°osa.

§. 9. Melius *cietur sudor* in morbi *principio,* vel *declinatione,* in *statu* & morbi *progressu* non facile, sed sufficit diaphoresis.

§. 10. *Sudorifera ex lignis* parata s. decocta, s. illorum *EE.* aut ♎ Cachecticis, Scorbuticis, & lue Venerea affectis maxime quadrare solent.

§. 11.

§. 11. *Theriacalia*, *&* *Camphorata*, *Bezoardica* fixiora, & media, ℞ *&* *mixturæ Bezoardicæ*, ✠ *Bezoardica* in morbis acutis, & malignis reliquis sunt præferenda.

§. 12. *Terrea fixiora*, *nitrosa*, *anodyna*, *opiata*, *in inflammationibus*, & nimiis sanguinis *ebullitionibus*, ac motu ♌ effreni, idem in morbis spasmodicis convenientissima sunt.

§. 13. *In corporibus debilitatis*, & ubi alvus fortiter adstricta est *nunquam sudorem excitare convenit.*

§. 14. *Ubi cutis densa est*, ac corpus non patens, humores cum sanguine crassi, & ubi plethora *sudorifera* maxime *volatilia nocentissima sunt.* Disponunt enim ad Vertiginem, Paralysin, Apoplexiam, affectus soporosos, Guttam serenam.

§. 15. *Sudoriferis* optime *præmittuntur purgantia*, ut primæ viæ liberentur.

§. 16. *Sudorifera matutino tempore*, *ventriculo vacuo sunt assumenda*, alias ad incongruum locum particulas alimentares chylosas rapiunt, ubi obstructiones pariunt, & caput præcipue noxam inde percipit.

§. 17. *Sudorifera vehiculo calido assumenda sunt* nonnunquam ♌tuoso, & in hypocausto calido, sive lecto melius operantur, quam sub aere frigido.

§. 18. *Non facile ultra horam sudor debet profundi*, quoniam sudor nimius serum absumit, & vires.

§. 19. *Indusia recentia anxietates præcordiales inducere solent* propter transpirationem, quam impediunt. Consultius itaque moderate prius calefieri debent : quod de lectis etiam observandum.

CAPUT XI.

De

Venæ Sectione.

VEnæ sectio est *operatio chirurgica, qua ope convenientis instrumenti venæ aperiuntur ad sanguinem evacuandum.*

§. Primaria V. S. indicatio est *sanguis abundans*, vel ipsius *evacuationis suppressio.*

§. 3. In V. S. instituenda, suadenda, dirigenda medicus semper considerare debet temperamenta, *ætates, climata, anni tempora, victus rationem, & ægrotantium.*

§. 4. Ratione temperamenti *sanguinei, sanguineo-cholerici, & sanguineo-melancholici* V. S. facillime ferunt; minus commode pituitosi, & pure melancholici.

§. 5. Ratione ætatis *juvenilis atque virilis* ætas facilius fert V. S. quam infantilis, & senilis.

§. 6. Ratione clymatis *incolæ calidiorum regionum facilius ferunt V. S.* quam in frigidis locis habitantes. Unde Galli, atque Itali largiorem ferunt V.S., nec facile læduntur larga V.S. adhibita.

§. 7. Ratione anni temporum *vernum, & autumnale ad* V.S. celebrandam convenientissima sunt. Potius respiciendum est ad tempus commoditatis, & necessitatis.

§. 8. Ratione victus & diætæ V. S. facilius tolerant *qui frequentius vino utuntur*, multumque comedunt, quam qui inediam patiuntur, & tenui utuntur victu.

§. 9. Ratione virium nunquam suadenda V. S. ubi *vires deficiunt*, nisi illæ a plethora fuerint oppressæ.

§. 10. In *Apoplexia a Plethora oriunda*, in omnibus morbis ubi excretiones ordinariæ sanguinis suppressæ, in *Arthritide, Ischiaside* sanguinea & calida, *Pleuritide, Peripnevmonia, Angina, febribus* ardentibus sine malignitate, febribus biliosis, maxime ubi plethora conjungitur, in tertianis æstivis, biliosis V. S. *summe est necessaria.*

§. 11. *Atrocissimus* in parte *dolor* & ad ipsum sanguinis affluxus copiosus *desiderat V. S.*

§. 2. Si sanguis abundat *in morbis criticis instituta* V.S. *crisin adjuvat*, ipsamque salutarem reddit: ipso autem tempore critico non est administranda, sed ante illud tempus.

§. 13. *In Dysenteria, Diarrhæa, defectu virium, proclivitate ad animi*

nimi deliquium, inquo omni morborum *malignitate* instantibus excretionibus criticis, pulsu existente debili, & inæquali *a V. S. cavendum est.*

§. 14. In *Epilepsia*, & *morbis spasmodicis V. S.* ordinarie motus spasmodicos augere solet, & *nocet*, nisi magna simul adsit plethora, & talismodi morbi ex evacuatione sanguinis ordinaria suppressa originem habeant.

§. 15. In *mensium defectu* ptopter defectum virium, & succi chylosi post diuturnos morbos *pessima est.*

§. 16. Irreparabile damnum *in declinatione* morborum post multos a natura exantlatos labores *V. S. affert.*

§. 17. Abusus V. S. disponit ad *Cachexiam*, *Hydropem*, *malum hypochondriacum*, digestionem depravatam, & febres intermittentes reddit pertinaciores.

§. 18. *Finis* V. S. nonsolum *est evacuatorius* sed etiam *derivatorius*, quia ad venam sectam sanguis cum impetu ruit.

§. 19. In *affectibus capitis* hæmorrhagia narium, affectibus *oculorum* optime *secatur vena* in crure.

§. 20. *Mensium fluxus sistitur administrata V. S.* in manu. Sanguinis enim fluxus nimius in partibus inferioribus curatur per V. S. institutam in superioribus partibus, & vice versa.

§. 21. *In inflammationibus revulsio est desideratissima in parte opposita:* & in Pleuritide pro diversitate doloris in dextra vel sinistra parte lateris vena incidenda erit.

§. 22. *V. S. non est electiva sed* per eam bona mixta malis evacuantur, & non tantum sanguis subtilis, & fluidus, sed etiam crassus.

§. 23. *Delectus* qui instituitur *inter venas conterminas*, basilicam, medianam, cephalicam *est ridendus*; sed inter venas minores capillares, & majores delectus quidam habendus, idem inter secandas venas in superiore, vel inferiore parte, vel inter venam dextri, aut sinistri lateris.

§. 24. *Alvi præcedanea laxatio non contemnenda ante* V. S. est sic enim motus sanguinis liberior factus excrementa felicius expurgat.

§. 25. *Vnium, & jusculæ confortantia ante & post V. S. indulgenda sunt.* Qui ad lypothimiam inclinant, iis sensim sanguis mittendus est, & postmodum ejusmodi confortantia propinanda. §. 12.

§. 26. *Post V. S. somnus in sanguineis non est nocivus:* nocet autem pituitosis: in genere tamen non facile concedendus est propter metum hæmorrhagiæ loci secti.

§. 27. Notabile est *pulsum post venam sectam majorem fieri*, sed concoctionem debilitari.

§. 28. Paucissimi libram unam sanguinis sine animi deliquio amittere possunt; si vero per vices v.g. viginti id fiat 3. ℔ sine animi deliquio emitti possunt.

§. 29. *Cucurbitulæ V. S. vicariæ esse possunt* in serosis, pinguibus catharrhosis personis, ac ubi dolor, & obstructio est profunda apprime utiles sunt.

§. 30. Qui aliquoties V. S. & cucurbitulis assuetus est, si intermittantur, *graves quandoque in morbos incurrit.*

LIBRI I SECTIO II.

De Evacuantibus particularibus.

CAPUT I.

De Apophlegmatisantibus.

§. 1.

APophlegmatisantia sunt *medicamenta ptialismum promoventia, humores viscidos tenaces in faucibus hærentes incidentia resolventia, & evacuantia.*

§ 2. Agunt hæc remedia propter ⊖ *acre irritans, atque stimulans:* cujus beneficio major excitatur affluxus particularum serosarum, quarum ope viscositates resolvuntur, atque evacuantur.

§. 3. Distinguuntur apophlegmatisantia in *leniora* uti sunt *Hysso-*

ſopus, Majorana, Imperatoria, Cubebæ, Maſtix, Nux moſchata, & *fortiora*, qualia ſunt *Zinziber, Piper, radix pyrethri, ſemen ſynapi. Naſturtii.*

§. 4. Ex hisce variæ concinnantur formulæ, & præſcribuntur vel in forma *trochiſcorum*, vel *electuarii*, vel *decocti*, vel *pulveris.*

§. 5. Modus uſurpandi conſiſtit in eo, ut medicamenta præſcripta *per tempus in ore detineantur usque dum ptialiſmum*, ſive ſputationem excitent, atque promoveant.

§. 6. *Tempus* quo apophlegmatiſantia commodiſſime uſurpantur *eſt matutinum*, quando ventriculus vacuus exiſtit.

§. 7. *Morbi*, inquibus veteres hoc remedii genus adhibuerunt ſunt *affectus capitis diuturniores, ſopor gravis, oculorum hebetudo, auditus difficultas, aurium tinnitus.*

§. 8. Morbi qui *contra indicant* apophlegmatiſantia ſunt *exulcerationes oris, laryngis, atque pharyngis, gingivarum ulcera, dentium caries, aſthma, inflammatio pulmonum, phtiſis.*

§. 9. Apophlegmatiſantia differunt a ſalivantibus in hoc, quod illa in ore ſaltim detineantur, hæc vero vel aſſumantur, ac deglutiantur, vel etiam externe ſaltem partibus etiam remotioribus applicentur: conveniunt autem in eo, quod utrumque remedii genus ſputationem promoveat.

CAPUT II.

De Carminativis.

§. 1.

CArminativa ſunt *medicamenta inteſtinis dicata, flatus in primis viis contentos diſcutientia, diſſipantia, & disjicientia.*

§. 2. Carminativa alia ſunt *proprie talia*, alia vero *per accidens evadunt carminativa*, quatenus nimirum cauſas inflationis abdominis removent.

§. 3. Quæ proprie carminativa dicuntur ſunt *aromatica*, & quodammodo *acria* v. g. *Zinziber, Piper, Zedoaria, Galanga, cortices citri, aurantiorum, nux Moſchata*, & ex his paratæ *EE. ſic dicta carminativæ, qualis eſt VVedelii*, item ℞ ♁ *acr.*, ♀ *acr.*, ⊖*ia vol.* ∘∘*oſa*, ♎ ⊖♓, *CC. ſucc. carm. de tribus*, vel denique *amara*; quæ omnia agunt irritando fibras inteſtinorum, motumque periſtalticum accelerando.

§. 4 Carminativis optime admiſcentur, vel etiam præmittuntur laxantia, emollientia, ac humectantia quia abdominis inflatio ſæpiſſime originem habet ab alvi conſtipatione.

§. 5. *Si ſpasmi retentionis flatuum* cauſa ſunt *antiſpasmodica* egregiam præſtant operam: ſi a *dolore calculi* abdominis inflatio contingat addi poſſunt *anodyna*.

§. 6. *Si alvus* pertinaciter *clauſa carminativa proprie* talia *nunquam* laudabilem *exerunt effectum*, niſi alvus aperiatur clyſteribus aperientibus quibus commode admiſcentur Carminativa ∘∘oſa, qualia ſunt ∘∘ *Anethi coctum, Chamomelæ, & baccarum lauri*, ∘∘ *carvi deſtillatum*.

CAPUT III.

De *Cauſticis, atque Cauteriis.*

§. 1.

CAuteria ſunt *medicamenta externa continuum diſſolventia, & partes ſubjacentes corrodentia, eſcharam ſive cruſtam excitantia, nec non affluxum humorum promoventia.*

§. 2. Cauteria ſunt duplicia vel *actualia* vel *potentialia*.

§. 3. Actualia cauteria conſtituunt *inſtrumenta varia figuræ*, vel ex auro, vel ferro, vel alio metallo parata *ignita*, & partibus corporis humani *applicata*.

§. 4. Horum uſus frequentiſſimus eſt in *amputatione membrorum ſphacelatorum ad ſanguinem ſiſtendum, vel in applicatione fontanel-*

tanelli, vel etiam in *dentium carie*, atque *dolore* ubi nimirum dentes excavati ſunt. Vid. HOFFM. *in Poterium p.* 181.

§. 5. Cauteria potentialia dicuntur *cauſtica*, & agunt corrodendo partes, quibus applicantur, ſolutionemque in illis efficiendo. Hæc ſunt vel *ſicca*, vel *fluida*. Sicca ſunt *lapis ſic dictus infernalis corroſivus*, *cryſtalli lunæ*, 🜕 *calcinatum*, ☿. Fluida ſunt *butyrum* ♃*ii*, ☍ 🜕 🜅 *vel* 🜂.

§. 6. Hæc adhibentur vel ad *verrucas extirpandas*, vel etiam *ad fonticulos excitandos*. Horum beneficio humores a partibus nobilioribus derivantur ad illam partem ubi fonticulus, ſicque evacuantur.

CAPUT IV.

De

Diureticis.

§. 1.

Diuretica *ſunt medicamenta evacuantia maſſam ſanguineam fundentia, atque urinæ ſecretionem, atque excretionem promoventia.*

§. 2. Diuretica variæ ſunt naturæ, alia ſunt *aquea* ut *ſuccus betulæ, acidulæ, thermæ, potus Theæ, Veronicæ.* Alia ſunt 🜃*ea ut lap.* ♋, *teſta ovorum*, *lap. perc. Iudaicus*, *Lyncis*, item *nuclei dactilorum a-rilli cynosbati.* Alia *acida* ut *ſuccus citri, cydoniorum, portulacæ*, 🜊 ⊖ *&* 🜕 *ph.* alia 🜊*tuoſa* v. g. *vina varii generis*, 🜁, *aquæ vitæ.* Alia *ex acidis, & ſpirituoſis permixta* ut 🜊 ⊖ *dulcis*, ⦶ *dulcis.* Alia ⊖*ina*, & hæc iterum vel *volatilia* ut 🜊 ⊖ ♓, ⊖ *vol. lumbr.* 🜃*eſtr. & millepedum*, ⊖ *vol.* ♀, vel *media* ⊖ *com.* ♓ ⦶, *cremor* ♀ *ejusque cryſtalli*, vel *fixa* ⊖ ♀ *fixum*, ⊖ *fix ononid. Geniſt.* Alia *acria* & hæc mitiora *petroſelinum*, *Cherefolium*, *Hedra terreſtris*, *baccæ juniperi*, vel acriora, *naſturcium*, *ſemen erucæ*, *ſynapi*, *allium*, *Raphanus* vel acerrima *cantharides*, *vermes Majales*, *millepedes*, *& ex lapidibus parata.* Alia denique *antiſpasmodica* ut *ruta*, *ſalvia*, *ſuccinum*, ♀ *lycop. Caſtor.*

§. 4. Ut in applicatione omnium medicamentorum a temperatis, ita quoque circa diuretica ab his incipiendum.

§. 5. *Temperata diuretica locum habent* in illis morbis ubi peccant scoriæ ♀eæ, ⊖inæ, viscidæ, & obstructiones ♀eæ in visceribus sunt, ac ubi sensim causa morbi per meatus urinarios evacuari debet, ut in *Hypochondriacis*, *scorbuticis*, *Arthriticis*, *Ischiaticis*.

§. 6. *Acria calida, nec non acerrima* locum inveniunt in morbis frigidis, *Hydrope*, *Cachexia*, *Lue Venerea*, & ubi dulciores humores sunt, e contra nocent scorbuticis, biliosis & ubi humores acres sunt, item ubi exulceratio & inflammatio renum, vel Hæmorrhagia nimia metuenda.

§. 7. *Acida in Hypochondriacis*, *Melancholicis*, *quartanariis*, & ubi multum acidi in primis viis hæret, item ubi substantia renum, vel viscerum exulcerata est *minus conveniunt*.

§. 8. *Alcalina* tam fixa, quam volatilia *scorbuticis*, & qui morbis ⊖inis afficiuntur *minus apta sunt*, similiter & illis damnum inferunt, qui *ventriculi debilitate* laborant, dum acidum nimis destruunt.

§. 9. *Corpora calida, & sicca* non diutius ac vehementius decoctis diureticis calidis ad diuresin cogenda sunt, cum ex eorum usu hepatis inflammatio, febris & totius corporis atrophia sequi possunt. E contrario *obesi, frigidi*, *cutem mollem*, *& laxam habentes* humoreque aquoso, & succis tenuibus abundantes *ad diuresin* maxime *sunt habiles*.

§. 10. *Diureticis* commode *præmittuntur laxantia*, *& primas vias expurgantia*. Quando enim primæ viæ saburra humorum vitiosorum viscidorum sunt obsessæ diuretica nocent, quoniam movent, & impellunt hos vitiosos humores in massam sanguineam & habitum corporis.

§. 11. *Diuretica longe a* cibo, vel jejuno, *ac vacuo ventriculo propinari debent*, nec semel tantum sed pluries usurpanda, donec viæ obstructæ fuerint reseratæ, & urina liberius fluat.

§. 12. Plura de Diureticis in capite de lythontripticis.

CAP.

CAPUT V.
De *Emmenagogis.*

§. 1.

EMmenagoga ſunt *medicamenta fluxum menſtruum p. n. ſubſiſtentem, & emanentem in ordinem redigentia, ſanguinemque ſuperfluum evacuantia.*

§. 2. In ſuppreſſione menſium ſemper reſpiciendum eſt ad cauſas: unde etiam differunt inter ſe Emmenagoga, illorumque modus operandi.

§. 3. Primarium locum inter Emmenagoga obtinent *aperientia* alibi deſcripta, imprimis *♂tialia, lim. ♂tis,* R. *♂ aperit. item amara, Myrrha, Aloe.*

§. 4. Si *a terrore* vel *frigore* menſium *ſuppreſſio* ortum habeat præter jam dicta aperientia conveniunt *diaphoretica* ſanguinemque congrumatum *reſolventia.*

§. 5. Si *ab acido abſorbentia* & *♂tialia* omnem abſolvunt paginam.

§. 6. Si a *ſanguine craſſo* viſcido in ſubjectis pituitoſis conveniunt *incidentia* mixta cum *diluentibus*, nec non *aromatica* atque *amara.*

§. 7. Si *plethora* ſuppreſſionis cauſa eſt *Venæ Sectio* ſacra erit anchora.

§. 8. Quoniam utplurimum *cauſa in primis viis latitat* hinc *purgantia*, atque *emetica* optimo cum ſucceſſu adhibentur. Conſtat enim obſervatione emetica interdum admirandam præſtitiſſe operam in menſibus ſuppreſſis.

§. 9. Si *vitium latitat in genitalibus*, ita, ut tunica vaginæ uterinæ a frigore externo vel etiam a ſpaſmis nimium ſit conſtricta vel ſi nimium craſſeſcat, *adhibenda etiam ſunt remedia externa v. g. balnea, fotus ex antiſpasmodicis, nervinis, & emollientibus parata.*

§. 10. *Medicamenta menſes pellentia commode aliquot dies ante conſuetum tempus adhibentur*, ut ſanguis ad exitum diſponatur, viæ obſtructæ reſerentur, ſicq; naturæ evacuationem molienti ſuccurratur.

CAPUT VI.

De

Errhinis.

§. 1.

ERrhina ſunt *medicamenta evacuantia, humorem craſſum viſcidum in tunica narium glanduloſa cavernulas, ſinusque maxillæ ſuperioris inveſtiente hærentem incidientia, colliquantia, & deturbantia.*

§. 2. *Errhina agunt propter ⊖ acre volatile ♀eum, hinc tunicam narium* ſenſu exquiſito pollentem *vellicant*, *ac ſtimulant*, *majorem affluum ſpirituum cauſantur*, & hac ratione viſcoſitates ſolvunt, atque educunt.

§. 3. Errhina duplicis ſunt generis *vel ſolida, vel liquida.* Solida præparantur ex plantis aromaticis cephalicis, v. g. *Origano, ruta, Majorano, Baſilico.* Liquida conſtituunt variæ ▽. & ♎ ex antedictis deſtillati: quibus omnibus palmam facile præripit ♎ ⊖ ♓ cujus particulæ ſubtiliſſimæ per modum vaporis nares intrantes maximam vim, & efficaciam exerunt in diſſolvendo, & colliquando narium muco.

§. 4. Errhina non niſi gradu a ſternutatoriis differunt dum hisce mitiora ſunt. Hinc plura de his *in capite de ſternutatoriis.*

CAPUT VII.

De

Expectorantibus.

§. 1.

EXpectorantia quæ etiam a nonnullis bechica nominantur *ſunt medicamenta humores vitioſos viſcidos, vel acres ⊖ſos, vel etiam putrefactos in brochiis pulmonum, illorumque cellulis hærentes corrigentia, & per ſcreatum, ſive tuſſim evacuantia.*

§. 2. Ex-

§. 2. Expectorantia alia ſunt acria quodammodo ut radix *Scillæ, Ari, Raphani, Helenii,* herba *ſalviæ, rorismarini, Hiſopi, Marubii albi, item Myrrha Gummi)(, ac ⊖ia fixa & volatilia.* Alia ſunt mitiora leviter amaricantia, & vulneraria. v. g. *Scordium, Tuſſilago, Pulmonaria, piloſella, botris.* Alia ſunt dulcia *ſacharum, mel, rad polypodii, liquiriziæ ficus paſſulæ majores, minores, jujubæ, ſebeſten, ſemen aniſi fœniculi.* Alia inſipida & incraſſantia Rad. *Chinæ, tragacantha.* flores *Altheæ, Malvæ, ſperma ceti,* °° *Amygd. d. Benzoe, flores* 🜍, *Bolus Armena.*

§. 3. Agunt prædicta medicamenta vel reſolvendo, incidendo, atque ſtimulando, vel incraſſando demulcendo, ac temperando.

§. 4. Materia viſcida requirit incidentia, & reſolventia, acris humor vero dulcia & incraſſantia, inſipida materia cruenta vel purulenta requirit mitiora amaricantia & vulneraria, quæ leviter quidem abſtergunt, ſed ſimul conſolidant.

§. 5. Expectorantibus commode miſcentur vel interpolantur *laxantia leniora.*

§. 6. Expectorantia præſcribuntur vel in forma *decocti,* vel *pulveris,* vel etiam *infuſi,* interdum etiam in forma *electuarii,* vel *trochiſcorum,* vel *morſulorum* id quod cauſarum morbificarum conditio determinat.

CAP. VIII.

De *Laxantibus.*

§. 1.

LAxantia *ſunt leniora evacuantia alvum adſtrictam aperientia, lubricamque reddentia, fæcesque inteſtinorum induratas emollientia, atque ejicientia.*

§. 2. Laxantia non niſi gradu differunt a purgantibus. His ipſis

ipsis enim leniora sunt, & *operationes suas non ultra intestina extendunt.*

§. 3. Laxantia agunt propter particulas ⊖inas ♀eas, quas fovent in sinu suo: utrumque principium gaudet virtute irritandi, vellicandi, motusque excitandi in fibrillis intestinorum tenuissimis.

§. 4. Laxantia selectiora sunt *Cassia, Manna, Tamarindi, Syrupus rosarum solutivus, violarum solutivus, mel rosarum, Syrupus de cichorio cum Rhabarb. & ipsum Rhabarbarum,* item *cremor & crystalli* ♀.

§. 5. *Laxantia* commode *adhibentur* in omnibus fere morbis etiam *in principio* malignorum: *instante* vero eruptionis tempore, etiamsi sint lenissima, nunquam tamen sunt adhibenda.

§. 6. *Medicamenta abstergentia, humectantia, atque emollientia gaudent* quoque *virtute laxandi*, præsertim si combinentur cum laxantibus proprie sic dictis.

§. 7. *Medicamenta purgantia refracta dosi data*, atque cum humectantibus, & emollientibus permixta *evadunt laxantia.*

§. 8. *Laxantia* opportune *adhibentur tempore matutino* ventriculo existente vacuo, & post illorum usum cavendum, ne ventriculus statim oneretur alimentis copiosis viscidis primas vias iterum inquinantibus.

§. 9. *Modus* hæc remedia *assumendi diversus est*, vel enim per *os ingeruntur*, idque sub varia forma, vel *per alvum injiciuntur* sub forma clysmatis.

§. 10. In *obstructione alvi* laxantia *sub forma clysmatis* cum emollientibus, lubricantibus, abstergentibus vel antispasmodicis *exhibita sunt præstantissima remedia.*

CAPUT IX.

De
Lythontripticis.

§. 1 Ly-

§. 1.

Lythontriptica sunt *medicamenta calculum in renibus, vel vesica urinaria concretum frangentia, & comminuentia, atque e corpore expellentia.*

§. 2. Quæ calculum movent, & expellunt conveniunt cum superius descriptis diureticis: quæ vero virtute comminuendi gaudent dicuntur esse sequentia *lapis Judaicus, lapis spongiæ, lyncis, nephriticus, lapides* ♋, & horum lapidum *solutiones*, quæ magisteria vulgo appellantur. Idem *lapides in vesica apri* vel *bovis reperti, lapides percarum, mandib. luc. pisc. lumbr. ∀stres, millepedes,* ⌒ ⊖, ⊕, ⊕, radix *saxifragiæ, milium ☉is, virga ☉ea, semen petroselini.*

§. 3 Circa lythontripticorum tam comminuentium, quam expellentium usum circumspecte sese debet gerere medicus, ne illa *exhibeat dolore sæviente.* Augent enim dolores urgendo calculum. Deinde caveat medicus propinare lythontriptica *quando suspicio adest de calculi mole insigni.* Hic enim medicamenta quidem movebunt; sed non promovebunt calculum.

§. 4. Lithontripticis commode præmittuntur vel associantur antispasmodica, ac lubricantia, ut viæ coaptentur, quo eo melius calculus prægrandis pertransire queat.

§. 5. Præstat semper in cura calculi *alvum servare apertam* clysteribus emollientibus, carminativis & oleosis.

§. 6. In calculi cura temperatiora *abstersiva*, item *humectantia* atque *emollientia* diureticis, & lythontripticis calidis semper sunt præferenda, qualia sunt *Althea, Malva,* ⚇ *amygd. dulc. & amararum, radix saxifragiæ, semen napi semina* IV. *frigida majora &c.*

§. 7. *Ad præservationem* a calculo commendantur ⚇osa, ⚇ *Amygdamar, fructus amygd dulcium, & amararum, omnisque generis semina magnam* ⚇ *copiam continentia,* item *butyrum non* ⊖*itum.*

CAPUT X.

De *Salivantibus.*

§. 1.

SAlivantia sunt *medicamenta evacuantia lymphæ profluvium ad glandulas salivales promoventia, obstructiones reserantia, lympham attenuantia, atque per os educentia.*

§. 2. Salivantia agunt *propter principium tenuissimum, penetrantissimum mobile, atque activum, gravitate specifica instructum.* Ratione *tenuitatis* angustissimos corporis poros penetrant. Ratione *penetrantis activæ substantiæ*, quia ⊖ium connubio causticam naturam induunt, vasa excretoria, & imprimis glandulas vehementer vellicant, atque influxum ♌tuum copiosiorem ad has partes excitant: unde contractione adaucta premuntur liquida in iis contenta & excernuntur. Ratione *gravitatis* motum humorum internum concitant. *HOFFM. de Evacuantibus p. 18. seqq.*

§. 3. Salivantia per glandulas salivales *excernunt humores superfluos*, quia hæ glandulæ sunt emunctorium congruum liquoris serosi aquatici. Hinc ubi tales humores non peccant in corpore, ibi etiam salivantia in corpore rarius operantur. Deinde non tantum per glandulas salivales excernunt lympham; sed interdum etiam *per sudorem* serum copiosum, *per renes* urinam maxima in copia educunt.

§. 4. Salivantia sunt vel *benigna*, vel *vehementiora*. Benigna sunt ♄ialia, *reg.* ♄ *med. panac. Connerding. antiquart. River.* ex ☿ *d. &* ☿ *vit* paratum ♄ *ina* per os assumta, & *omnia Emetica* refracta dosi dato. Vehementiora sunt ☿ialia rite præparata ☿ *dulcis, diaph. Jov.* ☿ *albus bene edulcoratus* & cum foliis ☉ exactissime mixtus & trituratus.

§. 5. Morbi in quibus salivatio cum fructu adhibetur sunt *lues Venerea, capitis dolor enormis, & diuturnus, Vertigo, Mania, Epilepsia,*

lepsia, Scorbutus frigidus, ulcera, Arthritis, febres intermittentes contumaces, durus tumor partium glandulosarum, scrophulæ &c.

§. 6. Salivationem ☿ialem contraindicant *virium languor*, *atque* debilitas, *viscerum*, atque partium internarum *corruptela*, atque inflammatio, *gingivarum exulceratio*, *scorbutus biliosus*, *dispositio ad spasmos* convulsiones, singultus vomitus *lypothimiam*, *Diarrhœa*, item *abscessus occulti.*

§. 7. Ante usum salivationum ☿ialium excretoria servanda sunt aperta, alvus solvenda, sudor balneis, vel decoctis humectantibus provocandus, depurantia, & edulcorantia sanguinem, atque humores, nec non sanguinem fluxilem reddentia præmittenda. Idem si plethora adsit solvenda, quo optatius succedat salivatio.

§. 8. *Salivantium usus ad aliquot septimanas continuari debet* interpolato usu decoctorum sanguinem depurantium, ac edulcorantium.

§. 9. Durante Salivatione ☿iali vitanda sunt omnia *acida frigida alimenta*, vel *potulenta*, *aer frigidus*, *ventus* septentrionalis, omniaque constipantia.

§. 10. *Victus tenuis, & alimenta liquida sunt assumenda tempore salivationis.* v. g. Juscula macra, aut de lacte non ⊖ita, panis biscoctus vel ex tritico confectus non fermentatus, loco potus decocta lignorum secundaria, vel cerevisia secundaria adhibenda, & aeris constitutio sit calida.

§. 11. *Modus adhibendi ☿ialia est vel externus, vel internus.* Externe applicantur sub forma unguenti, *Emplastri suffimigii*, vel *cinguli*. Interne ☿ *dulcis*, item ☿ *albus*, aut *turpetum minerale* sub forma *pilulari* beneficio °o *NM. expressi, Theriacæ, extracti liquiriziæ*, aut *fumariæ*, assumuntur, & illorum usus continuatur usque dum saliva fluat.

§. 12. Tempore Verno vel autumnali salivatio ☿ialis semper optatius procedit quam æstivo, vel hyberno.

§. 13. *Diarrhœa, spasmi abdominis* a ☿iali inunctione, vel ab assumto ☿io excitati optime sistuntur *Diascordio Fracastorii, lacte in copia hausto vel* °o *Amygd. d.*

§. 14. Si a salivantibus ☿ialibus nimium læduntur *fauces*, exulcerantur, & putredine quasi sphacelosa afficiuntur in tempore succurrendum est *gargarismatibus balsamicis, roborantibus*, putredini resistentibus, quæ parari possunt ex *vino, Myrrha, floribus rosarum rubrarum, balaustiorum, mastiche, floribus sambruci*, ○e, item 🜄 *camphorato*, ne putredo ulterius serpat, & gingivalem carnem plane absumat, dentesque extirpet.

§. 15. Si *salivatio nimis vehemens est*, vel *diutius* quam par est, *durat sistenda est*: sistitur autem (1) *purgante* (2) *sudorifero* maxime theriacali quale est *Diascordium Fracastorii*, (3) *opiatis*, (4) *gargarismatibus* adstringentibus & roborantibus.

§. 16. Opiatis, & stipticis intrinsecis salvatio non facile sistenda est, nisi vires prorsus dejiciantur. Magis locum inveniunt extrinsecus roborantia.

§. 17. Quando in dies salvatio sponte imminuitur non facile sistenda est.

CAP. XI.

De *Sternutatoriis*.

§. 1.

STernutatoria sunt *medicamenta evacuantia, quæ propter particulas acres ⊖inas, & 🜍eas irritando sternutationem suscitant, & sub motu isto violento mucum in tunica narium glandulosa hærentem resolvunt, atque educunt. Vid. HOFFM. de usu & abusu sternutatoriorum.*

§. 2. Sternutatoria sunt vel *mitiora*, quæ dicuntur Errhina, vel *fortiera*, quæ κατ᾽ ἐξοχὴν, Sternutatoria appellantur.

§. 3. Sternutatoria rite usurpata *in Coryza* deprehenduntur *proficua*; sed præstat in declinatione illa adhibere quam ab initio, ubi omnia adhuc cruda.

§. 4. Conveniunt porro *in olfactu deperdito* a nimis relaxa-

tis

tis membranis copioso humido imbutis, item *in vitiis aurium* a nimia serositate.

§. 5. Evacuatoriis universalibus apertis, alvo laxata, ventriculo jejuno sternutatoria quandoque egregie juvant *in capitis doloribus, ejusque gravitate* nonunquam etiam *in Epilepsia, oculorum defluxionibus* maxime si personæ copiosiori per nares evacuationi assuetæ fuerunt.

§. 6. Sternutatoria singultum sedant.

§. 7. Sternutatoria præsertim benigniora *in assuetis nullas amplius sternutationes excitant,* usuque diuturniore, & immoderatiore disponunt ad *Coryzam*, & penitus quandoque *odoratum saporemque abolere solent.*

§. 8. In *doloribus capitis Venereis, fracturis, luxationibus costarum* nihil magis adversum est, quam sternutatio.

§. 9. Sternutatoria nocent *plethoricis, gravidis, Hæmoptoicis, herniosis, phtisicis,* & in *alvi pertinacioribus obstructionibus,* in *Cachecticis* nimius illorum usus inducere potest cœcitatem, Vertiginem &c.

§. 10. Noxius quoque est sternutatorium usus statim a cibo.

§. 11. Si *sternutatio crebra, & frequens* auxilii loco esse poterit *fortior compressio superioris nasi partis circa canthos oculi.*

CAPUT XII.
De Vesicatoriis.

§. 1.

VEsicatoria sunt *medicamenta externa cutem rubefacientia, affluxum seri promoventia, atque vesicas excitantia propter ⊖ acre causticum, quo instructa sunt.*

§. 2. Vesicatoria sunt vel *mitiora,* vel *fortiora.* Fortiora sunt *Cantharides,* mitiora *flammula Jovis, aranearum telæ, araneæ, fuligo, vermes Majales.*

§. 3. Vesicatoria non contemnendum habent usum in *Paralysi, Apoplexia, Epilepsia, gravi odontalgia, Otalgia, Ophtalmia, Hemicrania,* interdum quoque ad motum ♌tibus conciliandum usurpantur in *affectibus soporosis* & *morbis malignis.*

§. 4. In *Podagra, Arthritide dentium, & capitis dolore fixo* a causa frigida orto vesicatorium indicatissimum est.

§. 5. *In contumacissimo capitis dolore* proveniente ab humore acri mordaci pericranium occupante Emplastrum de Betonica cum Cantharidibus mixtum, totique capiti raso applicatum aliquoties utilissimum deprehensum fuit, si dolor est symptomaticus non idiopathicus.

§. 6. *In affectibus soporosis, febribus malignis,* præsertim si cum sopore conjunctæ sunt vesicatoria carpis manuum, vel nuchæ applicata egregium ferunt auxilium.

§. 7. In *febribus intermittentibus* mitiora conveniunt ut *Emplastrum Strobelbergeri* ex ℴ℘ *aranearum, fuligine* ℴ℘ *therebintina, flammula Jovis, & telis aranearum confectum.*

§. 8. *In Cachecticis, Hydropicis* & ubi laudabilis sanguinis in partes influxus deficit cautissime applicanda sunt, quia facile producunt Gangrænam, & Sphacelum.

§. 9. Tutior est vesicatoriorum usus, quando *partibus carnosis* applicantur, quam *membranosis, & nerveis* inflammatio enim & sphacelus oritur.

LIBER II.

De

Alterantibus.

§. 1.

ALterantia sunt *medicamenta humorum qualitates noxias respicientia, corrigentia, & immutantia.*

§. 2. Al-

§. 2. Alterantia pro diversitate *causarum morbificarum*, vel *partium affectarum*, nec non *ipsorum morborum* diversa nanciscuntur nomina.

§. 3. Ratione causæ morbificæ modique operandi nunc dicuntur *incrassantia*, nunc *diluentia*, nunc *resolventia*, & sic porro. Ratione partis affectæ alia sunt *Cephalica, cordialia, stomachica, hepatica, uterina, splenetica.* Ratione morborum alia *antifebrilia, antiscorbutica, antihysterica, antiepileptica, antiphtisica, anthelmintica.*

LIBRI II.

SECTIO I.

De Alterantibus causam morbificam.

CAPUT I.

De Absorbentibus.

§. 1.

ABsorbentia sunt *medicamenta alterantia acidos, & acres humores imbibentia & contemperantia, nec non ⊖sos, & 🜍eos temperantia, figentia, atque enervantia.*

§. 2. Acidos humores temperant, & in tertium quoddam mutant *lim. ♂tis lap. ♋, mater perlar. margarita, conchæ pp. Corallia, CC. ustum, Ebur ustum, lapides* varii generis.

§. 3. Acres ⊖sos, & 🜍eos humores figunt, ac temperant medicamenta 🜃ea magis vel minus unctuosa v. g. 🜃 *pingues* ex regno minerali desumtæ *sigillatæ* vel non sigillatæ uti sunt *Bolus Armena vulgaris, 🜃 lemnia, ♁ diaphoreticum, ejusque cerussa.* Ex animali regno omnia *ossa ac cornua philosophico more parata* ac calcinata, uti sunt *CC. ph. pp. dens apr. mand. luc. pisc.*

§. 3. In

§. 4. In eo conveniunt omnia absorbentia quod acidum absorbeant, atque præcipitent: differunt tamen inter se *ratione peculiaris energiæ, atque virtutis*, quam unum præ altero possidet: Sic per experientiam constat *limaturam ♂tis præter virtutem absorbentem leniter constringere* tonumque ventriculi, & intestinorum labefactatum restituere. *Corallia ejusdem* fere *sunt generis lap. ♋, mater perl. conch. pp.* absorbent, simulque *diaphoresin*, aut *diuresin excitant*. *Creta* tamen *valde refrigerat* atque incrassat. *Bolus Armeniæ, & ▽æ sigillatæ* itentidem adstringunt, & incrassant. *Lapis fissorius*, vel fissilis der Schieffer, *& alabastrum* in morbis ardentibus magno cum fructu adhibentur.

§. 5. Commodissime absorbentibus præmittuntur, vel etiam interdum associantur aperientia, & subjunguntur leniora evacuantia, quo acidum correctum etiam evacuetur, nec obstructiones crecent, aut si adfuerint nimium augeant.

§. 6. *Vehiculum* absorbentibus commodissimum præbent *diluentia aquea*, ut absque nausea assumi queant ut aqua simplex cocta, aut in qua CC. coctum est.

§. 7. In quibuscunque morbis acidum delinquit, & in primis viis consistit ibi absorbentia egregiam præstant operam. Hinc in *affectu Hypochondriaco, febribus* intermittentibus præsertim quartana, & *morbis infantilibus*, torminibus ventris ex causa acida, & *Melancholia hypochondriaca* sunt præstantissima.

§. 8. Inter absorbentia ⊖ia vegetabilium fixa eminent: quæ quo magis sunt usta exsiccata, & calcinata, eo penetrantiorem exserunt efficaciam in acido destruendo, viscidoque attenuando. Alcalina sunt præstantissima absorbentia, nam sunt e diametro acidis contraria quod elucescit in conjunctione illorum: quapropter valet regula contraria contrariis tollenda sunt: ⊖ia alcalina omnia parum inter se differunt.

§. 9 Alcalia fixa in nimia quantitate non sunt exhibenda, destruunt alias penitus fermentum ventriculi acidum nimis obtunden-

dendo unde appetitus emoritur, digeſtio vitiatur, maxime ſi aſſumantur ventriculo vacuo. Hac igitur de cauſa doſi refracta danda ſunt.

§. 10. Abſorbentia ſunt præſtantiſſima *antifebrilia* ſc. in intermittentibus caute tamen, & non niſi reſeratis prius obſtructionibus, ac primis viis probe expurgatis uſurpanda. Hæc cautela ſpecialis circa abſorbentia probe eſt notanda.

§. 11. Abſorbentia ∀ea *in intermittentium cura* optime permiſcentur cum ⊖bus alcalinis, & ☿ dulci, & ſic evadunt potentiſſima antifebrilia. Extra virtutem abſtergendi, ☿ dulcis etiam pollet alvum ſubducendi, & obſtructiones reſerandi.

§. 12. In *morbis acutis*, *& febribus malignis* ubi blanda diaphoreſi opus eſt, & nimia adeſt humorum commotio *abſorbentia ex animalium regno deſumta*, ac cum *♁inis permixta* egregiam locant operam. *In morbis acutis, & febribus malignis* non nimis vehementia infringentia ſunt exhibenda, ſed quæ lento gradu, & paulatim operantur veluti *dens hyppopotami cum ♁inis, & camphora mixtus.*

§. 13. In nimiis ſanguinis ebullitionibus, Hæmorrhagiis, acribus lymphæ ſtaſibus pulveres abſorbentes vel ſoli, vel cum ⦶ mixti præſentanea ſunt remedia, dum nimirum ſanguinis impetum cohibent, & ſtagnantes craſſos humores diſſolvunt, & in ordinem redigunt non modo, ſed etiam per ſudorem educunt.

§. 14. *In Diarrhæis* tam infantum, quam adultorum *abſorbentia terrea ſunt commodiſſima,* dum præter vim demulcendi, ac deliniendi humorum acredinem, tonum etiam inteſtinorum nimis ſolutum roborant ac firmant.

§. 15. In viſcerum obſtructione, lienis, vel hepatis infarctu, *Ictero, Cachexia, diſpoſitione ad Hydropem rarior ſit uſus abſorbentium,* vel plane nullus: utpote augmentum obſtructionibus addunt, ſicque morbum pejorem reddunt.

CAPUT II.

De Adstringentibus.

§. 1.

ADstringentia sunt *medicamenta alterantia constringendo fibras partium fluxum humorum p. n. sistentia.*

§. 2. *Adstringentia* gradu inter se differunt ita ut alia sint *leniora*, alia *fortiora* seu medii generis, alia denique *fortissima.* Leniora sunt *Mentha*, & ex hac parata remedia, item *nux Moschata.* Medii generis sunt terrea v. g. *terræ sigillatæ, Lemnia, Catechu, ossa sepiæ, similiaque.* Ex regno vegetabilium *radix Bistortæ, Tormentillæ, baccæ myrtillorum, folia quercus, cortices granatorum.* Fortissima sunt omnia illa quæ dicuntur *stiptica*, qualia sunt ♀*osa* & ♄*lacea*, nec non *liquores stiptici varii generis. Os sepiæ* in Gonorrhæa tanquam specificum adhibetur.

§ 3. Modus operandi remediorum adstringentium consistit in constrictione: varius tamen est pro ipsorum diversitate. Vel enim agunt propter *particulas oleosas* quodammodo *acres, aromaticas* naturæ gratas. Vel propter particulas 🜃*estres crassas fixiores*, vel denique particulas *metillicas minerales acidas.*

§. 4. Adstringentia medii generis sapore cognoscuntur, manifestam enim constrictionem in ore sive lingua relinquunt. Fortissima, vel stiptica mirum in modum constringunt gulam, atque humores coagulant.

§. 5. Adstringentia semper cautissime sunt adhibenda. Sæpius enim plura incommoda, quam emolumenta afferunt.

§. 6. Adstringentia omnia *paroxysmos febriles cohibent*, sed non sunt adhibenda nisi prius materia febrilis vitiosa, ut & obstructiones sublatæ, atque expulsæ fuerint. *Cortex Peruvianus* sive China chinæ etiam adstringit, & pari successu, imo tutiori adhibetur.

§. 7. O-

§. 7. Omnia adstringentia terrestria nec non ∀ea, ubi per sudorem, vel transpirationem humor ⊖sus vitiosus extirpandus nocent. Ideo in *Podagra*, *Arthritide*, *scabie*, *Variolis*, *Erisypelate* inque omnibus *morbis criticis* cautus, vel parcissimus sit illorum usus.

§. 8. *In Diarrhœa*, *Dysenteria* nunquam *ab initio adhibenda sunt medicamenta adstringentia*, sed potius præmittenda sunt temperantia, diluentia sudorifera leniora, nec non alexipharmaca. Quando vero modum nimis excedunt, & metus sit virium prostrationis tunc in auxilium vocanda sunt.

§. 9. *In principio hæmorrhagiæ* non statim fugiendum ad adstringentia. In Hæmoptisi enim facillime ex intempestivo horum remediorum usu oriuntur angustiæ circa præcordia cum respirationis difficultate: in Hæmorrhoidibus autem dolores lumborum inflammatorii.

§. 10. *In Gonorrhœa*, *& fluore albo* adstringentibus *præmittenda sunt evacuantia*, *sanguinemque depurantia*. Cura hæc alias chirurgis conceditur, quamvis eventus ejusmodi hominibus curæ commissæ sæpe lugubris subsecutus sit.

§ 11. *Qui nervos habent imbecilles*, *& ad spasmos sunt proclives* non facile perferre possunt adstringentia. Horum enim usu facillime Apoplexia *Paralysis*, *vel contractura* in talismodi subjectis *excitatur*.

§. 12. Qui *adstrictioris* sunt alvi, item, qui *purgans*, vel *vomitorium* hauserunt, vel haurire cupiunt abstineant ab adstringentibus.

§. 13. Caveant ab adstringentibus *gravidæ*, quibus *abortum* sæpius *causantur*, item *infantes* in quibus alvum nimis adstringunt.

§. 14. Remediorum adstringentium *usus externus semper* interdicendus est illis, qui inflammationibus, utpote *Erysipelate Pleuritide*, *Angina*, *exanthematibus scorbuticis laborant*. Facili enim negotio Gangrænam provocare possunt.

§. 15. In *Paralysi*, sive nervorum resolutione & fibrillarum præmissis præmittendis *externa adstringentia* uti balneum, decoctum radicis consolidæ majoris *quoque conferunt*, dum fibras relaxatas contrahunt, ipsisque tonum legitimum restituunt.

§. 16. Versatur circa usum pulverum & liquorum stipticorum, qui sunt præsentissima remedia sanguinem sistentia extrinsecus applicata, præsertim in amputatione inutilis cujusdam, ac vitiosæ materiæ uti carcinomatis, Cancri, fungi. Cavendum ne Gangræna vel inflammatio partem affectam occupet: quod impeditur si *parti affectæ* 🜄 *camphoratus applicatur*, ut hac ratione humores dissipentur subsidentes, & in ordinem redigantur.

CAPUT III.

De Analepticis.

§. 1.

ANaleptica sunt *medicamenta alterantia spiritus animales deficientes suavibus suis, & homogeneis particulis recreantia, ac restaurantia, torpidiores, ac motu languidos acrimonia sua commoventia, & excitantia, acceleratos vero ac nimio in motu constitutos sedantia, atque compescentia.*

§. 2. Analeptica modo operandi agunt *vel proprie, & positive in* ♌ *animalium crasin & texturam, vel improprie, & remotive* omnia illa *removendo, quæ* ♌, *corporisque viribus molesta sunt, atque illorum motui* inquieto, confuso ac a statu naturali recedenti *subveniunt.*

§. 3. Analeptica fortiora, quæ etiam confortantia calida dicuntur potissimum desumuntur ex regno vegetabili, & sunt omnia illa, *quæ sapore, adore forti, & penetrante gaudent:* qualia sunt aromata, ac plantæ aromaticæ *Cinnamomum, Cardamomum, Cubebæ, Lavendula, Rorismarinus, Majorana, Pulegium*, atque ex his parata varii

rii generis remedia v.g. ▽ *vitæ* ∽*tuosæ. Træ, EE. atque balsam.* quæ omnia vellicando ∽ excitant, blandísque ♃eis suaveolentibus particulis recreant, & refocillant.

§. 5. Analeptica temperata sunt *pulpa, & succus citri, aurantiorum, pomorum sinensium, granatorum.* Ex præparatis ▽ ∽*tuosæ simplices & compositæ, minus* ∽*tuosæ fragorum, cerasorum, rosarum, florum Tiliæ,* ▽ *cordialis frigida Herculis Saxoniæ &c.*

§. 6. Ad analeptica proprie talia referuntur etiam *vinum bonæ notæ,* ac alimenta nutrientia *gelatina CC. eboris &c.* Idem *Amygd. dulc. pineæ,* & ex his paratæ emulsiones: item *juscula restaurantia.* Hæc autem sunt analeptica remedia domestica.

§ 7. Analeptica ∽tuosa vitanda sunt in omni ardore p. n. febb. acutis inflammatoriis maxime, si pori cutis sunt occlusi, sudorque seu diaphoresis suppressa. Si vero sudor profluit minus nocent, sed sudorem augendo calorem quandoque temperant.

§. 8. Admodum nocivus est immoderatior analepticorum ∽siorum, calidorumque usus in personis tenerioris constitutionis, siccioribus, calidis, biliosis ad phtisin vel Hecticam proclivibus.

§. 9. In doloribus *scorbuticis, morbis ⊖inis, calore* lento, catarrhis acribus ⊖sis omnia *calida, & aromatica perniciosa sunt:* utpote acrimoniam augendo hos morbos sæviores reddunt: quod etiam timendum circa Arthritidem, Podagram, tussim, & Coryzam.

§. 10. Prosunt acriora sive calida in morbis ventriculi frigidis, *appetitu dejecto, anorexia, alvi nimio fluxu, lypothymia, Colica* a causa frigida, *vomitu pituitoso.*

§. 11. Analeptica ∽tuosa quo magis sunt temperata, atque edulcorata, eo nimius inferunt periculum, & summuntur optime post pastum ventriculo cibis repleto. Vacuo enim ventriculo vim facile inferre possunt.

§. 12. ∽tuosorum usus extrinsecus v. g. *Balsamorum vitæ variæ descriptionis,* ▽ *reginæ Hungariæ,* ∽tuum, & ▽*rum Apoplecticarum, ⊖ium volatilium* ∘∘*osorum* utilissimus, summeque proficuus est ad excitandos ∽ in animi deliquio, capitis, cerebrique debilitate,

Vertigine ſyncope, paſſione hyſterica, Apoplexia, affectibus ſoporoſis, item in languore hujus, vel illius partis e. g. paralyſi manus, pedisve.

§. 13. ∽tuoſa analeptica egregiam quoque *opem præſtant in nimio vomitu, ac Diarrhæis ſiſtendis, in Colica* facta decenti applicatione, item in *Catarrhis Rheumatiſmis* ad diſſipandum, in roborandis *partibus* poſt morbum diuturniorem *debilitatis.*

§. 14. *Diaphoretica, purgantia, vomitoria exhibita cum ſpirituoſis celerius operantur.* Vice verſa *∽tuoſa* ſiſtunt, ac *cohibent niniam illorum operationem* ſi offeruntur, quando dicta evacuantia plusquam decet detraxerint.

§. 15. *Ubi acriora calida contraindicantur, ibi temperatiora in uſum vocanda.* Hæc enim inprimis acidiuſcula non ſolum roborando virtutem ſuam exerunt, ſed etiam ∽ animales æſtuantes fervidos in motu. p. n. conſtitutos ſedant, atque compeſcunt.

§. 16. *Affectus* in quibus minus acria, & temperatoria requiruntur ſunt illi potiſſimum, in quibus calor, vel æſtus inteſtinus, aut in inflammatione ſitis, & ſimilia conjuncta ſunt, uti fieri ſolet *in febribus malignis, & ipſa peſte.*

§. 17. *Analeptica ex nutriendis* deſumta egregium habent uſum in *Hectica, ſanguinis defectu, impotentia virili* a defectu ſeminis, item *in fame emaciatis.*

§. 18. *Analeptica improprie talia* ſunt vel *præcipitantia & abſorbentia*, vel *expellentia ſudorifera, alexipharmaca* vel denique *anodyna.*

CAPUT IV.

De Aperientibus.

§. 1.

APerientia *ſunt medicamenta obſtructiones reſerantia, ſanguinem fluidificantia, ejusque circulum liberiorem efficientia.*

§. 2. In

§. 2. In genere omnia medicamenta, *quæ ſanguinis ſpirituaſcentiam blande promovent*, cum humores viſcidos, & vappidos attenuant, & ad diaphoreſin diſponunt *merentur dici aperientia.*

§ 3. Ex regno vegetabili *omnibus palmam facile præripiunt amara* ⊖*e alcalino* 🜃*eſtri, fixo* 🜍*eo referta*: cujus auxilio ſanguini inducunt tenuitatem, acores primarum viarum corrigunt, ac tollunt, obſtructiones in viſceribus conſiſtentes aperiunt, ac reſerant, alvumque ſtimulant.

§. 4. Amara qualia ſunt *Scordium, Carduus benedictus, abſinthium, Gentiana, centaurium minus, Fumaria & inde parata extracta* ſunt medicamenta polychreſta, & commode adhibentur in *Cachexia, ventriculi vitiis a cauſa frigida, Ictero, affectu hypochondriaco, ac hyſterico, obſtructione, ac ſcyrrheſcentia hepatis, lienis*: & quoniam agunt principio temperato fixo non tam facile lædunt, verum opus eſt continuatione ſi quid eximii præſtare debent.

§. 5. *Amara acuata* ⊖*ibus fixis*, vel etiam pro re nata volatilibus *plus habent efficaciæ, quam ſi ſibi ſint relicta* in ſanguine impetuoſius concitando: unde menſium medentur ſuppreſſioni.

§. 6. *Extracta amara* circumſpecte data, & *evacuationes ſanguinis ordinarias ſuppreſſas revocant, easdemque nimias* etiam *ſiſtunt*, quoniam obſtructiones viſcerum quæ largiſſimarum hæmorrhagiarum genetrices eſſe ſolent removent.

§ 7. *Plethoricis interdicendus eſt nimus extractorum amarorum uſus.* Facile enim ſanguinis nimia profluvia excitat.

§. 8. *Extracta amara ſemper præferenda ſunt infuſis, ac eſſentiis*, & optime aſſumuntur ſub forma pilularum vacuo exiſtente ventriculo.

§. 9. Amaris ratione virtutis aperitivæ proxime accedunt *acria mitiora* ⊖*e tenui acri volatiliori prædita*, qualia ſunt *radix Aſparagi, fœniculi, Petroſelini, Apii &c.*

§. 10. Quæ ex *minerali regno* petuntur pro ſcopo aperitivo non infimum inter *aperientia* merentur locum: qualia *ſunt* ♂*tialia*, ☿*ialia*

§.11.Ex

§. 11. Ex ♂tialibus ſeſe commendant *lim. ♂tis, crocus, ♂tis aperitivus, Tr. ♂tiales præſertim aperitivæ Zvvelfferi Tr. ♂tis ☉aris, cum ſucco pomorum.*

§. 12. *Martialium virtus præcipua* quidem *eſt conſtrictiva*: quatenus vero ob ſubſtantiam *🜃eo-🜍eam leniore conſtrictione fibras vaſorum & viſcerum relaxatas roborant*, ſicque humores ſtagnantes ſucceſſive ejiciunt, eatenus merentur dici aperientia.

§. 13. *Omnium tincturarum ♂tialium virtus dependet a* 🜖: & quo menſtruum, quo præparantur eſt ſubtilius, & volatilius, eo ſubtiliores, & efficaciores emergunt in cura.

§. 14. *Tincturæ ♂tiales nullo alio menſtruo parari poſſunt, quam acidulo*: & omnia acida ſive ex regno minerali, ſive vegetabili deſumta ſint ♂tem ſolvunt, & Tram conſtituunt ♂tialem.

§. 15. Ad aperientia ♂tialia referendæ quoque ſunt *acidulæ*: quarum vis aperitiva a Vitriolo & aqua dependet: quo ſubtilius itaque 🜖, & purior ▽, eo præſtantiores ſolent eſſe acidulæ.

§. 16. *Acidularum potus frigidus ſtomachum robuſtum, viſcera ſana, & integra, probam tranſpirationem, & exſpirationem requirit*: item ſanguinem calidum; & quo magis ſanguis particulis bilioſis, 🜍eis, & mobilibus abundat, eo aptius aſſumuntur acidulæ.

§. 17. *Perſonis tenuioris texturæ*, quæ ventriculi laxitate laborant, viſcera valde obſtructa, abſceſſus occultos fovent, ſanguinem frigidum habent, & ſyſtema nervoſum debile illis *minus conveniunt potæ acidulæ.*

§. 18. *Optime bibuntur evacuatis prius primis viis* conveniente tempore æſtivo matutino, ventriculo vacuo, imperando poſt illorum uſum abſtinentiam per aliquot horas, & motum vehementiorem. Minus conveniunt ſub frigida, vel humida intemperie, item poſt paſtum, & ubi obſeſſæ ſunt primæ viæ vitioſis humoribus.

§. 19. Securus acidularum uſus fit, ſi inter illorum exhibitionem *potum ſpirituoſum, victumque tenuem ac cibos facilioris conco-*

ctio-

ctionis adhibemus interpolatis simul *amaris stomachicis*, *balsamicis*, *carminativis.*

§. 20. Pessimum indicium est si usum acidularum sequitur *lassitudo coporis*, *Vertigo*, *appetitus*, *&* *virium defectus*, item *suppressio urinæ*, *sudoris. &c.*

§. 21. *Cautissime procedendum est in præscriptione ♂tialium, & 🜖laceorum*, siquidem infida sunt & adstringentia, & aperientia.

§. 22. In ordinandis ♂tialibus semper individua probe sunt consideranda. Non facile exhibenda sunt illis, qui *siccioris* & *calidioris* sunt *naturæ*; item *phtisicis*, *Hecticis*, valde *debilitatis*, nec *lactantibus infantibus*, *nutricibus*, *gravidis* facile sunt præbenda.

§. 23. *Post ♂tialium ac 🜖laceorum usum semper motus maximopere imperandus est.* Motus enim horum virtutem mirum actuare, & excitare solet.

§. 24. *Durante excretione sanguinis critica*, sive per menses sive per hæmorrhoides nisi sit nimia, non *facile adhibenda sunt ♂tialia, acidulæ, 🜖lacea.*

§. 25. Evacuantia tam per superiora, quam inferiora commode præmittuntur ♂tialibus.

§. 26. *🜂osa, & ⊖ia neutra* sive media optime *miscentur cum ♂tialibus.* Horum enim virtutem mirum augent.

§. 27. Ex ☿ialibus aperiendi vittute gaudent *Cinnabarina*, atque ☿ ☉*aris* singulari enchiresi præparatus.

§. 28 *Aperientium classem porro ingrediuntur ⊖ia media*, quæ præter virtutem incidentem, & abstergentem etiam deobstruunt, ac viscerum infarctus tollunt.

§. 29. Ejusmodi ⊖ia sunt ⊖ *digestivum Sylvii*, ⊖♓, ♀⊕*latus arcanum duplicatum*, ♀ ♀*satus*, ∀ *fol.* ♀, *solutio lap.* ♋.

§. 30. Hæc ⊖*ia* egregium *edunt effectum* in omnibus *morbis qui nascuntur ex obstructionibus* emunctoriorum, viscerum & glandularum sanguinis, ac lymphæ depurationi inservientium.

§. 31. Optime *sumuntur ⊖ia media tempore matutino ventriculo vacuo.* Sic enim non labefactatur illorum vis aperitiva.

§. 32. *In intemperie sanguinis ⊖sa, & morbis scorbuticis abstinendum est a nimio ⊖ium usu.*

§. 33. Aperientibus denique quoque annumeranda sunt *balsamica media*, quæ blandam spiritualscentiam chylo, & sanguini inducunt, quare ubi p. n. stases sanguinis, & lymphæ metuendæ sunt, ut in *Malo Hypochondriaco, affectu Hysterico obstructione lienis, hepatis, pancreatis*, ibi balsamica decenti dosi applicata, cum aliis remediis si opus maritata, & per tempus continuata, præstantissima solent esse remedia.

CAPUT V.

De

Balsamicis.

§. 1.

Balsamica sunt *duplicia*: vel *fixiora*, aut *medii generis* vel *magis volatilia. Fixiora agunt propter ⊖alcalinum fixum terrestre ♀eum* qualia sunt *amara*: de quibus supra de aperientibus.

§. 2 Balsamica media dicuntur quæ *resinosis blandis particulis* *°°oque* subtili sunt instructa, uti sunt *Myrrha, Zedoaria, succinum, lignum Aloes, Guajacum, ♋Aloe, crocus cortices citri, aurant, Mastich. bacc. Junip. ambr. calam. arom.* omniaque aromata, & ex illis paratæ EE. compositæ, & Elixiria balsamica.

§. 3. Balsamica propter particulas quas continent *balsamum sive sanguinis ♀ naturale restituendo* blandam sanguinis ♎tuascentiam promovent. Hinc *in omnibus morbis ubi transpiratio læsa*, & ubi circulus humorum propter excessum acidi, & viscidi impeditior est, quales sunt chronici, *sunt convenientissima.*

§ 4. *Deficiente excretione sanguinis naturali*, uti in mensibus & hæmorrhoidibus *balsamica sunt præstantissima*, item ubi putredo vel corruptela visceri imminet, defendunt enim sanguinem ab impuris putridis effluviis.

§ 5. *In ulceribus pulmonum phtisicis conveniunt etiam balsamica,*

ta, sed valde temperata, ac parciori dosi assumta, continuata tamen unaque cum diluentibus usurpata, alias calorem augendo serum subtrahunt corpori necessarium.

§. 6. *Myrrha in substantia adhibita balsamicum est temperatissimum* & longe præferenda EE. & elixiriis. Ejus usus summe proficuus est ad *tussim inveteratam, phtisin, fœtorem oris* tollendum, *contagium morbosum* auferendum, præterea ad *Variolas expellendas*, & *menses ciendos* quotidiani solet esse usus.

§. 7. *Balsamica cautissime sunt adhibenda in plethoricis* ad nimia sanguinis profluvia proclivibus, *in scorbuto* bilioso, *affectu Hypochondriaco* cum p. n. calore conjuncto, sive *febre lenta*.

§. 9. *Optime adhibentur balsamica primis viis a saburra, & colluvie humorum vitiosorum prius purgatis* alias facile ipsos introducunt ad massam sanguineam & habitum corporis pessimo eventu.

§. 9. *Balsamica optime sumuntur cum cibis, & inter illos* ut hac ratione ciborum essentia imprægnetur illorum blanda virtute.

CAPUT VI.

De *Confortantibus*.

HOrum descriptio genuina, modus operandi, & adhibendi traditus est in capite de Analepticis.

CAPUT VII.

De *Consolidantibus*.

§. 1.

COnsolidantia, quæ Græcis *traumatica* dicuntur sunt *medicamenta unionem continui læsam sive per exulcerationem, sive vulnera*

tionem, quocunque modo factam restituentia, nec non symptomatibus exinde natis succurrentia.

§. 2. *In consolidatione ulcerum atque vulnerum semper ad symptomata respectus habendus*, & omnia consolidationis impedimenta removenda. Hinc ex variis capitibus consolidantia accersenda & nunc cum *desiccantibus & absorbentibus* nunc cum *abstergentibus*, & *mundificantibus*, nunc cum *emollientibus*, *antispasmodicis nervinis*, *refrigerantibus*, atque *anodynis* sunt combinanda.

§. 3. *Impedimentis omnibus remotis*, vel non præsentibus sufficiunt sola glutinantia, atque balsamica sive traumatica stricte, & proprie sic dicta, qualia sunt *gluten tauri*, *sarcocolla*, *thus*, *resinæ vulnerariæ*, *balsamum peruvianum*, *de copaiva*, *& omnia balsama* vulneraria *Mindereri*, *Crollii*, *Hildani*, *Locatelli*, & aliorum, usu interno essentiæ tranmaticæ Wedelii. &c.

§. 4. *Quacunque leniter adstringunt consolidantia evadunt* quatenus fibras relaxatas roborant, vel etiam adstringunt, nimiumque humorum affluxum consolidationem impedientem, cohibent.

§. 5. Symptomata quæ vulneribus, vel ulceribus familiaria esse solent sunt *Hæmorrhagiæ* quæ requirunt *Ischæma*, sive sanguinem sistentia, *tumor*, *& inflammatio*, quæ requirunt *discutientia*, ac *refrigerantia*. *Affluxus seri copiosioris* hic requirit *desiccantia*, *absorbentia*, & *leniter constringentia*. *Impuritas* cui opponuntur *detergentia*, *dolores* qui sistuntur *anodynis*, *spasmi* qui removentur *antispasmodicis*.

§. 6. *Prudentia chirurgi consistit nonmodo in hoc ut symptomata supervenientia* removeat, *sed* potissimum *ut vulneratum ab ipsis præservet*. Hinc ex ante dictis varia componit Emplastra, balsama, atque unguenta vulneraria.

§. 7. *Consolidantia, & vulneraria nonsolum externe applicantur sed etiam pro usu interno* in læsione, atque corruptione partium internatum sub varia adhibentur forma, ita ut ex illis parentur vel *infusa*, vel *decocta*, vel *essentiæ*, vel *pulveres*.

CAP.

CAPUT VIII.

De
Cosmeticis.

§. 1.

COsmetica sunt *medicamenta externa sordes in cuticula hærentes detergentia, illam emollientia, nitorem, atque pulchritudinem conciliantia, ac obsoletum, opacum, vel nigricantem colorem emendantia.*

§. 2. Cosmetica distinguuntur in *proprie talia* & *palliativa:* illa revera *splendorem amissum restituunt, hæc* vero *novum acquisitum* album vel rubicundum colorem aliquandiu saltim durantem oculosque spectantium fallentem *inducunt*, & dicuntur *fuci.*

§. 3. Cosmetica primi generis virtutem suam exserunt *detergendo, atque emolliendo.*

§. 4. *Detergentia huic scopo* inservientia sunt *radix serpentariæ, Draclentii majoris, Sigilli Salomonis, Scroplulariæ,* fl. *fabarum, lil. alb. fructus amgyd. amararum, pinearum, farina fabarum, cicerum, lupinorum, albumen ovorum, lac,* ⊖ ♀ °° ♀ *per deliquium, mica panis albi, Myrrha, Benzoe.*

§. 5. Emollientia sunt °° *Been* aliaque °° a expressa it. *axung.* ac *seva.*

§. 6. Ex his parantur varia remedia, ac adhibentur vel in forma *pulveris*, vel ▽, vel *linimenti*, vel *emulsionis* vel *saponis.*

§. 7. *Simplicissimum omnium cosmeticorum est lac* quod virtute detergendi, ac emolliendi gaudet.

§. *Detergendi virtute se commendant biliosæ animalium particulæ:* Fel animalium inspissari solet in extractum, quod \S/ ♀sato solutum, & ⩨tatum cum ▽ spermatis ranarum evadit cosmeticum.

§. 9. Quæ *palliativa sunt cosmetica cum homine Christiano sint*

indigna hinc libentes ea omittimus: qui tamen plura de his desiderat evolvat *RONDELECII tractatum de fucis item PLATERI libr. de vitiis cutis cap. II. & p. 156.*

CAP. IX.

De
Demulcentibus.

§. 1.

DEmulcentia sunt *medicamenta, quæ propter particulas gelatinosas vel mucilaginosas, ac blandas °°osas. humorum acrimoniam involvunt, obtundunt, temperant, illorumque vim stimulantem, ac pungentem quodammodo infringunt.*

§. 2. Talismodi medicamenta sunt ex regno animali, quæ copiosam gelatinam continent partes duriores imprimis *cornua cervi, Alcis, & gelatinæ carnium.* Ex regno vegetabili herbæ ac radices mucilaginis copiam continentes. v. g. *Altheæ, lil. alb. chinæ, Scorzoneræ,* Herba *Malvæ, parietariæ & omnes plantæ* sic dictæ *emollientes,* item °° *expr. amygd. d. ac semina copiosum* °° *continentia, nec non lac.*

§. 3. Commode adhibentur in *omnibus morbis ⊖inis, scorbuto bilioso, scabie omnique cutis impuritate ac defætatione, ulceribus,* partium internarum corruptela *phtisi, exulceratione* substantiæ intestinalis, item in *catarrhis ⊖sis, tussi sicca &c.*

§. 4. *Hæc medicamenta optime assumuntur calide primis viis probe prius expurgatis,* & commodissime *miscentur cum lenioribus diaphoreticis.*

CAPUT X.

De
Diluentibus.

§. 1. Di-

§. 1.

Diluentia sunt *medicamenta alterantia humores viscidos crassos propter particulas aqueas lubricas fluidificantia*, ⊖ia, *omniaque acria diluentia, ac temperantia.*

§. 2. Diluentia sunt omnia ita dicta aquea ▽ ♎ *simpl. non excessivo* ⊖*ino* vel ♁*eo* principio imbutæ v. g. ▽ *Veronicæ, scabiosæ, Boraginis, Scorzoneræ, CC. fl. acaciæ*, vel *decocta, ac infusa herbarum, ac specierum temperantium* cum largiori copia ▽ *facta* uti *decoct. CC. hordei, infusum Theæ, Veronicæ, Betonicæ, radicis chinæ &c.* Idem *accidulæ & thermæ.*

§. 3. *Diluentia sunt remedia polychresta* plurimis morborum indicationibus correspondentia, *nec facile damnum inferentia.*

§. 4. Diluentia in omni *defectu humidi, & ubicunque* ⊖*ia in sanguine sunt copiosa*, idem ubi *humorum* adest *densitas* atque *crassities* locum inveniunt exoptatissimum.

§. 5. Emunctoria, quo magis sunt libera & aperta, transpiratio expedita eo melius operantur diluentia.

§. 6. *Quo minus per sudorem alvum aut urinam rursus secedunt potiones, ac diluentia aquea, eo parcior illorum sit usus.*

§. 7. *Diluentium nimium usum contraindicant obstructiones viscerum, hepatis*, & lienis, *colluvies humorum* viscidorum hærens in primis viis, emunctoriorum occlusio, *urinæ paucitas, alvi adstrictio.*

§. 8. *Diluentia optime assumuntur ventriculo vacuo*, tempore matutino, transpiratione existente liberiore & quidem *calidissime paulatim illa sorbendo*, minus recte post pastum ventriculo cibis repleto, vel circa tempus nocturnum.

CAPUT XI.

De

Discutientibus.

§. 1. Di-

§. 1.

DIscutientia sunt medicamenta *externa tumoribus appropriata, hos ipsos dissipantia, materiam stagnantem resolventia, atque per habitum corporis disjicientia.*

§. 2. Discutientia agunt *propter ⊖ volat. copiosum.* Hinc omnes plantæ nervinæ, atque antispasmodicæ sunt discutientes. v. g. *Salvia, Majorana, rosmarinus, stechas Arabica, ruta, betonica, Verbena, Melilotus chamomela vulgaris, & Romana, Verbascum, flores sambuci, item gummata Bedellium, Camphora* 🜄 *Camphoratus, vinum calidum,* ♌ ⊖ ♓.

§. 3. *Pro diversitate tumorum selectus etiam instituendus erit inter discutientia,* & vel cum *anodynis*, vel *antispasmodicis vel emollientibus,* vel *refrigerantibus* sunt combinanda.

§. 4. Horum remediorum modus adhibendi contingit sub varia forma vel enim concisa & crasso modo pulverisata *includuntur sacculo,* vel *in linimenta, & unguenta* rediguntur, vel sub *Epithematis* forma applicantur, vel *Emplastra* ex ipsis parantur.

§. 5. Emplastra discutientia quæ in officinis prostant sunt *Empl. de melioto, de ranis C. ☿io Vigonis, diaphor. Mynsichti, de baccis auri, Magneticum Angeli Salæ.*

CAPUT XII.

De

Emollientibus.

§. 1.

EMollientia sunt *medicamenta, quæ id, quod concretum, vel coagulatum est dissolvunt, & ad pristinum statum reducunt.*

§. 2. Emollientia sub vario prodeunt schemate, & prout differunt partes coagulatæ, ac induratæ quæ resolutione indigent, differunt etiam emollientia, communiter tamen in *interna distinguuntur* & *in externa.*

§. 3. Emol-

§. 3. Emollentia interna agunt *propter particulas lubricas, flexiles, niculaginosas* uti ſunt radices *Althea, malvæ, lil. alb.* herba *Malvæ, Atriplicis, Mercurialis,* quæ *commode adhibentur in alvi obſtructione* a fæcibus induratis mixta *cum laxantibus,* & præſcribuntur vel in forma decocti vel clyſmatis.

§. 4. Hæc medicamenta præter virtutem emollientem gaudent quoque *virtute incraſſandi, humorum acrimoniam temperandi, atque obtundendi.* Hinc commode etiam adhibentur in *morbis ⊖inis, ſpasmodicis,* atque *catharrhis ⊖ſis.*

§. 5. Emollientia *externa tumoribus medentur, humoresque ſtagnantes reſolviunt,* vel ad *ſuppurationem diſponunt,* hinc alia dicuntur, *reſolventia,* alia *ſuppurantia* ſeu *maturantia.*

§. 6. Reſolventia conveniunt cum ſupra deſcriptis diſcutientibus: *maturantia* vero quæ *adhibentur quando humores ſtagnantes inſenſibiliter digeri, ac diſcuti nequeunt* ſunt *caricæ pingues, Mel, gummi ammoniacum, Galbanum, Terebinthina,* & ex his parata Emplaſtra reſolventia, atque maturantia.

CAPUT III.

De Excitantibus.

§. 1.

E*Xcitantia* ſunt *medicamenta* ♌ *animales in motu languidos erigentia, majoremque humorum influxum in hanc, vel illam partem promoventia, & procurantia.*

§. 2. Excitantia ſunt vel *interna, vel externa.* Interna ſunt omnia *ſpirituoſa ⊖ia volatilia, & oleoſa,* ſuperiusque deſcripta *analeptica calida, & acria.*

§. 3. Externa ſunt omnia quæ penetrante odore plus, minus grato ſunt inſtructa, *balſama varii generis apoplectica liquida vel in forma magis conſiſtente,* item ♌ & ▽ *antapoplecticæ.*

 §. 4. Ad-

§. 4. Adhibentur excitantia in *Paralysi*, *Apoplexia*, *Lypothimia*, *syncope*, *passione hysterica*, *affectibus soporosis*, & in omnibus morbis, in quibus observatur motus impotentia.

§. 5. Ad excitantia non incommode etiam referuntur *vesicatoria*, quæ carpis manuum, vel etiam nuchæ applicata egregium præstant auxilium in affectibus soporosis, & febribus malignis præsertim cum sopore conjunctis.

CAPUT XIV.

De *Exsiccantibus*.

§. 1.

EXsiccantia sunt *medicamenta externa in ulceribus usitata*, *humiditatem nimiam absorbentia*, *& consolidationem promoventia*.

§. 2. Usitatiora exsiccantia sunt *lapis calaminaris*, *Bolus Armeniæ*, *ac* ∀*æ sigillatæ varii generis*.

§. 3. Adhibentur *in ulceribus antiquis continuo manantibus*, item *in scabie humida*.

CAPUT XV.

De *Incidentibus*.

§. 1.

INcidentia sunt *medicamenta humores glutinosos & viscidos propter particulas*, *quibus scatent* ⊖*ino* ♀*eas dividentia*, *dissolventia*, *& comminuentia*.

§. 2. Incidentia sunt vel *amara*, *vel aromatica*, vel etiam ⊖*ina*: de quibus in superioribus de aperientibus.

CAPUT

CAPUT XVI.

De
Incrassantibus.

§. 1.

INcrassantia sunt *medicamenta humores liquidiores crassiores reddentia, illorumque acrimoniam infringentia, atque temperantia.*

§. 2. Incrassantia agunt *propter particulas* ∀*stres crassiores, viscidiores & muccilaginosas*, quibus dum sese humoribus tenuioribus permiscent his ipsis crassiorem consistentiam tribuunt, & acrimoniam demulcent.

§. 3. Incrassantium nomine digna sunt 1.) ∀ea uti *Boli*, & ∀*æ sigillatæ* 2) Mucilaginosa, *ut semina herbæ atque radices mucilaginem sub coctione præbentia* 3.) *dulcia.*

§. 4. *Incrassantia* præsertim *mucilaginosa locum habent in omnibus morbis* ⊖*inis*: ubi spicula humorum ⊖ina sunt mitiganda, temperanda, ac demulcenda. Hinc adhibentur in *Scabie, scorbuto bilioso, catarrhis* ⊖*sis, tussi sicca, tabe, Atrophia.*

§. 5. *Nocent incrassatia in morbis frigidis* Cachexia Cacochymia pituitosa, *obstructionibus, & infarctu viscerum*, ventriculi laxitate nimia, & quando ille cum intestinis obsessus est pituitosis tenacibus humoribus.

§. 6. *Dulcia, sacharata mellita nocentissima esse solent hypochondriacis, hystericis, scorbuticis* partim quod visiciditate, & lentore obstructiones augeant, partim etiam quod ⊖ia acida, acria accumulent, lentorem lymphæ inducant, & transpirationem impeditiorem reddant.

§. 7. Dulcium immoderatior usus in pituitosis *facile disponit ad Hydropem, Asthma, & cachexiam*, in *infantibus* sæpius producit *tumores abdominis, atrophiam, Colicam convulsivam, febres putridas, & Epilepsiam.*

§. 8. *Dulcia, & minilagiosa optime assumuntur calide*, ventriculo prius probe expurgato per emeticum, aut purgans.

CAPUT XVII.

De

Refrigerantibus.

§. 1.

REfrigerantia sunt *medicamenta æstum p. n. imminuentia, ♎ animalium effrenem & irregularem motum compescentia, sitimque extinguentia.*

§. 2. Usitatiora refrigerantia sunt *Acetosa, acetosella, succus citri, berberum, rubi Idæi, fl. violarum, rosarum, sem.* IV. *frigida majora, fructus cerasorum,* ⦶, *sacharum*, ♄, ♆ ♌, ♎ *acidi minerales simplices, & dulcificati* ℞ 4. *fl. cordialium*, ▽ *Endiviæ lactucæ, Scorzoneræ, Plantaginis, rosarum, sedum* ▽ *cordialis frigida.* Vid. HOFFMANNUS *de medicamentis alterantibus.*

§. 3 Ex hisce medicamentis ut plurimum parantur *potiones refrigerantes*, quibus ægri utuntur ad sitim atque calorem extinguendum vel *epithemata* quæ externe fronti applicantur.

§. 4. *Refrigerantibus internis omnibus palmam* fere *præripit* ⦶, quod adhiberi potest in omnibus morbis, ac febribus inflammatoriis v. g. *Anguia, Pleuritide, Peripneumonia, Phrenitide, Arthritide, Varicolis &c* si misceatur cum *alexipharmacis calidis, diaphoreticis* fixis & mediis HOFFM. *ibid. p.* 95.

§. 5. ⦶ *cum camphora mixtum est præstantissimum remedium in omnibus morbis malignis*, & efficacissimum remedium ad calorem p. n. extinguendum, deliria delenda, malignitatemque propulsandam.

§. 6. *Usu externo* fine refrigerandi *in inflamationibus* adhibentur a chirurgis ♄nina *remedia* nempe *lithargyrium Cerussa, Mini-*

CAPUT XVIII.

De

Resolventibus.

§. 1.

RESolventia ita dicuntur a modo operandi siquidem *agunt in humores stagnantes, eosdemque resolvunt.* Hinc non differunt, a *discutientibus* de quibus alibi.

CAPUT XIX.

De

Rubefacientibus.

§. 1.

RUbefacientia sunt *medicamenta in cuti ruborem excitantia non tamen exedentia.*

§. 2. Agunt hæc medicamenta *propter particulas acres* quibus vellicando affluxum majorem spirituum atque humorum concitant: sicque leviorem quasi inflammationem inducunt.

§. 3. Talia sunt *flammula Jovis, folia persicariæ aqueæ, urticæ viridis, semen sinapi, Erucæ, gummata acria Sagapenum, Euphorbium.*

§. 4. Veteres varios habuerunt modos cutim rubefaciendi: quod fecerunt vel per *sinapismum, vel phœnigmos, vel per picationem, vel per tropacem. SENNERTUS in Instit. med. Lib. V. part III. Sect. III. cap. 38 pag. m. 805.*

CAPUT XX.

De

Sanguinem depurantibus.

§. 1.

MEdicamenta massam sanguineam depurantia sunt varia: & *differunt secundum diversitatem vel quantitatis, vel qualitatis in sanguine peccantis.*

§. 2. Inter sanguinem purificantia primum sibi vendicant locum *medicamenta purgantia*, his succedunt *diaphoretica*, & reliqua *evacuantia*: agmen denique claudunt *aperientia*, *balsamica*, *absorbentia*, & *temperantia.*

LIBRI II.
SECTIO II.
De
Alterantibus certam partem roborantibus.

CAPUT I.
De
Cephalicis.

§. 1.

CEphalica sunt *medicamenta affectus capitis tollentia, spiritusque animales excitantia, atque reficientia.*

§. 2. Prout differunt causæ, a quibus capitis affectus originem habent, differunt etiam medicamenta cephalica, ita tamen ut alia sint *proprie talia*, alia *improprie.*

§. 3. Proprie talia dicuntur cephalica, quæ *odore sunt grato, sapore plus minus acria, & conveniunt* cum Analepticis alibi descriptis.

§. 4. Cephalica virtutem suam exerunt, vel *poros cerebri*, atque *nervorum obstructos reserando*, vel *partes nervosas nimium relaxatas roborando, tonumque* legitimum his ipsis *restituendo*, vel *motum*

tum ♎*tuum* animalium ferocem & nimis celerem quadantenus *compescendo.*

§. 5. Improprie omnia tam *evacuantia*, quam *alterantia* pro diversitate causæ & intemperiei corrigendæ *merentur dici cephalica.* Hac ratione *balsamica* præmissis evacuantibus in omni capitis affectu a causa frigida orginem habente merentur dici cephalica, & sic porro.

CAPUT II.

De
Cordialibus.

§. 1.

Cordialia sunt *medicamenta languori cordis subvenientia, & circulationem sanguinis liberiorem efficientia.*

§. 2. Cordialia distinguuntur *in calida & temperata.* Calida conveniunt cum analepricis acrioribus, & ♎tuosis, quæ adhiberi possunt in morbis frigidis, in nimio mœrore, atque tristitia.

§. 3. Cordialia temperata simplicia sunt 🜃 *sigillata*, *unicornu verum, mater perlarum, margaritæ*, composita *pulvis bezoardicus Sennerti*, *Anglicus* Ⓓ & omnia superius dicta bezoardica, seu Alexipharmaca universalia.

§. 4. Cordialia temperata adhibentur in morbis malignis & agunt in massa sanguinea miasmata contagiosa expellendo, sicque sanguinis circulum liberiorem reddendo.

§. 5. Cordialium classem ingrediuntur quoque acidula v. g. *phlegma* 🜊 *succus citri* &c. quatenus sc. ♎tuum fervorem, & inordinatum motum compescunt, & a nimia quantitate inde orienda præcavent.

CAPUT III.

De
Nervinis.

§. 1. Ner-

§. 1.

NErvina ſunt *medicamenta partes corporis debilitatas roborantia* ♌ *animales excitantia illorumque motum nimium & inordinatum compeſcentia.*

§. 2. Nervina ſunt præter Analeptica ſuperius deſcripta *Caſtoreum, Moſchus, Zibetum, Succinum, Ambra, Balſamus Peruvianus Storax liquida, Ambra liquida, Axungia Taxi, pinguedo Caſtorei, cati ſylveſtris* °°*ſuccini, petroleum.* Ex compoſitis *unguenta nervina;* ▽ *Anhaltina,* ♌ *apoplecticus* ⊖*ia volatilia* °°*ſa,* & omnia *Cinnabarina,* nec non medicamenta roborantia, & excitantia.

§. 3. Adhibentur tam interno, quam externo uſu in partium debilitate, *Paralyſi, Apoplexia, Epilepſia,* & pro diverſitate cauſarum combinantur *cum antiſpasmodicis, abſorbentibus, præcipitantibus. &c.*

CAPUT IV.

De

Stomachicis.

§. 1.

STomachica ſunt *medicamenta affectibus ventriculi ſuccurrentia, appetitum imminutum reſtaurantia, deperditumque vigorem naturalem in integrum reſtituentia.*

§. 2. In ſtomachi vitiis reſpiciendum ſemper ad cauſas morbificas. Hac ratione in genere omnia *Emetica, abſorbentia incidentia, aperientia, analeptica, aromatica acida leniter conſtringentia anodyna poſſunt eſſe Stomachica,* quatenus cauſis affectuum ventriculi ſunt contraria.

§. 3. Proprie ſtomachica dicuntur, quæ ventriculum roborant ejusque tonum labefactatum reſtituunt, qualia ſunt omnia *aromata, vinum generoſum, ſuccinum, Ambra.* Idem amara ⊖ *Abſinthicum, centaurium minus* & ex his parata *elixiria EE. pulveres* & alia medicamenta ſtomachica.

LIB.

LIBRI II.

SECTIO III.

De
Alterantibus certum morbum expugnantibus.

CAPUT I.

De
Anodynis.

§ I.

ANodyna sunt *medicamenta motum nimium ☊-tuum atque humorum sistentia, dolores sedantia, & somnum inducentia.*

§. 2. Agunt anodyna propter *particulas vaporosas 🜍eas copiosissimas* per porosam corporis substantiam penetrando, nervos replendo, sanguinem nimis expandendo, spirituum animalium fluxum quodammodo sufflaminando hinc torporem atque somnum inducendo, dolores auferendo, calorem extinguendo, acrimoniam humorum demulcendo, excretiones p. n. sistendo. Modum operandi HOFFMANNUS describit *in disputatione sua de opiatorum modo mechanico operandi.*

§. 3. Pro diversitate principii 🜍ei quatenus plus minusve volatile vel fixum est vaporosa, atque anodyna differunt, & magis vel minus naturæ grata sunt. Hinc in praxi diversum deprehendimus effectum *opii, Nucistæ, Camphoræ, Croci, Castorei, Moschi.*

§. 4. Anodyna distinguuntur in *fortiora, & mitiora.* Illa dicuntur Narcotica qualia sunt *Mandragora Cicuta, Solanum, Hyosciamus* & ex his composita medicamenta. His paulo mitiora sunt *opium* rite correctum, & depuratum, variaque inde parata *Laudana,* item *Crocus, papaver album, & erraticum.* Mitissima sunt *semen Anethi,*

thi, flores Nymphææ, violarum, ſambuci, Meliloti Verbaſci, Chamomillæ, abſinthium &c.

§. 5. Dantur etiam anodyna quæ exterius ſaltim applicata non modo dolores ſiſtunt, verum etiam ſomnum inducunt, qualia ſunt ℴℴ *Anethi, Hyoſciami, Nuciſtæ expreſſum, crocus. Empl. oxycroceum, Emplaſtrum anodynum.*

§. 6. Quando uſus externorum ſufficit nunquam ad interna progrediendum.

§. 7. Narcotica extrinſecus applicata ſomnum inducendo interdum etiam ſæviſſimos dolores in partibus remotis exiſtentes ſedant, ac compeſcunt.

§. 8. In Epilepſia unguenta anodyna leniora, item in Colica ſpasmodica proſunt. Interne caute, & nonniſi cum volatilibus offerri debent. Axungia Caſtorei eſt egregium Anodynum.

§. 9. Partibus nervoſis, nec non frigidis non applicantur commode opiata fortiora, ſive narcotica quia ſtuporem facile inducunt. Muſculoſis partibus applicata emolliunt, digerunt, diaphoretica ſunt, hinc opium quoque ingreditur Emplaſtra diaphoretica.

§. 10. Si in adminiſtrando ullo remedio cautione, atque prudentia opus eſt præſertim quoad doſin, temperamenta, ætates, morbos, & morborum tempora certe in anodynis, & opiatis eſſe omnes teſtantur practici.

§. 11. Inter ſedativa, atque anodyna præſertim ubi graviores motus ſunt ſedandi omnium præſtantiſſimum, & efficaciſſimum eſt opium rite correctum, & præparatum.

§. 12. Opiata optime corriguntur ſi miſcentur cum ſudoriferis v. g. ⊖*e volatili CC. camphora.* Cum purgantibus, uti *extracto Hellebori nigri, Aloe, ☿io dulci.* Cum ſalivantibus & vomitoriis v. g. 🜂*e* ☉*ato* ♁*ii, Tr.* ♁*, & ex ☿io paratis remediis.* Cum calidis aromaticis ℴℴ *cinnamomi, caryophillorum.*

§. 13. Opiata cum purgantibus & emeticis mixta deſinunt in ſudorifera, & remedia efficaciſſima.

§. 14. O-

§. 14. Opium destillatum cum 🜄, vel melius vino Hispanico largitur ⁓ anodynum, qui interius & exterius adhiberi potest citra ullum incommodum.

§. 15. Opiata fixiora minus secura sunt, quam volatiliora hinc opium non tam nocivum est si recens adhibeatur citra ullam coctionem, vel magnam evaporationem saltim simplicissimo modo depuratum, quam si diuturnam coctionem expertum est, ubi parte volatiliori 🜍ea amissa remanet crassior, fixior magis adhærens nervis, & membranis molestissima excitat symptomata.

§. 16. *⦶osa, ♁ina* optime maritantur cum opiatis dum serum, quod opium inspissare solet fluidum servant.

§. 17. Anodyna & opiata optime exhibentur tempore nocturno, vel somni cum humectantibus, *emulsione amygd. d., decocto* CC. maxime in illis morbis ubi humidum deficit.

§. 18. Opium gravidis est nocentissimum, Hydropicis, Asthmaticis, cachecticis venenum.

§. 19. In *respirationis difficultate, metu suffocationis, pulsus debilitate*, item in *morbis malignis* nunquam exhibenda sunt opiata.

20. In *inflammationibus* non facile danda sunt opiata nisi summa urgnnte necessitate, refracta tamen dosi, & cum diaphoreticis mixta.

§. 21. Opiata non facile exhibenda sunt *senibus, debilibus, puerperis, infantibus*; si tamen necessitas id postulet non nisi in minutissima dosi danda sunt.

§. 22. Nocent opiata obesis, & qui *parum habent sanguinis, obstructione alvi* laborant, ad *somnum* proclives sunt, & quorum *primæ viæ abundant humoribus viscidis.*

§. 23. *Melancholicis, pituitosis, & qui crassum habent sanguinem* non commode exhibentur opiata; convenientiora autem sunt subjectis calidis, biliosis, cholericis, scorbuticis.

§. 24. Tempore æstatis melius adhibentur opiata, quam hyemali tempore.

§. 25. In *affectibus spasmodicis hystericis, hypochondriacis, asth-*

mate cautiſſime præſcribenda ſunt opiata nec unquam, niſi correcta, & refracta doſi.

§. 26. Opiata utplurimum *deliria augere ſolent, & inſomnia terriculoſa* efficiunt.

§. 27. Opium *plethoricis* eſt, nocentiſſimum. Hinc ante ejus uſum ſecanda prius vena eſt, nec ſtatim poſt V. S. opium erit adhibendum.

§. 28. In omnibus *evacuationibus criticis* tam *ſanguinis*, quam *aliis* opiata maxime integra doſi propinata ſunt pernicioſiſſima. Suſpendunt enim facile motus naturæ criticos, & excretiones conſuetas ſiſtunt.

§. 29. In *motibus naturæ criticis* cautiſſime mercandum eſt cum opiatis, & rarius, & non niſi in principio, nunquam autem circa ſtatum, & tempus criſeos exhibenda ſunt.

§. 30. Proſunt opiata ubi *pulſus eſt magnus*, quando *corpus ſcatet ⊖ibus alcalicis, vires adſunt, motus -^- tuum, & ſanguinis impetuoſiores*, & activiores ſunt. Si dolores acuti, & graviſſima inde naſcentia ſymptomata, quæ ex læſionibus nervorum, diſtorſionibus tendinoſarum partium & ſauciationibus, adeoque cauſa externa proveniunt, item in exceſſivis Colicæ, & calculi doloribus, dentium dolore, dentitione difficili, otalgia, vigiliis.

§. 31. Opiatorum uſus longe tutior eſt alvo prius laxata & aperta, & ſi *obſtructiones* corporis *expeditæ* ſunt.

§. 32. Optimus opii effectus eſt *ſi ſudor* poſt ejus *uſum fluat, & capitis gravitas, vel vertigo* non ſentiatur.

§. 33. Ubi opium nocet, ibi *Crocus, Camphora, Nuciſta, & papaveracea* tam ex ſemine, quam floribus exhiberi poſſunt, quoniam hæc remedia longe tutiora ſunt.

§. 34. *Quando Variolarum, Morbillorum, Purpuræ, Eryſipelatis materia* maximos tumultus efficit, nec egredi vult, experientia teſte non tantum *acidula* & *Ⓓoſa*, ſed & *papaveracea, & leniora anodyna* efficaciſſimam exerunt virtutem.

CAP.

CAPUT II.

De *Antaphrodisiacis.*

§. 1.

ANtaphrodisiaca sunt *medicamenta salacitatem seu nimiam in Venerem propensionem corrigentia æstumque Venereum compescentia, atque extinguentia.*

§. 2. Pro diversitate causarum morbificarum, diversa quoque antaphrodisiaca sunt præscribenda: ita ut nunc seligantur semen imminuentia, nunc temperantia, & antispasmodia, nunc refrigerantia, nunc anodyna.

§. 3. Antaphrodisiaca sunt vel *externa, vel interna.* Omnia ex classibus jam jam prolatis desumenda.

§. 4. *Externe ▽ destillatæ, & succi plantarum refrigerantium applicantur partibus genitalibus,* imo & pedibus, vel instituuntur fomenta, & lotiones *ex foliis salicis, vitis, plantaginis, sempervivi.*

CAPUT III.

De *Anthelminticis.*

§. 1.

ANnthelmintica sunt *medicamenta vermibus machinam humanam, & præsertim intestina inhabitantibus contraria, post ipsos fugantia, enecantia, e corpore humano educentia, nec non gravissima symptomata ab ipsis oriunda mitigantia.*

§. 2. Modus operandi varius est, & differt prout ipsa anthelmintica differunt: quæ *in quatuor classes a practicis distingui solent.*

§. 3. Prima classis continet ea quæ vermibus contraria, & ini-

inimica hos ipſos *in fugam conjiciunt*, ac domicilium antiquum deſerere cogunt. Hujus generis ſunt ingrata amaricantia v. g. *Tanacetum, Abſinthium, Centaurium minus, Ruta, Aloe, Myrrha, Coſtus, Agrimonia, Sabina, Crocus.*

§. 4. Horum modus operandi conſiſtit in hoc nimirum inſecta talismodi conſueta ſunt nutrimento dulci particulis nempe chyloſis. Hinc omnia ingratum, atque contrarium ſaporem habentia averſantur, fugiunt, ſedes ſuas deſerunt, aliaque in loca ſe recipiunt.

§. 5. *Amara* licet ſint medicamenta præſtantiſſima *cautiſſime* tamen *ſunt adhibenda.* Experientia enim teſte obſervatum fuit nimium horum uſum ſæpius ſecuta fuiſſe graviſſima, & atrociſſima ſymptomata.

§. 6. Ingrata, & amaricantia, ut præcaveantur ſymptomata commode *cum dulcibus*, vel etiam *poſt paſtum exhibentur.*

§. 7. Altera claſſis eſt illorum, quæ vermes interficiunt: hæc vero multiplicis ſunt generis: alia ſunt *terrea* & calcinata, alia ⊖ſa, alia alcalica & fixa, alia acida, porro alia acria, alia *°°oſa & pinguia*, alia denique *metallica, & mineralia.*

§. 8. Ex terreis ſeſe commendant *CC. & Ebur uſtum, muſcus marinus, corallia Bolus Armeniæ,* nec non *limatura ♂tis.*

§. 9. Duplici ratione hæc ∀ea operantur, vel enim cum acido in primis viis latitante conjuncta vertuntur in ⊖ſum vermibus infenſum, vel abſumendo & abſorbendo humidum vermibus detrahunt alimentum ſufficiens: cumque ſint tenerrima animalcula, ſucceſſive a talismodi remediis interficiuntur.

§. 10. ⊖ſa vermibus, *atque inſectis* eſſe inimica teſtatur experientia. Viſcoſitates enim ſolvendo in quibus nidulantur vermes immediate attingunt vermium ſuperficiem, & vellicando mortem ipſis inferunt.

§. 11. ⊖*ia* fixa & volatilia eodem fere modo agunt. Cavendum ne in nimia doſi, neque infantibus exhibeantur, quia facile ſymptomata graviora excitare ſolent.

§. 12. Aci-

§. 12. Acida quæ anthelminticorum forum ingrediuntur ſunt 🜍 ⊕, *clyſſus mineralis*, 🜍 ⊖ & ⊕, *ſuccus citri*, & *granatorum*.

§. 13. Non promiſcue adhibenda ſunt acida, ſed in illis ſaltim ſubjectis, ubi ſitis urget, ne ſymptomata graviora pariantur.

§. 14. Acria ſunt *Raphanus*, *allium*, *cepæ*. Hæc acrimonia ſua ipſis vermibus loco veneni eſſe ſolent.

§. 15. Pinguia, & oleoſa ſunt ℴℴ *olivarum*, *amygdalarum amararum*, & nucleorum perſicorum, item per infuſionem parata *Hyperici*, *Abrotani*. Agunt hæc remedia vermes involvendo, ac tranſpirationem in illis impediendo.

§. 16. Ex metallicis ☿ialia ſunt ſpecifica anthelmintica: ut ſunt ☿⊖♁, *vel etiam nativa* ☿ *dulcis*, *Æthiops mineralis*, item ▽ *extinctionis metallorum liquefactorum* ⊙, ♂*tis*, *Stanni*.

§. 17. Tertia anthelminticorum claſſis eſt illorum quæ mortuos, & enecatos evacuant. Hæc remedia ex purgantium claſſe ſunt accerſenda, & vel per os aſſumenda, vel ſub forma clyſmatis injicienda, præ aliis autem in hoc paſſu laudantur *aloetica*.

§. 18. Ultima claſſis anthelminticorum eſt illorum quæ *vermiculos hos ſatiant*, adeoque ſymptomata graviora imminentia præcavent, præſentia mitigant.

§. 19. Horum numerum replent dulcia nimirum *ſacharum* & *mel*. Ex regno vegetabili *ficus dactyli*, *paſſulæ majores* & *minores*, horumque decoctum. Ex regno animali *lac quod* vel *recenter mulctum*, vel cum *dulcibus maritatum* atrociſſima ſymptomata mitigat.

CAPUT IV.

De
Antiſpaſmodicis.

§. 1.

ANtiſpaſmodica ſunt *medicamenta* 🜍*tuum motum irregularem*, *effre-*

frenem, & inordinatum in ordinem redigentia, ſanguinisque circulum ad æquilibrium reducentia, ſicque ſpasmum tollentia.

§. 2. Antiſpasmodica non ſunt unius ejusdemque generis; ſed differunt pro diverſitate cauſarum ſpasmodicas contractiones excitantium.

§. 3. Si ſpasmi oriuntur a *Plethora*, & ſanguinis abundantia *V.S. ſacra erit anchora.*

§. 4. Spasmi utplurimum oriuntur ex vitioſa ſanguinis qualitate. Hinc omnia medicamenta qualitati peccanti oppoſita ingrediuntur catalogum antiſpasmodicorum.

§. 5. Quoniam cauſa ſpasmorum immediata eſt motus effrenis & irregularis ♌ animalium; hinc *anodyna, & opiata* non ultimum poſſident locum inter antiſpasmodica.

§. 6. Si ſpasmus ab acido *abſorbentia* merentur dici antiſpasmodica imprimis partes animalium duriores v. g. *ungulæ alcis, dens Hippopotami, Ebur, CC, os petroſum balenæ mixta cum anodynis lenioribus.* Hac ratione non ſolum acidum vellicans, & ſpasmodicas contractiones excitans abſorbetur; ſed & blanda diaphoreſi humores peccantes evacuantur, ♌tuumque motus tumultuarius componitur.

§. 7. Inter antiſpasmodica primatum obtinent *Caſtoreum, Succinum, Camphora, Crocus, Cinnabarina, partes animalium duriores*, & inde *parata remedia*, qualia ſunt *EE. antiſpasm. antepilepticæ*, ac *pulveres antiſpasmodici.*

§. 8. Antiſpasmodica *purgantibus & ſudoriferis* maritata horum vim, & efficaciam mirum adaugent, & interdum plus præſtant, præſertim in morbis ſpasmodicis, quam ipſa evacuantia.

§. 9. Omnia antiſpasmodia præſtantiſſima quoque ſunt ántepileptica. Horum enim morborum cauſæ ſimiles eandem quoque poſtulant curam.

CAPUT

CAPUT V.

De

Aphrodisiacis.

§. 1.

APhrodisiaca sunt *medicamenta impotentiæ virili succurrentia, Veneremque stimulantia.*

§. 2. Aphrodisiaca commode in tres classes dispesci possunt, ita ut alia sint *analeptica*, alia *excitantia*, alia denique *semen augentia.*

§ 3. Analeptica quatenus ∽ defectum reficiunt, illosque roborant sunt præstantissima aphrodisiaca ut *vinum generosum moderate sumtum*, \S/ *confectio Alkermes completa*, *Ambra*, ▽ *magnanimitatis*, *Succolada.*

§. 4. Excitantia sunt aphrodisiaca quatenus ∽ languidos, torpidosque ad motum excitant. Talismodi medicamenta sunt *cinamomum*, *Cardamomum*, *Cubebæ*, *ZZ. piper*, *& omnia aromata* simplicia vel præparata, vel etiam in India condita, idem *radix Helenii raphani &c.*

§. 5. Semen augentia quæ aphrodisiacorum numerum replent sunt *Amygd. dulces*, *pineæ*, *pistaciæ nuces*, *Oriza*, *milium*, *ova sorbilia* & *lac* inprimis *humanum.*

CAP. VI.

De

Hypnoticis.

§. 1.

HYpnotica sunt *medicamenta vigilias dissipantia somnumque provocantia.*

§. 2. *Talia* sunt *omnia superius descripta anodyna fortiora*, quæ

R quo

quo majorem copiam particularum vaporoſarum continent, eo citius ad ſomnum diſponunt.

§. 3. Modum operandi, atque cautelas in præſcribendis Hypnoticis obſervandas vid. *in capite de anodynis.*

CAPUT VII.

De

Lac augentibus.

§. 1.

LAc augentia ſunt *medicamenta lactis defectum, vel imminutam quantitatem reſtituentia.*

§. 2. Lactis imminuti quantitas augetur variis modis, vel enim *adhibentur alimenta euchyma* generationi lactis copioſiorem materiam ſuggerentia, vel *diaphoretica aperientia & abſorbentia* ſecretionis & generationis lactis impedimenta removentia.

§. 3. Diaphoretica hoc in caſu convenientia ſunt *flores ſambuci pulvis lumbr. 🜄ſtrium.* Aperientia leniora ſunt *ſemen aniſi fœniculi.* Hæc agunt in ipſam lactis officinam, & vaſa mammaria turgidiora reddendo.

§. 4. Abſorbentia ſunt *cryſtallus montana, lac ☽.* Hæc per accidens lactis proventum procurant dum acidum chyli deſtructorem abſorbent, chylumque magis ℴℴoſum reddunt.

§. 5. Dantur etiam *externa* lactis ſecretioni ſuccurrentia *frictiones* nimirum *cum panno aſpero*, fortiores *ſuctiones*, nec non cataplaſmata, atque Emplaſtra ex emollentibus parata.

CAPUT VIII.

De

Lac imminuentibus.

§. 1. Lac

§. 1.

LAc imminuentia ſunt *remedia copioſiorem lactis proventum inhibentia.*

§. 2. Hæc ſunt vel *interna* vel *externa.* Interne adhibentur *refrigerantia,* & *alimenta tenuiora* pauciore in quantitate aſſumta.

§. 3. Externa ſunt vel refrigerantia v. g. *Alſine, folia braſſicæ,* omniaque actu frigida vel diſcutientia *camphora, ruta, Petroſelinum,* vel adſtringentia *folia quercus, flores balauſtiorum* & ſimilia.

§. 4. Refrigerantia & adſtringentia ſola nunquam facile ſunt adhibenda, quia lac in mammis coagulant, ſed ſemper combinanda cum diſcutientibus.

§. 5. Porro ad lactis imminutionem contribuunt omnia, quæ ſerum copioſum evacuant, qualia ſunt *purgantia, diaphoretica & diuretica,* vel quæ ſanguinem cum chylo mixtum alia ad loca derivare vel imminuere poſſunt, qualia ſunt *frictiones* extremarum, & diſſitarum partium ad dolorem usque inſtitutæ, item *ſcarrificationes, & V. S.* in pedibus poſt paſtum celebratæ.

CAPUT IX.

De Partum promoventibus.

§. 1.

PArtum promoventia ſunt *medicamenta partui difficili ſuccurrentia, conatusque ſi deficiunt procurantia, & excitantia.*

§. 2. Præter *analeptica* ſive confortantia commendatur *fel & hepar anguillæ, Borax, roſmarinus, Sabina, meliſſa, Pulegium, Succinum, Cinamomum crocus, antheræ lil. alb., vinum.*

§. 3. Fine præſervandi a partu difficili commendantur balnea parata ex herbis emollientibus cujus generis ſunt: *Malva, Althea, branca urſina, melilotus, ♀ialis, violaria, parietaria, Atriplex, radix lil. alb., ſemen Malvæ lini, Altheæ,* ex quibus in ▽ communi coctis ultimis geſtatio-

nis mensibus parantur insessus ad vias emolliendas, ut in ipso partu cedant facilius & extendantur.

§. 4. In ipso partu semper respiciendum *ad difficultatis causas* quæ nnnc *in matre*, nunc in *infante* quærendæ: de quibus practicorum libri.

CAPUT X.

De

Semèn augentibus.

§. 1.

SEmen augentia sunt omnia medicamenta chylum laudabilem in copia præbentia v.g. *lac, amygd. dulces, Oryza cum lacte cocta, ova sorbilia, Ostreæ, cochleæ, ac vinum generosum.*

CAPUT XI.

De

Semen imminuentibus.

§. 1.

SEmen imminuunt victus *tenuis parcus, potus minus* [spiri]*tuosus, item labores, studia, exercitia,* omniaque quæ vires dejiciunt.

§. 2. Quæcunque [spiri]*tuum Orgasmum sistunt,* vel etiam partes *elaborationi seminis dicatas leniter constringunt* seminis copiam etiam imminuere solent, qualia sunt *Opiata, refrigerantia, & adstringentia.*

HISTO-

HISTORIA MATERIÆ MEDICÆ SELECTÆ.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

De
Crudis Simplicibus.

SECTIO I.

De
Mineralibus.

SECTIO II.

De
Animalibus.

SECTIO III.

De
Vegetabilibus.

LIBER II.

De

Præparatis & compositis.

LIBER III.

Syllabum materiæ medicæ selectæ exhibens.

SECTIO I.

De

Evacuantibus.

SECTIO II.

Alterantibus.

II. De

PROOEMIUM.

VIres medicamentorum, & usum hactenus explicavimus, paucis nunc illorum materiam examinabimus, quæ cognita medico, & perspecta esse debet. Quatuor autem adminiculis adjuti in hujus pervenimus notitiam: quorum primum suppeditat ipsa simplicium *Etymologia*, ex qua sæpe latens eruitur virtus. Alterum petimus ex crebriori illorum *usu*, *& inspectione* frequentissima. Tertium ab *odoris & saporis exploratione* desumitur: & quartum denique a *nota plantarum*, *& charactere essentiali:* cum omnes plantæ quæ eandem habent notam essentialem ejusdem fere sint virtutis, & efficaciæ. His utens mediis facili negotio in simplicium perveniet notitiam: illorumque virtutes *ratione* cognoscet, *experientia*, & *analogismo*; prout ex sequentibus clarius patebit.

HISTORIÆ MATERIÆ MEDICÆ SELECTÆ
LIBER PRIMUS
De
Crudis simplicibus.

SE-

SECTIO I.

De *Mineralibus.*

§. 1.

MEdici variis utuntur mineralibus, sive illa *terrea* sint, sive *lapidosa, metallica, sulphurea* aut *salina.*

§. 2. Selecta ex terreis sunt *Bolus Armena, terra lemnia*, & *varia sigillata.*

§. 3. *Bolus Armena* est substantia terrea, ex flavo pallide rubicunda, ponderosa pinguis, facile friabilis, ex terræ visceribus eruta, sapore adstringente, & pingui prædita.

§. 4. *Bolus vulgaris* est substantia terrea rubicunda ponderosa & friabilis, ex terræ fodinis protracta, saporis acris, & adstringentis.

§. 5. Cum *bolo* vulgari *alba* convenit, & colore tantum ab illa differt, qui in hac albus esse deprehenditur.

§. 6. Optima est Armena, cujus terra pinguis cum pauco sale volatili ad ♂tialia accedit: unde etiam *absorbet, sudorem movet*, simulque *adstringit*, & optimum constituit remedium.

§. 7. *Terra lemnia* est substantia argillacea, pinguis, ex flavo rubescens; ex terræ visceribus in insula Lemno eruta, & in placentulas coacta, saporis pinguis & adstringentis.

§. 8. *Terra sigillata* est substantia argillacea, sebacea & pinguis ex terræ visceribus eruta: a quibus etiam nomen sortitur. Variæ in officinis reperiuntur terrarum sigillatarum species, & cum bolis conveniunt, iis tamen sunt *pinguiores, & præstantiores.*

§. 9. Mineralibus terreis lapidea succedunt: cujus generis sunt *lapis Lazuli & Armenus, lapis calaminaris, crystallus, osteocolla, pumex, corallia, unicornu fossile, lapis hæmatites*, & *magnes.*

§. 10. *Lapis Armenus* est substantia lapidea ad metallicam accedens duritiem, pallide cærulea cum quadam viriditate, ex parvis gru-

grumis, interjectis quibusdam micis argenteis compacta, & ex fodinis atgenteis eruta.

§. 11. *Lapis lazuli* est substantia lapidea ad metallicam accedens duritiem, saturate cœrulea cum splendentibus quibusdam micis aureis, lapide Armeno durior, & ex aurifodinis protracta.

§. 12. Uterque hic lapis *virtutem possidet purgantem & emeticam*: in specie autem in *morbis soporosis, mania, apoplexia*, & *febre quartana intermittente* commendatur. Tostus & ignitus evadit *adstrictorius*. Dosis est a ℈ß ad ℈j. sed raro Interdum enim in minima dosi purgat, & quandoque etiam in maxima non operatur.

§. 13. *Lapis calaminaris* est substantia medium inter terram & lapidem tenens locum, laxa & friabilis, rufa aut flavescens ex fodinis metallicis cupreis effossa, nullo sapore evidente prædita. *Exsiccat* hic lapis, & in *vulneribus & ulceribus*, potissimum autem in *intertrigine* adhibetur.

§. 14. *Crystallus* est substantia solida, densa, albicans & glaciei instar pellucida eruta ex terræ fodinis, vel summis montium jugis, saporis & odoris nullius. *Absorbet* acidum, & laudatur in *Epilepsia*, & *cardialgia* a bile æruginosa orta ad ℈j data.

§. 15. *Osteocolla* est substantia media inter terram & lapidem alba & friabilis, multis tuberculis exasperata, crustacea, oblonga a basi crassiori in obtusum desinens mucronem, excrescens ex arena & locis lapidosis, saporis nullius evidentis terrei.

§. 16. Præter virtutes quas cum terreis habet communes obtinet singularem *callum generandi*. Commendatur etiam in *fluore albo* & *febribus intermittentibus*.

§. 17. *Pumex* est substantia lapidea levis, porosa cinerea, nata ex scoriis montium ignivomorum in mare projectis a salibus erosis & porosis redditis, & in littus propulsis, saporis & odoris nullius evidentis. Pumex ob particulas scabras *sordes dentium absumentes pulveres dentifricios ingreditur*. Adhibetur etiam a quibusdam ad alvi fluxus sistendos.

§. 18. Corallia sunt duplicia rubra nimirum & alba.

§. 19. ***Corallium rubrum*** est substantia lapidosa rubicunda, per longitudinem exiguis striis donata, ramosi fruticis instar in scopulis, lignis, conchis, aliisque sub marinis excreta.

§. 20. *Corallium album* est substantia levis porosa, ac cortice suo quo tegitur molleculo ferrungineo liberata a rubro colore tantum differens.

§. 21. Utrumque Corallium in terra acidum absorbente paucum alcali includit: laudaturque in *vomitu sistendo, fame canina, fluxu alvi, & mensium, in palpitatione cordis, & febribus.*

§. 22. *Unicornu fossile* medium locum inter terram & lapides obtinet, & est substantia exustis ossibus similis, cortice exteriore duro flavescente, subcinericeo, aut nigricante obducta, intus medulla molli, alba, & friabili linguæ firmiter adhærente prædita saporis adstringentis & exsiccantis.

§ 23. Convenit unicornu fossile cum *corallis*; laudatur autem inspecie in *Variolis & morbillis cum alvi fluxu.*

§. 24. *Lapis hæmatites* est substantia mediæ consistentiæ inter lapidem & terram ponderosa, rubicunda ex lamellis sibi invicem incumbentibus composita, ex terræ fodinis ♂te gravidis eruta; sapore adstringente prædita.

§. 25. *Convenit* lapis hæmatites cum *♂te*, magis tamen porosus est, subtilior, & subactionis facilioris: in specie autem laudatur *in hæmorrhagis* tam interne, quam externe adhibitus.

§. 26. *Magnes* est substantia lapidea ad metallicam accedens, ferruginea polos mundi ostendens. Ad *virtutem ♂tis magnes accedit*, & in omnibus *morbis chronicis* ab obstructione oriundis adhibetur.

§. 27. Ad mineralia metallica *Tutia* refertur, *Pompholix, lithargirium, cerussa, minium, Mercurius, Antimonium*, & *metalla* proprie sic dicta.

§. 28. *Tutia* est substantia metallica ponderosa crustacea intus lævis ex flavo cinerea, extus aspera ex cæruleo pallido cinerea, e fuligine æris in fornacib. metallicis cum cadmia liquati fornacibus aut pistil-

stillis adhærente congesta. Tutia externe adhibetur in *oculorum & hæmorrhoidum inflammatione, in vulneribus* curandis, *& ulceribus* exsiccandis.

§. 29. *Pompholyx* est pulvis tenuissimus farinaceus favillæ instar albicans, ex cadmia & ære in fornace coctis sublimatus, saporis nullius evidentis. *Pompholix cum tutia* in omnibus *convenit.*

§. 30. Lithargyrium duplex est *aureæ* nimirum, & *argenteæ* substantiæ.

§. 31. *Lithargyrium auri* est substantia metallica in glebas, aut pulverem redacta, ex fulvo splendescens interjectis quibusdam micis aureis, in fornacibus ex ♄ cocta dum ☉ cum illo purificatur.

§. 32. *Lithargyrium argenti* est substantia metallica ponderosa cinerea cum micis argenteis ex ♄ cocta, dum ☽ cum illo purificatur.

§. 33. Utrumque externe usurpatur ad *exsiccanda ulcera*, nec non in *intertrigine*, & *inflammationibus.*

§. 34. *Cerussa* est substantia alba condensata, friabilis, ponderosa ex plumbi lamellis supra acetum suspensis erosis, & in glebas redactis orta. *Convenit cerussa cum lithargyrio*, & *externe* tantum *adhibetur.*

§. 35. *Minium* est pulvis rubicundus ponderosns ex ♄ igne reverberatorio, & continua agitatione in calcem rubicundam redacto proveniens. Minium cerussæ respondet, & *ad ulcera Gallica, ambusta lentigines* & *lichenes* usurpatur.

§. 36. *Mercurius* vivus est substantia metallica mobilis fluida, ponderosa ex innumeris globulis conflata, coloris ex cæsio albicantis destillata ex ☿ minera per descensum. Invenitur etiam nativus in mineris, sed rarus ille admodum est.

§. 37. Mercurius crudus interne & externe adhibetur ad *salivationem excitandam*, & *vermes enecandos.* Exhibetur etiam *in fæcibus alvi* induratis.

§. 38. *Antimonium* est substantia metallica solida ponderosa, coloris obscuri & striis splendentibus, aut rubicundis intermixtis ex

 mi-

minera liquata, & in figuram pyramidalem effusa, saporis & odoris nullius evidentis.

§. 39. Antimonium ex 🜍e duplici constat, & terra minerali. Datur in *epilepsia* crudum, & in *sanguinis impuritatibus.*

§. 40. Ex metallis proprie sic dictis *plumbum* adhibetur, *aurum foliatum*, nec non *ferrum* & *chalybs.*

§. 41. *Plumbum* est substantia metallica solida, ponderosa & flexilis ex minera eliquata, & per canales in alia vasa effusa. Non ipsum plumbum adhibetur; sed tantum ejus præparata, de quibus alibi agendi locus erit.

§. 42. *Aurum foliatum* est aurum intra membranam malleo cusum, & in lamellas redactum. Commendatur ad *salivationem nimiam compescendam* a ☿io ortam. Auro foliato *involvuntur* etiam *pilulæ, confectionesque*, & *pulveres* illo exòrnantur.

§. 43. *Chalybs* est ferro compactior & solidior, factus ex ferro sæpius candefacto & extincto. *Ferrum* laxius est chalybe illoque frequentius datur in *obstructionibus reserandis.*

§. 44. Ex mineralibus 🜍eis potissimum est *sulphur commune, arsenicum* & *cinnabaris.*

§. 45. *Sulphur commune* est substantia mineralis ex partibus oleosis cum acido volatili constans. 🜍 ob pinguedinem *temperans est, & demulcens:* hancque ob causam in phrisi colica aliisque casibus laudatur. Externe *temperat & absorbet* quamvis acrimoniam *scabiem* & *pustulas* in cute excitantem.

§. 46. Arsenicum duplex est album, & rubrum. Arsenicum album est substantia ponderosa albicans, facta ex auripigmento & ⊖e communi, saporis acerrimi & exurentis.

§. 47. *Arsenicum rubrum* est substantia ponderosa ex flavo rubescens & splendens, facta ex auripigmento calcinato. Utrumque & *causticum est*, & *ad ulcera cancrosa absumenda* adhibetur.

§. 48. Cinnabaris nativa est substantia ponderosa solida rubicunda numerosis subinde decursantibus micis interpolata, & ex

⊙i

☉i ☽tique fodinis extracta. *Diaphoretica* est ♄ *anodyna*, & *antispasmodica*.

§. 49. Agmen mineralium ⊖ina claudunt: cujus generis sunt ⊖ ♓, borax, ⊖ comm. ⏀, O, ♆ & ℞.

§. 50. *Sal ammoniacum* est substantia alba crystallina ⊖ina ex urina humana, ⊖e communi & fuligine facta, saporis acris & urinosi. ⊖ ♓ ob sal salsum *diureticum* est, *stomachicum*, & *antifebrile*. Datur in substantia a ℈ ß ad ʒ ß.

§. 51. *Borax* est substantia pellucida Oe durior ex lapide ⏀oso, vel chrysocolla calcinata elixiviata. Eruitur enim in India orientali terra ⏀osa, quæ leviter calcinata & elixiviata in crystallos abit ulterius depurandos. Borax *urinam movet, menses, & fœtum*, recipiturque inter compositiones *aphrodisiacas* a ℈j ad ʒß.

§. 52. *Sal commune* marinum est aut fontanum: utrumque paratur coctione solis aut ignis. *Diureticum* est, *incidens, stomachicum, abstergens* & *resolvens*, & externe adhibitum *dolores sistit*.

§. 53. *Sal gemmæ* est substantia alba crystallina ⊖ina e terræ fodinis eruta, saporis acris, & ⊖si. ⊖ gemmæ ⊖e communi potentius est: utplurimum autem externe tantum adhibetur in *gargarysmatibus & clysteribus*.

§. 54. *Nitrum* est substantia alba crystallina ⊖ina ex ∇ pingui ⊖sa & ⏀osa elutriata & crystallisata, saporis amaricantis & acris. Reperitur hæc terra in tractibus Bengalensibus, & effloreſcit interdum ex rupibus & parietibus antiquis.

§. 55. Nitrum est ⊖ salsum mediæ naturæ inter volatile & fixum: unde etiam *diureticum* est, *refrigerans, temperans, sitim sedans & phlogoses sanguinis* in febribus præsertim malignis & æstu ♀eo.

§. 56. *Alumen* est substantia ⊖ina alba, aut ex albo rubicunda pellucida, crystallina ponderosa, ex lapide ponderoso rocha dicto calcinato elixiviata & crystallisata, saporis acris urinosi & adstringentis.

§. 57. Constat O ⊖e ⊖so & quodammodo corosivo fixo & volatili, nec non terra stiptica: hinc etiam *diurcticum est*, *anti*fe-

tifebrile, & adstringens. Externe in *ophtalmia* adhibetur, & ad *carnem fungosam* vulnerum & aliarum partium absumendam.

§. 58. *Calx viva* est substantia ⊖ina ex albo cinerea, ex lapide calcario ignis violentia in calcem exusta saporis acris & mordacis.

§. 59. Calx viva multo alcali & pauco acido utroque volatili & corrosivo, nec non terra constat: unde etiam in *vulneribus*, in *Gangræna & Sphacelo*, in *hydrocephalo* & *ambustis*, in *calculo & podagra* summo cum fructu adhibetur.

§. 60. Ultimum locum inter mineralia Vitriolum occupat: cujus tres reperiuntur species album nimirum, Hungaricum & Romanum.

§. 61. *Vitriolum album* est substantia ⊖ina alba, ⊖is instar concreta ex ∀ ♁lica elixiviata & crystallisata saporis acris, subacidi, & adstringentis.

§. 62. *Vitriolum Hungaricum* est substantia ⊖ina transparens ex viridi cœrulea, ex ∀ ♁ica elixiviata & crystallisata.

§. 63. *Vitriolum Romanum* seu cyprium est substantia ⊖ina crystallina cœrulea transparens ex ∀ ♁ica elixiviata & crystallisata.

§. 64. Constat ♁ ex ⊖e acido fixo & volatili quodammodo corrosivo, & ∀ metallica: unde *emeticum* est, & *adstringens.* Album mitius constituit emeticum, cætera fortiora externe potissimum adhibentur.

LIBRI I.
SECTIO II.
De Animalibus.

§. 1.

Mineralibus succedunt animalia, quibus medici vel *integris* ūtuntur, vel *illorum partibus* tantum iisque tam *duris*, quam *mollioribus*.

§. 2.

§. 2 Inter integra animalia *ſtincus marinus* eminet cum *lumbricis terreſtribus, cantharidibus, hirudinibus* & aliis.

§. 3. *Stincus marinus* eſt animal quadrupes oviparum lacertæ non diſſimile, dorſum tamen illa habet latius, magis glabrum & minus ſerratum cute ſquamoſa alba tectum, cæſia a capite ad caudam decurrente linea. Degit hoc animal in aquis potiſſimum maris rubri, unde etiam extrahitur, inteſtinisque rejectis exſiccatur. Scatet ⊖e volatili blando, ob quod etiam *diureticum* eſt. Commendatur inſuper virtute *alexipharmaca, aphrodiſiaca,* & *adverſus lepram* ut veteres putarunt; ſed hæc ulteriori inquiſitioni eſt commendanda.

§. 4. *Lumbrici terreſtres* ſunt animalia apoda exoſſia longa tenuia mollia, & carnoſa, coloris dilute ſanguinei, collo rubicundis angulis cincto, & ſapore terreo prædita. Gaudent lumbrici ⊖*e volatili blando diuretico, & antiſpasmodico*: in ſpecie autem commendantur ad dolores arthriticos & colicam, huncque in finem non tantum intra corpus ſumuntur, ſed etiam externe adhibentur.

§. 5. Cantharides ſunt animalia oblonga alata vagipennia aureo colore viridicantia. Ab initio nullus in illis obſervatur ſapor, qui hinc acerrimus fit, cauſticus & erodens. Odor cum recentes ſunt in illis occurrit fœtidiſſimus. Reperiuntur potiſſimum in Hiſpania & Gallia, in Germania etiam interdum cynogloſſæ inſidentes, fraxino aut lyguſtro.

§. 6. Gaudent cantharides ⊖e acerrimo & cauſtico: quod autopſia evincit & experientia. Vid. *act. Haſſn. Vol. IV. obſ.* 80. & *V. obſ.* 89. SERGERUS, HAGENDORNIUS & alii.

§. 7. Cantharides exhibentur raro interne niſi in *Gonorrhæa virulenta* incipiendo a gr. ß: & ſi hoc fit cum levamine progrediendo ad gr. j. vel ij. Vis nimia cauſtica temperatur *lacte vaccino* vel ℅ *lini expreſſo*, minus autem ab acidis.

§. 8. Frequentior eſt uſus cantharidum externus *in veſicis excitan-*

citan-

citandis ad capitis, aurium & oculorum dolorem sistendum ad suffusiones, tumores œdematosos, aliosque morbos tollendos.

§. 9. *Hirudines* sunt animalcula apoda longa lubrica lineis & punctis nigris variegata, & ore trisulco prædita.

§. 10. Vivunt hirudines in palustribus locis, indeque extracta & mundata in aqua ad usum viva servantur.

§. 11. Applicantur hirudines *utero*, *podici*, *brachio*, *pedibus*, aliisque partibus *ad extrahendum sanguinem*; maxime autem *in hæmorrhoidibus* cœcis tumidis & dolentibus.

§. 12. Cum sanguine distentæ appareant hirudines, nec sponte decidant ∘∘♀ per deliquium aspergitur, vel ⊖ quodumque. Interdum etiam diutius relictis cauda præscinditur, ut sanguis per caudam resectam largius evacuari queat.

§ 13. Ad partes animalium duriores *cornua* pertinent, *dentes*, *ungulæ* & aliæ.

§. 14. Inter cornua primas CC. tenet, quod crudum aut jam præparatum ⊖e alialico gaudet, virtuteque *incidendi*, & *absorbendi acida* & *viscida* pollet, simulque *anodynum* est, *antispasmodicum* & blandum *diaphoreticum*. Hinc confert in *malignis*, *acutis*, *variolis*, *morbillis*, *diarrhæis*, *dysenteria*, *epilepsia* & aliis affectibus ab acido ortis a ʒß ad ʒj. datum.

§. 15. Huic succedit *Ebur* quod plus ∇æ sed minus ⊖is volatilis habet: unde etiam potentius *absorbet*, in specie autem commendatur ad *nimium mensium fluxum & fluorem album*, nec non ad præcavendum in gravidis *abortum*.

§. 16. Cum ebore convenit unicornu verum decantatum in *epilepsia puerorum*, nec non *in puerorum torminibus*, & *convulsionibus*.

§. 17. Huc pertinet etiam *cranium humanum* quod cum CC. vires habet easdem, sed insuper ceu specificum in epilepsia commendatur.

§. 18. *Ungula alcis* cum CC. per omnia convenit: epilepsiæ tamen unice videtur esse dicata.

§. 19.

§. 19. Partibus animalium durioribus porro *mandibulæ lucii piſcis* annumerantur, *dens apri*, *os ſepiæ*, *lapides* ♋, *margaritæ*, *mater perlarum lapis Bezoardicus orientalis*, *& occidentalis*.

§. 20. *Mandibulæ lucii piſcis* ſunt oſſa mandibulæ inferioris, ſaporis & odoris fere expertia, quæ palmam lapidibus ♋ in *Pleuritide* & *peripnevmonia* præripiunt.

§. 21. A mandibulis lucii piſcis non multum differt *dens apri*, qui ſimul in his morbis cum illis datur.

§. 22. *Oculi cancri* ſunt lapilli cruſtacei duri, albicantes glabri & orbiculati piſo majores, una parte compreſſi & ſinuati; altera vero convexi, nati utrimque unus in ventriculo cancrorum fluviatilium ſaporis & odoris nullius evidentis. Reperiuntur hi lapides in cancrorum ventriculis circa dies caniculares ab initio ex materia lactea conſtantes, quæ ſenſim poſt VI. vel VIII. dies concreſcit in lapillos, ſenſimque poſtea conſumitur in exuviarum reſtitutionem.

§. 23. Lapides ♋ *incidendi, diſcutiendi* & *abſorbendi* virtute ſuperant CC, *pellunt* quoque *urinam & ſudorem*, in *ſanguine congrumamato diſſolvendo* ſpecificam virtutem habent, & in *ſananda hectica* ſingularem exſerunt virtutem.

§. 24. Sepia piſcis ſuccum nigerrimum in pedibus habet, quem Chinenſes cum brodiis leguminum inſpiſſant, & ſub nomine *atramenti Chinenſis* in univerſum orbem terrarum tranſmittunt.

§. 25. Os ſepiæ eſt ſubſtantia teſtacea candida, levis utrimque tumida parte ſuperiore duriuſcula, inferiore fungoſa mollis, leviter aſpera & friabilis, nata in dorſo piſcis Sepia dicti ſaporis ⊖ſi & acris, & nullius odoris.

§. 26. Potentius os ſepiæ *abſorbet* quam lapides ♋. In ſpecie laudatur in *Gonorrhœa*, *fluore albo*, omnibusque cæteris fluxibus. Intenſiorem *vim adſtringentem* acquirit ſi illi -^- ⊕ affunditur, rurſumque ab illo abſtrahitur.

§. 27. Ad animale regnum referuntur etiam margaritæ. Sunt autem margaritæ partes rotundæ vel anguloſæ, albæ pellucidæ ſaporis terrei, excrementitiæ Scirrhoſæ concharum, quæ tunc inſi-

pidæ sunt quando perlas habent, extra hunc casum autem sapidissimæ.

§. 28. Margaritæ præ cancrorum lapidibus nihil habent peculiare nisi quod ob substantiam molliorem in ventriculo facilius resolvi possint, & subtiliores sint: unde etiam in phtisi & hectica conveniunt.

§. 29. Huc pertinet etiam *mater perlarum*, quæ testa valida & ponderosa est, extus rugosa & aspera non striata, intus lævis & argenteo colore prædita. Hæc testa ejusdem naturæ & qualitatis cum margaritis esse videtur, nisi quod ejus substantia durior sit & solidior: unde etiam pulvis antifebrilis ex illa parari potest, sicuti ex conchis vulgaribus specificum antifebrile Crollii.

§. 30. *Lapis Bezoar orientalis* est substantia lapidea foris splendida & quasi lævigata, coloris foris atro virentis intus autem obscure cinerei. Forma ejus modo rotunda est, modo oblonga teres vel ovalis, & variæ magnitudinis. Componitur ille ex pluribus lamellis sibi invicem incumbentibus relicta in meditullio cavitate insigni, in qua palea, pili, fibrillæ aliaque similia reperiuntur. Nascitur hic lapis in ventriculo caprarum sylvestrium nulliusque odoris & saporis esse deprehenditur.

§. 31. *Lapis Bezoardicus occidentalis* est substantia lapidea orientali fragilior & laxior, foris scabra & minus lævigata, coloris modo ex viridi nigricantis, modo cinericei. Componitur ille ut orientalis ex multis lamellis sibi invicem incumbentibus, & deprehenditur forma utplurimum rotunda, & magnitudine varia. In medio habet cavitatem paleas includentem, pilos & similia, & nascitur in ventriculis caprarum Peruvianarum & Mexicanarum, nec non animalium aliorum.

§. 32. Non in omnibus caprarum ventriculis reperiuntur lapides Bezoardici; sed morbosarum partes excrementitiæ esse videntur.

§. 33. Uterque lapis Bezoardicus cum margaritis & ♋ lapidibus convenit, quibus tamen subtilior est, & in *melancholia, febribus*

ma-

malignis pro sudorifero habetur. Laudatur etiam *in virium languore, & contra vermes* a ℈ß ad ʒj. datus nisi ejus pretium obstet.

§. 34. Partibus animalium durioribus molliores succedunt: cujus generis sunt *moschus Zibethum*, *Castoreum*, *sperma ceti*, *Ichtio colla*.

§. 35. *Moschus* est substantia grumosa pinguis & unctuosa, sanguini congrumato similis. Colligitur moschus ex Dorcadis seu capræ moschiferæ Asiaticæ folliculo sito in abdomine inter umbilicum & pudenda, saporis subacris amaricantis, odoris fragrantis & grati.

§. 36. Moschus ob ⊖ volatile spiritibus analogum *analepticus* est, *cardiacus*, *aphrodisiacus*, *sanguinem congrumatum solvens*, & *passionem hystericam tollens*.

§. 37. *Zibethum* est substantia unctuosa flavescens pallida, melli aut butyro similis, saporis subacris & odoris fragrantissimi. Colligitur ex folliculo animalis Zibethici majoris aut minoris sito in fœmina intra anum & pudenda, & in mare inter penem & testes.

§. 38. Usus Zibethi externus magis quam internus est, & virtutem obtinet *antepilepticam*, *antihystericam*, *nervinam* & *anodynam*.

§. 39. Castoreum non sunt testiculi castoris sed excrescentiæ quædam glandulosæ inter pudenda, quæ in medio fovent materiam melleam, quæ castoreum dicitur.

§. 40. Est itaque *castoreum* substantia glandulosa oblonga rotunda nata in Castoris inguine sub testiculis ovi magnitudine. Vestitur hæc substantia pellicula crassa & impleta est liquore oleoso & ceroso, qui tractu temporis exsiccatur, & sapore acri amaricante nauseoso, & odore gravi præditus deprehenditur.

§. 41. Castoreum ob ⊖ volatile penetrantissimum pinguedini inclusum specifice convenit in morbis ab acido austero ortis, in *morbis* nimirum *soporosis*, *passionibus colicis*, *hystericis*, *convulsivis*, in *cachexia*, *in singultu*, *Cardialgia*, *palpitatione*

cordis, variolis & morbillis a ℈j ad ʒß datum. In majori dosi propinatum alvum solvit.

§. 42. Sperma ceti non est sperma seu semen hujus piscis; sed substantia gummosa alba, tenera, mollis pinguis oleosa & quasi ex parvis raris furfuraceis squamis composita. Effunditur illa ex certis cavitatibus processuum cerebri balænarum, orcarum, præcipue ceti dentati parte postica utrimque uno, nec non ex canibus carchariis, & aliis piscibus Indiæ orientalis post mortem in aquam, & in superficiem maris agitur; vel studio etiam ex cranio, sectoque cerebro eximitur. Purificatur illa postmodum beneficio lixivii, usque dum desideratam acquirat albedinem. Saporem illa obtinet pinguem & butyralem, odoremque gratum & debilem.

§. 43. Sperma ceti ⊖e præditum est volatili castoreo blandiore: unde præter virtutem *discutientem*, & *diureticam* obtinet singularem *anodynam*. Hinc etiam *anticolicum* audit, *antipleuriticum, antihystericum, antiasthmaticum, anticatarrhale*; & *in sanguine, lacteque coagulato resolvendo* præ cæteris virtutem obtinet specificam a ℈j ad ʒß. datum.

§. 44. *Ichtiocolla* est substantia ex albo flavescens gelatinosa cocta ex pisce Huso dicto, cujus ventriculus, intestina & vesica tam diu coquuntur donec in tenues diduci possint lamellas, contorqueri, & in spiras cogi.

§. 45. Saporem Ichtiocolla glutinosum obtinet; sed odorem nullum.

§. 46. Partibus Ichtiocolla constat glutinosis sive mucaginosis, & paucis volatilibus: unde etiam tanquam *temperans & anodynum* sumitur in *diarrhœa, dysenteria* & *lympha acri & tenui temperanda, & incrassanda.*

§. 47. Agmen remediorum ex regno animali desumendorum *sanguis hirci* claudit, qui ex hirco sano sauciato colligitur, & sero superfluo privato exsiccatur.

§. 48. Sanguis hirci ob copiosum ⊖em volatilem alcalicum & ter-

& terram parciorem lapides ♋ virtute *diſcutiendi incidendi* & *urinam movendi* ſuperat.

LIBRI I.
SECTIO III.
De *Vegetabilibus.*
CAPUT I.
De *Radicibus.*

R*Adix Acori* eſt radix oblonga paululum compreſſa in ſuperficie quaſi geniculata, foris ex albo rubeſcens, intus alba fungoſa, ſaporis acris ſuaviter amaricantis & aromatici, odoris fragrantis. Ob ⊖ volatile oleoſum penetrantiſſimum ſuccurrit *acidæ ventriculi cruditati, torminibus abdominis, & menſium obſtructioni, ſcorbuto & hydropi.* Crudus datur a gr. v. ad xv, conditus a ℈j. ad ʒj.

- - *Acori Indici.* Acorus Indicus in omnibus cum noſtrate convenit excepta radice, quæ tenuior eſt, & compactior, ſuperficie crebrius geniculata, odore & ſapore gratiori. Sponte ſua copioſe provenit in *Malabara* & *Inſula Zeilon.* Vires habet cum ſuperiore eaſdem.

- - *Althea* eſt radix oblonga digiti craſſitie in ramos divaricata foris pallide cinerea, intus pallida ex ſiccitate rugoſa; ſaporis mucilaginoſi & lenti, odoris nullius evidentis. Agit hæc radix, in omnia ⊖ia tam ⊖ſa quam acida partim aqueis illa fundendo, partim ſalina ſpicula involvendo. *Anodyna* eſt *diuretica* & *emolliens.* Datur in ſubſtantia ad ʒj in decocto & infuſo ab ℥ß ad ℥j.

Radix Angelicæ est Angelicæ sativæ radix oblonga aliquantum resinosa ex capite crassiore in fibras sæpe pollicares, vel tenuiores divisa, foris ex flavo rufescens, intus alba, saporis acris suaviter amaricantis cum blanda quadam dulcedine, odoris fragrantis. Constat ⊖e volatili ♁oso adjuncta quadam dulcedine quibus inclusæ sunt particulæ anodynæ. Opus suum cum quadam *virtute anodyna* efficit: hancque ob causam *in vitiis pulmonum* prodest, in omnibus *uteri affectibus*, *cordis & ♎tuum vitiis*. Datur in substantia a gr. xv. ad ℈j. & a ʒj ad ʒij in infuso.

- - *Apii* est radix pollicem crassa albicans a crassiori capite in numerosas fibras divaricata, saporis subacris, odoris fragrantis. Fovet sal volatile fumosum, *diuresin* excitat, & pellendo *materiam lactis* ad renes, ejus abundantiam *minuit*, & *coagulum resolvit*.

- - *Aristolochiæ*. Variæ in officinis prostant hujus radicis species: uti sunt

- - *Aristolochiæ rotundæ*, quæ cæteris est præstantior, ⊖ fixum paulumque volatile in sinu gerit, & convenit in *tussi*, *asthmate*, *partu promovendo*, *mensibus pellendis* & *scabie*, *incidit*, *aperit*, *& anodyna est*.

- - *Aristolochiæ longæ*. Aristolochia longa ⊖ia sua in substantia laxa & spongiosa gerit, unde simul *imbibit*, *absorbet* & *abstergit*.

- - *Aristolochiæ tenuis*. Hæc remissiorem habet amaritiem, recens autem intensiorem acredinem volatilem, & penetrantem obtinet, hancque ob causam *reliquis ut stimulus additur*.

- - *Aristolochiæ cavæ* ⊖ fovet in substantia farinacea in mucilaginem fere desinente. A multis præfertur rotundæ præcipue quo ad virtutem *anodynam* & *demulcentem*, quam recens possidet.

- - *Aristolochiæ* fabaceæ remissior & debilior est quam reliquæ. Ob substantiam farinaceam cæteris majorem vim *exsiccantem*, *& absorbentem* possidet: unde etiam a chirurgis in *ossibus denudatis* adhibetur.

Ra-

Radix *Armoraciæ* ſive raphanus ruſticanus eſt radix oblonga pollicis craſſitudine, colore albo, guſtu acerrimo, odore nullo. Ob ⊖ penetrans junctum cum pauco acido volatili ⊖ quævis per *diureſin* & *diaphoreſin* educit, & proinde *in ſcorbuto frigido, paralyſi, morbis ſoporoſis* & *appetitus vitiis* egregiã præſtat operam. Nunquam datur in decocto ſed in infuſo cum ſero lactis aut vino, in electuariis, vel etiam in ſucco ad ʒj.

- - *Ari* eſt radix alba rotunda nucis avellanæ magnitudine. Aron ob ⊖ volatile cruditates acidas, auſteras terreſtres & viſcidas per *diureſin educit.* Hinc *ſtomachicum* eſt & *thoracicum*, junctumque cum acidis ⌒tuoſis fit *antiſcorbuticum* & *ſanguinem diſſolvens.* Datur præparatus a ʒß ad ʒj.

- - *Aſari* eſt radix tenuis fibroſa ex fuſco rufeſcens, ſaporis acris nauſeoſi cum quadam adſtrictione, odoris ad nardum accedentis. Aſarum gaudet ⊖e *purgante acri fixiore* & in receſſu habet quandam *virtutem adſtringentem.* Datur in ſubſtantia a ʒß ad ʒj vel ʒiij, in extracto a ℈ß ad gr. xv. Fortiori △e toſtum vel coctum virtutem exuit purgantem, & evadit *diureticum.*

- - *Aſparagi* eſt aſparagi ſativæ radix ſpongioſa longa rotunda, ex uno capite in plures fibras ſeſe diffundens, ſaporis acris ſubdulcis odoris nullius. Aſparagus blandum ſuum ⊖ *diureticum* in blanda mucilagine fovet, & contra *Icterum* aliosque *morbos chronicos* cum appropriatis adhibetur.

- - *Bardanæ* eſt lappæ majoris radix oblonga craſſa foris nigricans intus alba ſaporis ſubdulcis acris & amaricantis odoris fere nullius. Bardanæ radix *urinam movet*, eamq; turbidam reddit, *ſudorem*, & *ſanguinem congrumatum reſolvit* propterea in *Pleuritide phtiſi, atrophia & arthritide* pro ſpecifico habetur. Datur in ſubſtantia ejus raſpatura recentior a ʒj ad ʒij.

- - *Biſtortæ* eſt radix oblonga pollicem craſſa tuberoſa quaſi & geniculata, nonnunquam retorta foris ex ſpadiceo nigricans, intus ex flavo rufeſcens ſaporis auſteriuſculi adſtringentis, odoris nullius. Valde *adſtringit* biſtorta & potens eſt *in fluxibus* ſedandis, & nimia *ſanguinis reſolutione* cauſata a malignitate. Laudem etiam meretur in *abortu* præcavendo. Datur in ſubſtantia ad ʒj in decocto ab ʒj ad ʒij.

Radix

Radix Bryoniæ est radix prægrandis longa crassa carnosa, albida quasi fungosa, intus circulis donata, saporis acris mordacis amaricantis nauseabundi odoris virosi. Recens validior est: siccata hæc serum & aquas magis per inferiora, illa supra & infra potenter exterminat. In specie valet in sanguine congrumato resolvendo in asthmate & hydrope pectoris & uteri, nec non in vermibus. Sicca infusis diureticis additur pro stimulo. Succus radicis a ℨij ad ℥ß cum oxymelle contra asthma adhibetur.

- - *Calami aromatici.* Calamum aromaticum constituunt cauliculi tenues geniculati, foris pallide flavescentes, intus candidi includentes medullam fungosam levem similem telis aranearum in se collapsis saporis acris svaviter amaricantis, odoris aromatici & fragrantissimi; Itaque non est radix sed *arundo, aut cauliculus odoratus nostris officinis incognitus.*

- - *Carlinæ* est radix oblonga digiti crassitie utplurimum in superficie carnosa & foraminulenta, coloris foris rufi, intus albi, saporis acris odoris gravis & fragrantis. *Hystericis* mire *conducit*, ut & *in peste præservanda, potentissime movet sudorem* eoque nomine *Herpetem, cutaneosque effectus ex fundamento curat.*

- - *Caryophillatæ* est radix tenuis fibrosa ex uno capite crassiore prodiens saporis subacris grate amaricantis, odoris aromatici, aut nullius. Recens possidet in substantia terrea aliquid ⊖is volatilis ob quod *contra catarrhos & capitis obstructiones* commendatur; sicca autem & ⊖e volatili carens *blande adstringendo fibras relaxatas* præcipue *ventriculi confortat.* In specie commendatur a nonnullis *in Ictero a bile acri & viscosa.*

- - *Chinæ* est Similacis asperæ chinensis Lampatam dictæ radix crassa tuberosa lignosa, aliquantum resinosa, pallide rubescens, intus candida, saporis terrestris leviter adstringentis. Radix chinæ ⊖e blando gaudet quod in ejus substantia non nihil

nihil resinosa latitat, & in ejus decocto manifeste se prodit: unde etiam ♎ non tantum exaltat sed & *acida* pertinacissima etiam *infringit*, & cum blanda quadam vi *anodyna per diaphoresin* expellit.

Radix Cichorei est cichorii sylvestris radix oblonga circulosa, dum recens lacte turgida, saporis subacris subadstringentis amaricantis. Constat cichorium ⊖e *diuretico* admodum blando, & tanquam polychrestum in morbis laudatur ubi *resolvendum, abstergendum* & *temperandum* est: unde in *Angyna, Ictero, obstructionibus vasorum lacteorum*, in sanguine *acri & acido* temperando cum fructu adhibetur. Additur quoque *purgantibus, antiscorbuticis*, & *antimelancholicis*.

- - *Contrajervæ* est clematis passionalis Peruvianæ radix oblonga tenuis, nodosa fibrosa, foris rubra intus pallida, saporis adstringentis cum suavi acrimonia, odoris exigni aromatici. Commendatur in *morbis malignis*, & datur in substantia infuso & extracto.

- - *Costi* est radix oblonga crassitie pollicari dura lignosa cortice crasso, pallido, medulla densa buxei coloris constans, saporis acris amari aromatici, odoris fragrantis accedentis ad iridem Florentinam. Costus ⊖ suum in blanda quadam fovet glutinositate a qua temperatur: hancque ob causam inter *expectorantia* refertur & *per Diuresin* & *diaphoresin* operatur. Ob odorem cerebro haud molestum *cephalicis & uterinis* accenseri meretur Datur in pulvere a ℈j ad ʒß in infuso ad ʒij pro vini ℥viij.

- - *Cucumeris asinini* est radix crassa oblonga alba, saporis acris nauseosi odoris dum recens est virosi. Serum & aquam per vomitum sedes & urinam in copia & quadam cum violentia excernit. Tutius datur ejus extractum a ℈ß ad gr. xv. & ℈j.

- - *Curcumæ* vocatur etiam crocus terrestris, & est radix oblonga

parva, tuberosa nodosa intus & extus crocei coloris, saporis subacris, subamaricantis, odoris ad Zinziber accedentis ast debilioris. Curcuma donatur ⊖e oleoso volatili partibus blandis viscosis immerso: unde etiam tanquam polychresta ab Indis inter *ciborum condimenta* refertur, & in *Ictero vitiisque bilis* laudem meretur.

Radix Cyclaminis est radix tuberosa crassa orbiculata carnosa, foris nigra, intus albicans saporis exurentis ingrati, odoris nullius. Radix recens valde acris est, exsiccata acredinem amittit. Purgat cum inflammatione ventriculi faucium & ani *serum & bilem*. Datur robustis in substantia ad ʒj in infuso ad ℥ß; tutius autem in extracto a ℈j ad gr. xxv. & xxx.

- - *Cynoglossæ* est cynoglossi vulgaris radix oblonga crassitie digitali, foris ex atro rubens intus albida, saporis fatui muscosi odoris nauseosi aliquid fœtidi canis redolentis & narcotici. *Scrophulas & strumas colli* curat externe, & *abigit pediculos* recens infantum capitibus imposita. Suspecta virulentia corrigitur cinnamomo, Croco, Castoreo. *Vis narcotica* exaltatur opio. Pilulæ de cynoglossa dantur a gr. vij. ad gr. ix.

- - *Cyperi longa* est aut *rotunda*.

- - *Cyperi longa* est radix oblonga tenuis nodosa & geniculata contorta fractu contumax, foris subnigra intus albicans, saporis suavis subacris & aromatici paululum exsiccantis, odoris fragrantis.

- - *Cyperi rotunda* est radix rotunda olivæ magnitudine & figura, foris rufa scabra intus alba, pluribus ex uno capite tenuibus filis dependentibus, saporis & odoris cum cypero longo ejusdem. Longus præstantior est rotundo, convenit cum *Galanga* sed non tam acris est, & plus *adstringit*, hinc *ventriculum roborat & dentes vacillantes*. Datur in substantia ad ʒß in infuso ut aliæ radices.

- - *Doronici* constat ex radiculis oblongis rotundis tuberosis nodosis digiti minoris crassitie, ex viridi pallescentibus, pluribus

ex

ex uno capite tenuibus quasi filis dependentibus, saporis subacris, subdulcis ad glycyrrhizam accedentis, odoris nullius. Recens Doronicum in dulcedine aliquid aromatici continet, & ob hoc aromaticum junctum dulcedini *discutit vapores vertiginosos, & involvit* ♎ *in confuso & inordinato motu existentes* a ℨß ad ℨj in substantia adhibitum.

Radix *Ebuli* est sambuci humilis radix oblonga tenuis albida saporis amaricantis subacris & nauseosi. Cortex hujus radicis *serum & ▽ per urinam & sedes* blande evacuat lignum autem potius *adstringit*. Externe valet ad *tumores pedum œdematosos tollendos.*

- - *Eryngii* est radix oblonga crassitie pollicari, foris nigricans intus alba, in medio nervo solidiore flavescente repleta, saporis subacris dulcis, odoris nullius. Potior ejus virtus consistit in cortice & ob levem amaritiem *potentior* est *scorzonera*: unde *incidendo, & fluxile reddendo serum per urinam elicit.*

- - *Esulæ major* aut *minor* est, & utraque in officinis reperitur.

- - *Esulæ est* tithymali palustris fruticosi radix oblonga crassitie pollicari fusca, foris & intus pallida lacte acri exedente & nauseoso turgida.

- - *Esulæ minoris* est tithymali foliis pini radix oblonga majori tenuior fusca, foris & intus ex flavo albescens, lacte acri turgida. Utraque *humores hydropicorum* tanta cum vehementia & molestia *educit* ut robustioribus tantum exhibenda sit in *cachexia, febribus, hydrope & scabie.* Virtus hujus radicis consistit in cortice, qui a ℈ß ad ℈j in substantia datur. Extractum ejus datur a gr. xv. ad ℈j.

- - *Fœniculi* est fœniculi vulgaris Germanici radix oblonga recta, crassitie digitali pallida, saporis subdulcis, seu cortex hujus radicis subacris, aromaticus & tenuis odoris fragrantis. Fœniculum ob ⊖ia dulci viscositate temperata *urinam movet & sudores*, & specificum est in *Variolis & morbillis.*

Radix Filicis est radix crassa ramosa fibrosa, foris nigricans, intus pallida multis appendicibus involuta & implexa, saporis primum subdulcis amariusculi deinde & subadstringentis, odoris nullius. Filix ⊖ fixum particulis terreis & viscidis habet inclusum, & laudatur tanquam *aperiens* in *affectu hypochondriaco*, aliisque *morbis chronicis*.

- - *Galangæ* duplex est *major* nimirum & *minor*.

- - *Galangæ majoris* est plantæ Indicæ Banchabe dictæ radix tuberosa crassitie pollicari & ultra, nodosa & inæqualis, in superficie circularibus geniculis donata, extus flavescens intus pallescens, saporis acris aromatici, odoris fragrantis.

- - *Galangæ minoris* est plantæ Indicæ Lagondi dictæ radix tuberosa nodosa majori similis sed tenuior, odoris majore fragrantioris & gratioris. Galanga minor efficacior est majori, & post acredinem quandam relinquit stipticitatem: unde *temperatior* est, & in *vertigine a ventriculi vitiis*, *in torminibus abdominis* & *doloribus post partum* specifica, *nervisque* præterea & *spiritibus* commendatissima. Datur a ℈ß ad ℈j in substantia & ut acorus in infuso.

- - *Gentianæ* est radix longa crassa foris fusca, intus ex flavo rufescens, saporis intense amari, odoris nullius. Gentiana ob intensiorem amaritiem & ⊖ fixum rigidius confert in *febribus intermittentibus & lumbricis*.

- - *Gialappæ* est convolvuli Mexicani Jalappa dicti radix oblonga crassa mechoacanna ingricantior, & circulosior, sapore acuto incidente & muscoso prædita, odore nullo, quæ in taleolos scissa ad nos defertur. Gialappia quosvis *humores purgat* magis tamen *serum & aquam*. Virtus purgans consistit *in resina*, & datur in substantia a ℈j ad ʒß in resina a gr. vij ad ℈ß & extracto a gr. xv. ad ℈j.

- - *Glycyrrhizæ* est radix oblonga sarmentosa digiti crassitie, coloris flavi, saporis subacris mellei, & odoris ejusdem. Ob dul-

dulcedinem leni temperatam acredine *demulcet & incidit.* Datur in ſubſtantia ad ʒj in infuſo & decocto ad ℥j.

Radix Graminis eſt graminis canini arvenſis radix tenuis admodum longa, geniculata, ſaporis ſubdulcis cum quadam acrimonia, odoris nullius. Lene eſt diureticum, deobſtruens, & anthelminticum.

- - *Helenii* eſt helenii vulgaris radix oblonga craſſa foris fuſca, intus pallida pinguis, ſaporis acris amaricantis aromatici, odoris fragrantis. Θia Helenii pinguedini & reſinæ incluſæ ſunt: unde *carminativum* eſt, *nervinum*, *antiſpasmodicum*, *pectorale*, *anodynum* & *laxans.*

- - *Hellebori* duplex eſt *alba* nimirum & *nigra.*

- - *Hellebori nigri* eſt hellebori nigri flore roſeo radix tenuis fibroſa nigricans in unum caput deſinens, ex quo multæ prodeunt fibræ ſaporis acris pungitivi, amari nauſeoſi. *Acidos aduſtos & coagulatos humores* ἄνω *&* κάτω *expurgat* in ſubſtantia a ℈j ad ℈ß, & in infuſo a ʒj ad ʒij exhibita.

- - *hellebori albi* eſt radix oblonga pollice interdum craſſior foris fuſca, intus alba numeroſis albicantibus fibris ſtipata, ſaporis acris adſtringentis ingrati & nauſeoſi. Helleborus albus *nigro vehementior eſt* & robuſtiſſimo datur in ſubſtantia a ℈ß ad gr. xv. in infuſo ad ʒj melius tamen in extracto.

- - *Hermodactyli* eſt colchici radix rotunda tuberoſa avellanæ magnitudine compreſſa & albida, ſaporis dum redens eſt acerrimi, odoris nullius. Recens *pituitam & ſerum* per *vomitum & ſedes* expurgat, ſiccata vero omni ſæpe virtute catharrtica orbata eſt. Datur a ℈j ad ʒß:

- - *Imperatoriæ* eſt Imperatoriæ majoris radix oblonga craſſitie pollicari ſcirrhoſa & geniculata, foris fuſca intus alba, ſaporis acris aromatici calefacientis & linguam vellicantis, odoris fragrantis. Radix imperatoria cum *Angelica* convenit, & datur a gr. xv. ad ℈j in ſubſtantia, & a ʒj ad ʒij in infuſo.

Radix Ireos Florentinæ eſt Iridis albæ Florentinæ radix oblonga craſſitie digitali paululum compreſſa, ſaporis amaricantis acris ſub pinguis, odoris fragrantis violacei. Iris Florentina Enulæ mitior eſt & gratior ſed pinguior, alvum *lubricat* puerorum & *vomitum movet*, *pectoralis eſt*, *abſorbens*, & *abſtergens.*

- - *Mandragoræ* eſt Mandragoræ fructu rotundo radix craſſa oblonga, bifida extus cinerea ferruginea, intus pallida, odore ingrato viroſo & narcotico. Radix Mandragoræ virtute gaudet *purgante & narcotica*, perſe non datur niſi a ℈ß ad ℈j. Extractum melius eſt anodynum.

- - *Mechoacannæ* eſt convolvuli Mexicani radix craſſa ſubſtantiæ laxioris, quam Gialappa, carnoſa, circuloſa, ſaporis farinacei odoris nullius. Effoditur illa in regione Mechuacan ubi in taleolas ſciſſa ad nos defertur. *Mechoacanna Gialappæ analoga* eſt; ſed quia reſinam habet pauciorem *illa remiſſior* eſt. Datur in ſubſtantia a ʒß ad ʒj in extracto a gr. xv. ad ℈ij in reſina ut Jalappa.

- - *Mei* eſt Mei foliis anethi radix oblonga craſſitie digitali, foris ferruginoſa intus pallida & quodammodo reſino, ſaſaporis & odoris Angelicæ ſimilis, ob *vim anodynam Angelica ſuperior* ſed ob *acredinem illa remiſſior* & gradu tantum ab illa differt. Datur ut Angelica aſt in doſi parciori juncta cum imperatoria.

- - *Nymphææ* eſt Nymphææ albæ vel luteæ majoris radix craſſa foris ex fuſco flaveſcens, intus pallida fungoſa levis ſaporis adſtringentis auſteri, odoris nullius. Habet nymphæa in ſubſtantia levi & poroſa ⊖ volatile alcalinum: unde etiam *abſorbet, fluxum ſeminis ſiſtit, inflammationem renum tollit, & febrium æſtum.* Datur decoctum ▽ ſuccus Syrupus & ipſa ſubſtantia ad ʒj decoctum ad ℥ij.

- - *Ninſing* eſt plantæ Japonenſis & Chinenſis dictæ Gniſen vel Genſing radix oblonga, digiti minimi craſſitie utplurimum

bifida

bifida interdum etiam multifida circa finem filamentosa, intus & extus flavescens, saporis subdulcis subacris amaricantis & aromatici gratissimi, odoris suavis. Sua sponte hæc radix crescit in Japan & China, provenit etiam in regno Siam. Temperatissima est hæc radix, & gratissima, media inter Angelicam, Meum & levisticum. Habet analogiam cum sanguine humano & commendatur in *Colica, lypothymia convulsione* & *memoria confortanda*, & laudem meretur in *vertigine*. Datur ex in fuso ▽ ferventis ut & in pulvere a ℈j ad ℈ij.

Radix *Ononidis* est ononidis spinosæ flore purpureo radix albida fractu contumax lignosa, saporis & odoris nullius. Radix ononidis *diuretica* est, *absorbens*, & *absumens Sarcocelen*, *& ramices carnosas*. Datur cortex in decocto & infuso.

- - *Orchis* est radix rotunda succulenta albida, paululum compressa viscosa subdulcis odoris seminalis. *Aphrodisiaca* est & in substantia vel cruda datur ad ʒj. condita item, aut in essentiam redacta.

- - *Osmundæ* est filicis ramosæ non dentatæ floridæ radix filici analoga ast temperatior & blandior, fovens in muccagine ⊖ volatile: unde in *Rachitide* commendatur, & *herniis puerorum*.

- - *Pentaphylli* est quinquefolii majoris repentis flore luteo radix oblonga calami crassitie, foris rubicunda intus incarnata, transversim secta crucem vel stellam referens. Sapor in illa deprehenditur primum adstringens, postmodum incidens; odor autem nullus. Movet *sudorem & urinam* & *febres curat*: datur ad ʒij.

- - *Petasitidis* est Petasitidis vulgaris & majoris radix oblonga crassitie digitali ramosa, resinosa, foris fusca intus albicans, saporis acris aromatici, amaricantis, odoris fragrantis, *Alexipharmaca* est, *pectoralis* & *uterina* ad ʒj in substantia data.

Radix

Radix Petroselini est apii hortensis radix oblonga recta crassa, albida fibris lateralibus donata, saporis subacris & aromatatici, odoris fragrantis cum *apio convenientis.*

- - *Peucedani* est peucedani Germanici radix crassa longa superius coma prædita, extus nigrescens intus albescens, saporis pinguis acriusculi odoris ♎ei. Sale fixo & pauco volatili prædita est: unde *aperit, anodyna est & pectoralis*, ut radices reliquæ adhibita.

- - *Pimpinellæ* est pimpinellæ sanguisorbæ minoris hirsutæ radix, calami crassitie ex fusco subrufa, saporis subamari adstringentis tenuis, non ingrati odoris, *caryophillatæ* respondens.

- - *Pœoniæ* est pœoniæ maris folio nigricante splendido radix crassa tuberosa, foris fusca intus pallida, saporis dum recens est subacris subdulcis, cum levi quadam amaritie, odoris nullius. *Cephalica* est *antepileptica, antidinica* & *antispasmodica.* Datur in substantia a ℈ß ad ℈j in decocto ab ℥j ad ℥ij.

- - *Polypodii* est polypodii vulgaris radix oblonga minimi digiti crassitie foris rufescens, intus ex viridi pallescens, multis nodis & tophis geniculata, saporis dulcis quodammodo adstringentis & nauseosi. Præter virtutes cum filici & osmunda communes blandam possidet *virtutem alvum laxandim* infusis & decoctis ad ℥j data.

- - *Pyrethri.* Pyrethri duæ sunt species Italicum & Gallicum. Est autem radix pygrethri flore bellidis tenuis oblonga, extus fusca, intus pallida saporis acris fervidi, odoris nullius *Aperiens* est radix pyrethri, & *salivam copiose educit* ad ℈ß exhibita.

- - *Rhabarbari* est lapathi maximi Sinensis radix prægrandis oblonga tuberosa circularibus Zonis rugosa, & inæqualis reddita ponderosa, foris fusca intus crocea, nonnihil fungosa saporis amaricantis & lente adstringentis, odoris nauseosi & pontici debilis. Rhabarbarum

bilem

bilem purgat & pituitam, & specificum est in Ictero, & morbis a bile promanantibus. Crudum datur ad ʒj ʒiß, in infuso ad ℥ß.

Radix Rhapontici est lapathi Thracici maximi radix crassa oblonga ramosa brachiata, foris fusca, intus crocea laxa & rara, transversim secta spiras ostendens, saporis adstringentis cum levi quadam acredine & lentore, odoris pontici debilis. Rhabarbaro mitius est *in purgando* fortius autem in *adstringendo.* Datur in substantia ad ʒj in infuso ad ℥j.

- - *Rubiæ tinctorum* est rubiæ tinctorum sativæ radix oblonga tenuis succulenta, extus & intus rubicunda, saporis ex dulci amaricantis & adstringentis odoris nullius. *Traumatica* est rubia, *aperiens* & *resolvens* in substantia ad ʒj data, & in decoct. ad ℥ij.

- - *Rusci* est rusci radix crassa obliqua, implexa, fibras crebras longas undique dimittens. Radix rusci *diuretica* est, & *antihydropica* in infuso aut decocto exhibita.

- - *Salsaparillæ* est similacis asperæ Peruvianæ sive Salsaparillæ radix tenuis calami crassitie longa, sarmentosa plicata & rugosa ex flavo pallida, intus candida saporis & odoris nullius evidentis nisi farinacei, cum China conveniens.

- - *Scillæ* est scillæ vulgaris radix bulbosa magna, pugni crassitie cœpacea expluribus tunicis compacta, saporis acris amari, odoris nullius. Scilla præter vires cum Aro communes vomitum movet & alvum. In substantia nunquam datur sed in infuso cum melle, ▽ mulsa, & aceto.

- - *Spicæ nardi* duplex est Indica nimirum & celtica.

- - *Spicæ nardi Indicæ* est radix oblonga digiti crassitie & longitudine comosa, ex nervosis filamentis congesta coloris ex fusco rubescentis, saporis mari, acris aromatici odoris grati ad Nardum accedentis.

- - *Spicæ nardi celticæ* ceu potius Valerianæ celticæ constat ex radicibus fibrosis capillaribus nigricantibus cum foliis parvis ex viridi flavescentibus, saporis acris aromatici, odoris

fragrantis graviusculi. Nobilior est Indica, *utero utraque & capiti dicata* in infuso & decocto ut reliquæ radices exhibita.

Radix Scorzoneræ est radix oblonga digiti crassitie, foris pallida intus alba, saporis subdulcis & grati odoris nullius. *Acidum demulcet & temperat.*

- - *Symphiti* est consolidæ majoris radix oblonga, surculosa pollicari crassitie, foris nigra intus alba saporis subdulcis mucilaginosi & viscidi, odoris nullius. *Traumatica* est radix symphyti & datur ut althæa.

- - *Tormentillæ* est tormentillæ sylvestris radix tuberosa dura pollicis crassitie, in obliquum acta coloris ex fusco rubescentis, saporis acriusculi. *Adstringit* ad ʒj in substantia data, & in infuso a ʒij ad ℥j nec non in extracto ad ℈j.

- - *Turbith* est couvolvuli Indici foliis althææ similibus radix oblonga crassa resinosa, fores ferruginea, intus albida saporis subacris nauseabundi resinosi. Turbith potentius in *serum agit* quam Jalappa, & in Podagra & Arthnitide convenit. Datur in substantia a ℈j ad ℈ij, in infuso a ʒij ad ℥ß, reliqua præparata ut in Jalappa exhibentur.

- - *Tussilaginis* est tussilaginis vulgaris radix tenuis longa, candida saporis subacris cum levi lentore, odoris nullius. *Incidit* tussilago *& acria obtundit* in decocto ad ℥ij exhibita.

- - *Valerianæ* est radix Valerianæ hortensis oblonga rugosa, superficie geniculata, foris ex cinereo fusca, intus pallida saporis acris aromatici, odoris fragrantis & gravis. *Cephalica* est *uternia* & *ophtalmica* in substantia a ℈j ad ʒß, in infuso a ʒj ad ʒij adhibita.

- - *Vincetoxici.* Hanc radicem constituunt Asclepiadis flore albo radices albicantes, tenues fibrosæ plures ex uno capite prodeuntes, saporis acris amaricantis & nauseosi, odoris graviusculi. *Valerianæ & nardo accedit* ast viribus his lon-

ge

ge est remissior. Datur in substantia ad ℨj, in decocto & infuso ab ℥ß ad ℥j.

Radix Zedoariæ est Zedoariæ Chinensis radix tuberosa brevis compressa, foris cinerea intus candida saporis amaricantis aromatici, odoris fragrantis camphoræ similis. *Sudorem movet* Zedoaria, *discutit*, *carminativa* & hysterica est. Dos. est a gr. vij. ad ℈ß si in substantia datur, & in infuso ad ℨij.

- - *Zinziberis* est radix tuberosa nodosa ramosa brevis, & paululum compressa pallida, fibris crebrioribus donata, saporis aromatici acerrimi fervidi, odoris fragrantis. Cum Zedoaria convenit nec tanta vis *alexipharmaca* illi inest. Zinziber in substantia datur a gr. v. ad xv, & conditum a ℈j ad ℨß. & ultra.

CAPUT II.

De Lignis & corticibus.

PARS I.

De Lignis.

L*ignum Aloes* constituunt arboris Chinensis Calambac interioris medullæ fragmenta lignosa magnitudine varia, solida, densa, spadicea striis aliquando nigricantibus & resinosis conspicua. Sapor in hoc ligno deprehenditur subacris amarus aromaticus & pinguis, & odor dum accenditur, vel incalescit admodum fragrans. Sub nomine Calambac transmittitur ex intimis Tartariæ oris, & in regnum Sinæ transfertur. Ex integra arbore quercu magnitudine non inferiore vix ℔ß ligni laudabilioris eruitur: unde illud etiam tam cha-

rum existit. ⊖*ia hujus ligni resina sociata* ♎*tibus nostris* adeo *analoga sunt*, ut inter *analeptica & confortantia catholica* habeatur imprimis *cephalica, stomachica, cardiaca & uterina*. Ladatur præterea in epilepsia & vermibus necandis, & adhibetur in substantia ad ℈j in decocto ad ʒj sed illa nimis reddit amaricantia. Melius adhibetur in essentia & extract cum 🜄 paratis.

Lignum Agallochum sunt arboris Calambac affinis fragmenta lignosa solida, ex fusco rufescentia striis interdum albicantibus notata bituminosa ligno Aloes laxiora & crassiora, saporis amaricantis pinguis, odoris debilioris *earundem cum ligno Aloes virtutum sed gradu longe debiliore*.

- - *Colubrinum* radix potius, quam truncus est, arboris nimirum Timorensis radix lignosa brachii crassitie sub cortice ex fusco ferrugineo subinde maculis cinereis notato includens materiam solidam densam & ponderosam, saporis amarissimi odoris nullius. Ob singularem amaritiem cum gentiana convenit, centaurio minore, aliisque amaricantibus.

- - *Guajacum* est arboris Indiæ occidentalis Guajacan dictæ lignum solidum, densum resinosum, buxei coloris, medulla intus nigricante durissima & densissima ponderosa & resinosa, saporis acris, amaricantis & aromatici, odoris fragrantis. Cum hoc convenit etiam.

- - *Sanctum*, & specie tantum ab illo differt. Est autem lignum sanctum arboris Indiæ occidentalis Hoaxacan dictæ lignum solidum densum Guajaco albidius, medulla intus solida durissima. Utraque hæc ligna ejusdem cum cortice sunt virtutis: de quo alibi.

- - *Mollucense* est ricini arboris Indicæ lignum spongiosum leve, rarum, pallidum tenui cortice cinereo obductum, saporis acris, mordacis, & caustici, odoris nauseosi. Panava hoc lignum alias dicitur, quod recens adhuc & vegetum adeo potens est ut *serum & aquas* tam *per vomitum quam per al-*

vum

vum expellat, relinquens ob intensam acredinem in ano inflammationem. Siccum *alvum blandius subducit*, & in minori dosi exhibitum *sudorem elicit* in hydrope leucophlegmatia & pluribus morbis chronicis specificum. Pro scopo purgandi recens datur in substantia a ℈j ad ʒß & annosum ad ʒj, in infuso & decocto ad ℥ß. Pro sudoribus movendis datur in substantia a ℈ß ad ℈j. & in infuso aut decocto ad ʒij & ʒiij.

Lignum Nephriticum est arboris Mexicanæ Coarthi vel Coalti dictæ lignum ex flavo pallidum durum cœruleo tingens colore, includens sub cortice nigricante medullam fuscam solidam duram gravem, saporis subacris amari aromatici vim incidentem in lingua relinquentis. Ob ⊖ blandum alcalicum *diureticis, antinephriticis* & *antihydropicis* annumeratur.

- - *Rhodinum* est cytisi Maranthæ dicti radix lignosa, ex flavo pallida densa solida, venulis pinguibus subinde interdistincta saporis amari, odoris fragrantis gravis & rosei. In urina movenda potentius est sandalo & in oleo ejus latet virtus cardiaca & anodyna.

- - *Santalinum.* Tres reperiuntur ligni santalini species *rubrum* nimirum *citrinum*, & *album*.

- - *Santalum rubrum* est arboris Indiæ orientalis medulla ab integumentis exterioribus cortice & ligno separata, solida, densa, ponderosa, coloris ex fusco rubicundi, saporis & odoris nullius evidentis. Ob vim terream & adstrictoriam commendatur ad nimium sudorem compescendum, & ardorem sanguinis.

- - *Santalum citrinum* est arboris Timorensis Sercanda dictæ medulla densa solida, colore citrino ab integumentis suis liberata, saporis aromatici amari fragrantis & grati.

- - *Santalum album* est ejusdem arboris lignum solidum & ponderosum pallidum, non amplius prostans apud nos. Citrinum potentius est, & odoratius albo, & præter virtutem

incidentem, & urinam moventem obtinet quoque virtutem adstringentem & roborantem.

Lignum Sassafras est arboris Virginianæ Pavame dictæ lignum. Radix deberet prostare quæ hoc est potentior. Transfertur hoc lignum ex Virginia & Florida, & dicitur sassafras quasi saxifraga. Hujus ligni ⊖ia volatilia temperata sunt fæniculacea dulcedine, ob quam etiam tam per diuresin, quam diaphoresin diminuunt etiam in remotissimis locis viscosa, crassa & vitiosa.

Huc pertinet etiam *viscus quernus* quem arbusculorum quercubus innatorum ramuli lignosi diversæ magnitudinis constituunt, sub cortice tenui includentes materiam lignosam pallide rubentem odoris & saporis nullius. Acidum *absorbet* & *nimium sanguinis motum* sistit, & *inflammationes internas.*

PARS II.

De Corticibus.

C*Ortex aurantiorum* est cortex pomorum aurantiorum pulpam & semina includens. Constat ille duplici substantia: exterior flavedo dicitur & *carminativa* est & *diuretica*, interior fungosa *adstringens.* Datur flavedo ad ℥ß, ☍ ex illa destillatum & expressum ad gtt ij l. iij.

Capparis est radicum cortex tubulosus, rugosus, crassus, cinereus saporis acris austeri. Cum tamarisci & fraxini corticibus convenit, sed ob *austeritatem plus adstringit* in substantia ad ʒj, & decocto ad ℥iiij datus.

Cassiæ caryophyllatæ est Myrti arboreæ Americanæ Caningẽ cortex cinnamomo tenuior ex rufo ferrugineus, a pelliculis suis exterioribus derasus, & in modum tubuli convolutus saporis acris aromatici & odoris caryophyllis similis. Virtu-

te

te cassia caryophyllata *caryophyllos æmulatur*: habet autem in recessu *multum viscositatis a qua* ⊖*ia* ejus *volatilia* multum *temperantur*. Datur in substantia a ℈j ad ʒß.

Cortex cassiæ ligneæ est cassiæ ligneæ Malabaricæ cortex cinnamomi in modum convolutus, illo tamen crassior, odore & sapore debilior cum majore quodam lentore. Ratione virtutis aromaticæ debilior est cinnamomo, sed ob viscositatem illo efficacior & pectoralis. Datur ut cinnamomum, ast in dosi majori.

- - *Chinæchinæ* duplex est *verus* nimirum & *spurius*.

- - *Spurius* sunt arboris peruvianæ Kinkina dictæ cortices, Kinkina vera tenuiores foris cinerei canescentes, intus ferruginei saporis amaricantis & subpinguis odoris debilis. *Potentior* est & *nobilior* ratione virium quam *china vera*.

- - *Chinæ chinæ verus* sunt arboris Peruvianæ Gannanaperide dictæ cortices crassitiei mediocris, foris scabri paululum canescentes & sæpe muco obducti intus læves coloris ferruginei. *Adstringens* est hic cortex & insignem *virtutem* obtinet *antifebrilem*. Datur in substantia ad ʒß & in infuso ad ʒij.

- - *Cinamomi* sive Cinamomum est cassiæ Zeilanicæ cortex tenuis, ab exteriore pellicula purgatus ex flavo rubescens seu ferrugineus, in cannulas contortus saporis acris suaviter pungentis, subdulcis & aromatici, odoris fragrantissimi. *Cardiacum* est cinamomum & *analepticum*, nec non *pectorale* & *uterinum*. Datur in qualibet forma & in substantia a ʒß ad ʒj rarius in decocto.

- - *Citri* est mali citri cortex pulpam & semen includens. Hujus flavedo fragrantior & spirituosior est quam aurantiorum cortex: unde etiam non solum *carminativa* est; sed *cephalica* insuper, *cardiaca*, *uterina* & *antiscorbutica*. Datur ut cortices aurantiorum.

- - *Fraxini* sunt fraxini excelsioris cortices crassitiei mediocris, ex cinereo viridicantes saporis acris amari cum adstrictione. Ob ⊖ acre *diureticum* & *diaphoreticum* convenit in morbis chronicis.

Da-

Datur decoctum ab ℥iij ad iiij. Valet quoque ⊖ inde elixiviatum a ℈j ad ʒß ad *variolas & morbillos.*

Cortex Granatorum sunt fructuum mali punici cortices coriacei, duri, rugosi foris ex spadiceo luteo punicei, intus vero lucidi saporis amaricantis adstringentis austeri. *Adstringentes* sunt hi cortices interne & externe adhibiti.

- - *Guajaci* sunt Guajaci cortices tenues, duriusculi, lignosi ex pluribus lamellis congesti, ex cinereo rufescentes & nigricantes maculati, intus pallidi, nitidi, & quasi lævigati, saporis acris amaricantis, odoris fere nullius. *Sudoriferi* sunt hi cortices, *diuretici*, & in morbis chronicis magnam merentur laudem.

- - *Quercus* sunt cortices crassi foris ex cinereo fusci, intus pallide rubentes, saporis adstringentis. *Adstringentes* sunt hic ortices, *temperantes* & *traumatici.*

- - *Tamarisci* est tamaricis Germanicæ cortex cum corticibus fraxini conveniens.

- - *VVinteranus* est arboris Magellanicæ cortex crassus cannulatus, foris integumento cinereo fungoso inæquali fisso & multis rimis hiante, intus solidus densus, ad piperis & cochleariæ saporem accedens, odoris fragrantis. Potenter hic cordex *incidit & attenuat, & in scorbuto specificum est.* Datur in substantia a ʒß ad ʒj, in infuso ad ℥ij.

CAPUT III.

De Lacrymis & succis.

PARS I.

De Lacrymis.

Am-

AMbra liquida sunt lacrymæ arboris Mexicanæ liquorem resinosum, oleosum, pinguem crassiusculum constituentes therebintina dilutiorem coloris ex flavo rufescentis, saporis acris aromatici odoris styraci similis. *Styraci respondet*, & *externe* potius, quam interne *adhibetur ut therebintina.*

Gummi ammoniacum sunt lacrymæ ferulæ ammoniaciferæ ex variis densis, solidisque grumis modo flavescentibus, modo lacteis splendidis, & nitidis in glebam coactis compositæ, quæ dum manibus tractantur lentore mollescunt, saporem habent acrem amaricantem viscosum, lentum & paululum nauseosum, odorem fragrantem gravem ad allium accedentem. Ratione ⊖is volatilis °₀ii ammoniacum *incidit discutit & aperit*, ratione resinæ autem *emollit & lenit*, & in largiore dosi datum *alvum solvit.* Datur in substantia ad ʒj sub forma *emulsionis, electuarii, boli*, vel *pilularum.*

Gummi anime sunt lacrymæ arboris Jetoibæ in occidentali & orientali India, forinsecus retorridæ albæ, subinde farina aspersæ, intus ex candido flavescentes, succino similes, & facile friabiles. Sponte nascitur gummi anime in insula Minæa unde olim tantum deferebatur, & anime dicebatur. Sapor in illo ab initio nullus deprehenditur, hinc pinguis resinosus, & odor tum accenditur fragrans, jucundus, & thuri similis. *Cephalicis* gummi anime annumeratur, *nervinis & anticatarrhalibus*, licet ob resinam minus solubilem raro interne usurpetur.

Arabicum constituunt lacrymæ arboris Ægyptiacæ Acaciæ dictæ in grumos variæ magnitudinis, & formæ condensatæ, foris in superficie granulatæ, pallide flavescentes aut albicantes, intus vitri instar pellucidæ, saporis aquei viscosi & lenti, odoris nullius. *Temperat* gummi Arabicum & *incrassat* lympham acrem & tenuem, & proinde *catarrhis* & *urinæ vitiis* dicatur.

Assa fœtida sunt lacrymæ ferulæ Persicæ ex variis splendenti-

 bus

bus grumis modo albescentibus, modo flavescentibus, modo elegantissime incarnatis in massam coactæ, saporis acris mordacis, lenti & nauseosi, odoris fragrantis allium redolentis. Ammoniaco & Galbano potentior est *in colica & hysterica passione*: *sudorifera* præterea est & *uterina* a ʒß ad ʒj. data.

Gummi *Benzoe* est lacryma arboris Benzoiferæ resinosa arida & indurata, ex variis splendentibus micis modo flavescentibus modo albicantibus in unam massam coacta, saporis pinguis cum quadam dulcedine, odoris suavis. Respondet styraci, & ob sui mollitiem & blandam dulcedinem *pulmonibus dicatur*. Externe ex illo fiunt *linimenta*, *emplastra*, *balsama suffitus*: prostant etiam *flores* & *tinctura* sive essentiæ.

- - *Bdellium* sunt lacrymæ arboris Americanæ spinosæ, gummosæ & resinosæ; pingues ceræ instar tenaces glutinosæ, coloris ex flavo ferruginei, saporis acris pinguis lenti amaricantis aromatici, & oderis fragrantis. Constat Bdellium ex ⊖e volatili oleoso, & *convenit cum ammoniaco* licet illi *non tanta* insit *virtus cathartica*.

- - *Camphora* cujus variæ prostant species. *Prima* est camphora nostrarum officinarum chinensis vulgo dicta cum ab his illa tantum olim sit delata: & est substantia candidissima pinguis & oleosa, vi ignis ex ligno arboris camphoriferæ japonensis sublimata, & in glebas saporis acris, amaricantis & aromatici, pinguis & lenti redacta, odorem spirantes fragrantem & gravem. *Secunda* species est quæ in insula Zeylon ex cortice radicis cinamomi conficitur cum ▽ °₀° & camphora. *Tertia* species ex variis plantis Indiæ orientalis elicitur. *Quarta nativa* est in insula Bornea ex arboris camphoriferæ trunco cœso in exigua quantitate promanans. Camphora *sudoriferum* remedium, & *anodynum universale* constituit a. gr. v. ad VII. & X. exhibita.

Gum-

Gummi Caranna sunt lacrymæ arboris Mexicanæ Caryna resinosæ concretæ, & laxæ. Dum caranna adhuc recens est tenax deprehenditur & picis instar ductilis sed sine agglutinatione vel colliquatione, inveterata dura fit ac friabilis. Colorem habet piceum, saporem viscosum amaricantem & odorem dum accenditur admodum fragrantem. Ob suavissimum odorem Caranna *nervina* est & *cephalia.*

- - *Elemi* constituunt lacrymæ arboris Indicæ pruniferæ resinosæ & pingues ex flavo albicantes, ad viridiusculum inclinantes in massam coactæ. Elemi recens molleculum est, inveteratum durius. Sapor in illo deprehenditur resinosus & pinguis, odor fragrans & cum suavitate graviusculcis. Usus hujus gummi externus *nervinus* est: a quibusdam etiam commendatur pro *diuretico.*

- - *Euphorbium* constat ex lacrymis tithymali Mauritanici spinosi & sarmentosi gummosis & resinosis contretis in guttas ex pallido flavescentes, splendidas modo rotundas, modo oblongas, ramosas & cavernosas, saporis acerrimi exurentis nauseosi odoris millius. *Fortissime purgat aquas hydropicorum tam per superiora quam inferiora.* Datur in substantia a gr. v, vij ad x. Extractum a gr. iij & in robustis ad v. vij.

- - *Galbanum* constituunt lacrymæ ferulæ Galbaniferæ Syriacæ gummosæ & resinosæ, pingues, ceræ instar ductiles ammoniaco similes, ex variis albentibus & splendentibus guttis in massam coactæ saporis subacris, amaricantis nauseosi, odoris fragrantis & gravis. *Earundem cum ammoniaco est virtutum*, & *carminativum* insuper, & *uterinum* ut ammoniacum datum.

- - *Guttæ* constituunt lacrymæ ex sauciata arbore pomifera Chinensi loddampulli dicta manantes, quæ collectæ a facibus purgantur solutione in ▽ pluviali, & inspissatione in massam uniformem flavescentem rediguntur saporis primum resinosi, hinc acris caustici, ex China ad nos delatæ. *Aquas hydro-*

picorum gummi guttæ tam per *superiora*, *quam inferiora educit* a ℈ß ad ℈j propinatum in substantia cum anatica portione ♀ ℞ati.

Gummi Ladanum sunt lacrymæ cysti ladaniferæ Creticæ resinosæ & gummosæ, pingues, ex gryseo & fusco nigricantes, multis arenulis permixtæ, & inspiras contortæ saporis amaricantis, & odoris dum accenditur fragrantissimi æque ac gratissimi. Principia hujus gummi activa sunt ⊖ia volatilia oleosa cum multis partibus terreis, propter quas *constringit*, *fibras confortat* & *cephalicis annumeratur*, & *nervinis* datum a ℈j ad ʒß in 🜄 solutum.

Laccæ duplex est in ramulis nimirum & granis.

Lacca in ramulis est substantia resinosa superficie inæquali veluti granulata dura rufa pellucida, intus cavernosa, elaborata a formicis alatis, & circa extimos arborum pinguescentium ramulos congesta, saporis resinosi & odoris dum accenditur fragrantis 🜍ei quodammodo acidi, & ⌒tibus nostris grati.

Laccæ in granis sunt lacrymæ arboris Indicæ Kaperhia dictæ in grana resinosa parva dura pellucida, lapillis granatorum similia abeuntes, saporis & odoris cum præcedente convenientis. Utrumque hoc gummi *blandum diureticum* est & *diaphoreticum*, & externe *ad dentium vitia adhibetur*. Datur solutum in 🜄.

Manna sunt lacrymæ orni & fraxini in Calabria, Sicilia, agris Romanis diebus canicularibus per tubercula corticis dehiscentis profluentes, quæ pomeridianis horis a ⊙e condensantur, & in clybano ulterius exsiccantur. *Manna evacuat bilem per inferiora.* Pueris manna datur ad ʒj vel ij, gravidis ad ℥ß, & robastioribus ad ℥ iv. Vis *torminosa corrigitur cinamomo*; *tarda* vero *exaltatur* ⊖e ♀, *scammon.* &c.

Mastiche constat ex lacrymis lentisci chinensis in grana modo oblonga modo rotunda abeuntes odoris quasi obliterati, & dum

dum accenduntur fragrantis. Grana mastiches *stomachica* sunt & *antiscorbutica* a gr. iij. ad iv. data.

Gummi Myrrham constituunt lacrymæ arboris spinosæ Bola dictæ ex flavo ferrugineæ & nitentes, unguibus subinde pallidis per mixtæ & in glebas compactæ. Huic arbori interdum adnatæ inveniuntur glebæ magnæ saporis subacris amari & aromatici, odoris fragrantis. *Myrrha stacte* est quæ sua sponte effluit. Specificam virtutem obtinet *resistendi putredini, obstructiones uteri reserandi, lumbricos expellendi, & morbos malignos curandi* a ℈ß ad gr. xv. in pilulis exhibita.

- - *Opponax* sunt lacrymæ ex radice Panacis Sphondylii collectæ & ex rufo & albo flavescentibus moleculis, quasi ex grumis vel sabulo crassiori in massam redactæ saporis acris amaricantis, in grati quodammodo nauseosi, odoris fragrantis & gravis. Ad galbanum accedit & ob intensam acredinem habet potentiorem *vim alvum movendi, serumque & pituitam educendi*. Externe *traum ticum est, & resolvens.*

- - *Sagapenum* constituunt lacrymæ ferulæ Ægyptiacæ Sagapeniferæ in grumos foris ex rufo flavescentes, intus candidos concretæ saporis acris mordacis nauseosi, odoris virosi, si recens fragrantis gravis. Constat *virtute laxandi cæteris majore* tum datur ad ʒiij, & *alterandi* ad ʒj exhibitum.

- - *Sandaracha* sunt lacrymæ juniperi vulgaris fruticosæ in guttas vel strias modo rotundas modo oblongas mastiche similes concretæ pallide flavescentes & splendidæ saporis resinosi, & odoris dum accenduntur fragrantis & suavis. Cum *anime convenit & contra catarrhos* externe *præscribitur.*

- - *Sanguis Draconis* sunt lacrymæ arboris Mexicanæ Draco dictæ ex parvis quasi grumis modo in panes seu offas coctæ, modo folliculis inclusæ coloris rubicundi, & saporis viscosi & adstringentis. *Cum terreis virtute fluxus* quosvis *sistente convenit.*

- - *Scammonium* sunt lacrymæ scammoniæ Syriacæ vel in exca-

vatam radicem depluentes vel etiam ex radice intaleolas scissa expressæ & in substantiam nigricantem inspissatæ. Dum hæc massa frangitur fulva & splendens deprehenditur cum sapore acri nauseoso, & odore viroso. Scammonium est *purgans catholicum & polychrestum* in omnibus morbis ubi purgatione opus est, in substantia & extracto a ℈ß ad gr. xv. robustioribus ad ℈j datum, in resina a gr. vij ad xv. in vitello ovor.

Gummi Sarcocolla sunt lacrymæ tithymali Persici spinosi sarcocolliferi in grumos vel sabulum concretæ ex albo rufescentes, spongiosæ lucentibus subinde micis permistæ levi concussu in pollinem abeuntes, saporis amaricantis cum obscura quadam dulcedine, & odoris dum accenditur ingrati. *Catharctica* est, *thoracica & traumatica.*

- - *Styrax calamita* sunt lacrymæ ex trunco arboris Styracis foliis mali cotonei in insulis Massiliensibus, & locis calidioribus promanantes, in grumos vel micas variæ magnitudinis ex flavo rufescentes abeuntes, saporis subacris lenti aromatici, odoris svavis.

- - *Styrax liquida* sunt lacrymæ ejusdem arboris liquorem resinosum terebinthina crassiorem & spissiorem constituentes coloris ex flavo ferruginei, saporis acris, aromatici oleosi, odoris fragrantis gravis. Convenit cum tacamahaca, *nervinaque* præterea est, *cephalica & uterina.*

- - *Tacamahaca* sunt lacrymæ arboris Mexicanæ Tacamahaca dictæ ex cinereo & rufo nigricantes, modo figura minori *modo in glebas coactæ, modo foliis tubuli in modum convolutis inclusæ*, saporis aromatici, resinosi, odoris fragrantissimi. Utrumque ob suavissimum odorem nervinum est, & cephalicum potentius, quam elemi ℅ N. mosch. expr. stimulatum.

- - *Terebinthina* triplex est *vulgaris, Veneta & Cypria.*

- - *Vulgaris* colligitur in Germania & Norvvegia ex truncis pi-

ni

ni & abietis junioribus sauciatis: quæ dum ▽ lavatur donec limpida iterum possit decantari *depurata* dicitur.

- - *Terebinthina Veneta* est resina liquida collecta ex arbore laricis consistentia mellis novi, coloris flavescentis saporis acris & amaricantis.

- - *Terebinthina Cypria* est substantia transparens mollecula, resina laricea crassior, coloris flavescentis ad cœruleum vergentis collecta ex trunco arboris Terebinthini ad imam medullam sacciato saporis acris amaricantis resinosi, odoris fragrantis & gravis. *Diuretica* Terebinthina est *pectoralis*, *traumatica* & *laxans* a ℥ß ad ℥j lota cum vitello ovi data, vel in emulsione.

- - *Thus* constituunt lacrymæ arboris spinosæ Arabicæ thuriferæ in substantiam resinosam ex flavo pallescentem & splendentem, aut guttas mastiche similes sed majores concretæ & induratæ, saporis amaricantis resinosi & odoris fragrantis. Ratione figuræ est vel *Indicum*, quod est in glebis, vel *mammosum*, quod est in guttis, vel *masculum*, quod est in granis *Mastiche fragrantius est & suavius, cæteroquin cum ipso convenit.*

- - *Tragacantha* sunt lacrymæ radicis tragacanthæ, quæ in agris Massiliensibus copiose alitur in substantiam gummosam lucidam, albam, tenacem, levem & gracilem abeuntes, saporis subdulcis, & mucilaginosi. Crassiore mucagine constat quam gummi arabicum; sed cum illo *virtutes obtinet easdem.*

PARS II.

De Succis.

SUccus *Acaciæ* est succus expressus siliquarum acaciæ Æpyptiacæ immaturarum expressus coctus & induratus, saporis acerbi austeri

austeri adstringentis. Virtus hujus succi est *adstringens* & *incrassans* a ℈ß ad ℈j in substantia dati.

Succus Aloes triplex est, *Aloe nimirum hepatica*, *Succotrina*, & *caballina*.

Aloe hepatica est succus Aloes Asiaticæ gummosus & resinosus, fuscus foris intus flavescens hepatis instar, expressus ex foliis Aloes imo & plantis transversim versus radicem incisis exstillans in patinas ampliores, in ☉e concretus & condensatus saporis amarissimi, nauseosi pinguis ℘osi & adstringentis, odoris fragrantis Myrrhæ similis.

Aloe Succotrina est Aloes Asiaticæ succus gummosus & resinosus ex fusco nigricans, ex foliis & planta resecta initio veris sua sponte in patinas ampliores exstillans, vel etiam expressus a ☉e condensatus & inspissatus saporis, & odoris cum hepatica ejusdem. Colligitur hic succus in insula Succotra, ubi a fæculentia separatur, quæ fæculentiæ caballinam constituunt: differuntque utræque plantæ ex quibus hepatica & Succotrina colligitur non nisi loco natali.

Aloe caballina est Aloes Asiaticæ succus nigricans gummosus, prioribus ponderosior crassior & impurior expressus ex foliis dissectis, nec non ex Aloe in omnibus locis Indiæ orientalis maritimis paratus. Aloe hepatica videtur esse optima, vim *purgantem possidens egregiam*, *& traumaticam*.

Balsamum peruvianum est liquor oleosus, tenax viscosus & balsamicus nigricans ex arboris Hoitzilokilt ramis, cortice, & ligno excoctus, vel etiam sponte ex arbore vulnerata profluens. *Potentius* est hoc balsamum *Terebinthina*, & *in specie confert in phtisi* in vitello ovi a gr. v. ad ℈ß solutum, & exhibitum.

Peruvianum album est liquor oleosus tenax limpidus, ex albo flavescens, terebinthina tenuior stillans ex eadem arbore saporis acriusculi quodammodo amari, odoris fragrantis & grati. Est *potentius nigro & in Diarrhæa & gonorrhæa* cum fru-

ctu

ctu adhibetur, ejusque oleum egregium est in obstructionibus uteri, tussi & asthmate.

Balsamum de copaiva est liquor balsamicus limpidus & subflavus, stillans ex trunco arboris Mexicanæ copaiba dictæ ad medullam usque vulnerato saporis acriusculi amaricantis aromatici, & odoris fragrantis. *Non differt a Peruviano*, & *in fluore albo*, & *gonorrhœa est specificum* a ℈ß ad ℈j exhibitum.

- - *Opobalsamum* est liquor balsamicus limpidus albicans, manans ex arbuscula Syriaca & Ægytiaca balsamum dicta saporis acris aromatici, & odoris fragrantis. Copaivæ respondet illa tamen est subtilius & ♎tuosius.

Succus Elaterii est succus viridis & viscosus ex fructibus maturis cucumeris asinini sua sponte manans, aut inde & ex tota planta expressus, coctus & inspissatus coloris fusci, saporis amaricantis nauseosi & vinosi. Purgat supra & infra a gr. iij & v. ad ℈j succo limonum aut ♎ ⊕ correctus.

- - *Hypocistidis* est succus plantæ spuriæ ex costi radice enascentis & hypocistis dictæ expressus, inspissatus & niger saporis austeri acidi adstringentis & in Insula Creta nascentis. *Adstringit, incrassat* & lenem vim *anodynam obtinet* datus a ʒß ad ʒj.

- - Glycyrrhizæ est succus ex radice glycyrrhizæ Germanicæ expressus, inspissatus & in glebas redactus, coloris nigricantis, saporis subacris & dulcis, odoris debilis cum radice conveniens.

- - *Mel* est liquor crassiusculus ex albo flavescens natus in variis vegetabilium floribus, & ab apibus inde collectus. Cum saccharo convenit, quo tamen est temperatius ♎tuosius & magis anodynum.

- - *Opium* est succus resinoso-gummosus, collectus ex papavere & in massam redactus saporis subacris amari, odoris gravis

viro si, narcotici, & stupefacientis in Ægypto circa Cairo & confines tractus collectus, aut in insulis Bengalensibus. Prius est Thebaicum, & posterius dicitur Indicum. Opium universale remedium est in *omnibus morbis ubi somno opus est*, & *dolores urgent* a gr. j. ad iij, in assuetis ad ℈j. ʒß & ultra assumtum.

- - *Saccharum* est succus cannæ sacchariferæ Indicæ expressus, coctus, & inspissatus. *Temperans* est, *diureticum, pectorale, traumaticum* & *ophtalmicum*. Huc pertinet etiam *Catechu, & Tartarus*.

- - *Catechu* est succus ex fructibus immaturis Arecæ & corticibus arboris Indicæ Catschu in unam massam △e mediante redactus saporis adstringentis & austeri, postmodum dulcis & grati, odoris nullius aut debilis. Adstringens est, & abstergens, nec non traumaticum & pectorale.

- - *Tartarus* est substantia sabulosa indurata rufo cinerea, aut ex rufo candicans interjectis micis quibusdam ⊖inis nata ex vini recentis particulis terrestribus fermentationis ope ▽tatis, saporis subacris acidi & nauseosi, odoris nullius. *Virtutem incidentem* possidet, *diureticam & alvum laxandi, obstructionesque reserandi*. Datur cremor a ℈j ad ʒj imo ℥iiij, & ♀ ℞a tus a ℈j ad ʒß.

CAPUT IV.

De Foliis & herbis.

PARS I.

De Herbis vulgaribus.

Herba

HErba *Acetosa* est planta flore imperfecto stamineo gerens semina nuda post singulum flosculum singula triquetra calyci florum tripartito ac conniventi inclusa. *In febribus malignis & peste* commodum præbent remedium. Ejus folia *morsum canis rabidi* curare dicuntur.

Acetosella est planta flore perfecto monopetalo regulari in quinque lacinias diviso. Fructus ejus membranaceus lucernæ quodammodo similis in quinque capsulas dividitur, quarum quælibet extrinsecus fissura quadam a basi usque ad summitatem ejus protensa aperitur. In qualibet capsula semina continentur singula singulis mitris inclusa, quæ sua contractione faciunt, ut quælibet capsula vi rumpatur & semina lone a capsula prosiliant. *Cum acetosa vires habet easdem.*

Anagallis est planta flore monopetalo regulari quinque laciniato in singulis foliorum alis singulo proveniente fundum habente patulum, semina gerens plura rugosa angulosa subfusca pericarpio membranaceo rotundo per maturitatem horizontaliter rumpenti inclusa, Est specificium in *mania* & *melancholia*, succus expressus naribus inditus in *raucedine convenire creditur.*

Anethum plantis annumeratur, quæ sunt flore perfecto in umbellam congesto semina gerentibus compressa minora. Propter *vim carminativam* additur clysteribus in colica: externe sedat *dolorem capitis* fronti impositum.

Apium est planta flore perfecto pentapetalo in umbellam congesto semina gerens post singulos flores bina nuda striata minora. Mundificat *vulnera*, valetque plurimum ad morbos ex quadam *exulceratione* ortos curandos.

Aristolochia ad plantas flore monopetalo irregulari pertinet, flores gerens semifistulares, & capsulam in sex loculamenta divisam polyspermam. Ad *ulcera mundificanda* adhibetur.

Herba *Asarum* est planta florem gerens perfectum monopetalum regularem in tria segmenta in ore divisum, & vasculum seminale in sex loculamenta intus divisum, totidem radiis insummo papaveris instar ornatum, & semina continens uvarum acinis similia. Est *emeticum* ad ℥j datum, & sunt qui *fœtum mortuum* illo *expellere* conantur.

- - *Basilicum* pertinet ad plantas, quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul barba simplici, galea quadripartita & semina ferunt nuda quaterna lævia. Est *alexipharmacum* & *antiphtisicum*.

- - *Beta alba* est planta flore perfecto monopetalo in quinque lacinias diviso, semina gerens ad singulum florem utplurimum bina quodammodo angulosa, pericarpio duriori aspero, verrucoso tribus utplurimum loculamentis diviso inclusa. Convenit in *dolore capitis & catarrhis* si succus expressus naribus intrudatur.

- - *Borrago* gerit flores perfectos monopetalos regulares quinque lacciniis divisos & semina nuda quaterna rugosa. Est cordiale & vires restaurans.

- - *Branca ursina* est planta flores gerens perfectos simplices pentapetalos in umbellam congestos, & semina nuda post singulum florem bina compressa subrotunda membranacea albicantia. *Discutit & dolores lenit.*

- - *Bryonia* flores gerit perfectos monopetalos regulares quinque fariam divisos, & semina plura baccis rotundis inclusa. Valet contra *cachexiam & hydropem:* adhibetur etiam ad fœtum & menses pellendos.

- - *Buglossa* ejusdem cum Borragine est generis, viresque habet easdem.

- - *Calendula* est planta flore composito ex regularibus & irregularibus simul, explanifoliis, qui radium, & tubulosis brevioribus quinque fariam divisis, qui discum formant, semina

na gerens duplicis figuræ. Ad medicamenta *menses moventia & alexipharmaca* refertur.

Cardiaca plantis jungitur, quæ sunt flore monopetalo irregulari barbato & galeato simul, barba tripartita galea integra, & semina gerunt nuda quaterna, lævia. In *hypochondriorum* inflatione adhiberi solet.

Chærefolium flores gerit pentapetalos in umbellam congestos, & semina nuda ad singulum flosculum bina rostrata oblonga. Magni nominis est in hydrope & calculo *propter virtutem diureticam insignem.*

Chamomilla est planta flores gerens compositos ex regularibus & irregularibus disco radiato, & semina plura nuda solida non papposa. *Discutit flatus* in colica, & valet plurimum ad *inflammationes tollendas.*

Chelidonium majus flores gerit perfectos tetrapetalos regulares, & semina plura splendentia subrotunda pericarpio membranaceo siliquoso simplici inclusa per maturitatem in duas partes dehiscente. Adhibetur in *oculorum morbis & hepatis affectibus.*

Cichorium flores gerit compositos ex flosculis planifoliis & semina plura nuda recurva minus papposa. Est *hepaticum* frigidum.

Cicuta flores gerit perfectos pentapetalos in umbella dispositos, & semina nuda ad singulum florem bina striata minora tumidiuscula. Frequentissime externe adhibetur in obstructione, & *morbis lienis.*

Consolida major. Vid: *Symphytum majus.*

Cynoglossum est herba flore perfecto monopetalo quinquefariam in margine diviso, semina gerens nuda ad singulum florem quaterna lappacea. Est *narcoticum* & *anodynum.*

Cyparissus hortulana flores gerit stamineos semina plura subrufa, longuiscula altera parte rotunda, altera acuminata in

conorum rimis latitantia. *Adstringit* & in dysenteria adhibetur.

Herba Dictamnus albus flores gerit pentapetalos inspicam digestos, semina plura subrotunda nigra splendentia hilo albo notata pericarpio membranaceo inclusa. Est *alexipharmacum & anthelminticum.*

- - *Ebulus* est planta flores gerens monopetalos in quinque lacinias divisos ac umbellatim congestos, & semina solitaria pericarpio succoso inclusa. Est *laudatissimum diaphoreticum.*

- - *Endivia* flores gerit compositos ex flosculis planifoliis & semina nuda non papposa. In *febribus ardentibus* laudatur pro sedando æstu & calore.

- - *Filipendula* est planta flore perfecto hexapetalo regulari, semina gerens nuda ad singulum florem plura compressa in capitulum congesta. Est *alexipharmacum, diureticum, & vulnerarium.*

- - *Filix* dorsifera est & facile primum locum occupat inter *aperitiva & anthelmintica.*

- - *Fragaria* est planta flore perfecto pentapetalo regulari semina gerens plura minora baccæ exterius adnata. Est *diureticum,* & *nephriticum.*

- - *Galega* jungitur plantis quæ flore sunt irregulari tetrapetalo, & semina ferunt oblonga in siliqua longiuscula, ac in æquali contenta. Est *alexipharmacum egregium* in febribus malignis, & vulneribus venenatis cum fructu adhibendum.

- - *Gallium* est planta flores gerens monopetalos regulares quadrifariam divisos plures simul confertos, & semina ad singulum flosculum bina rotunda. In *calculo* commendatur.

- - *Hepatica nobilis* est planta flore polypetalo regulari semina gerens plura nuda. Convenit in *obstructione hepatis.*

- - *Hepatica stellata* est planta flore monopetalo regulari quinquefariam diviso, semina gerens nuda rotunda ad singulum flo-

florem bina juncta. Vulgus illa plus utitur quam medici. Suavissimum infusum præbet Maji tempore.

Herba Herniaria Flosculos gerit imperfectos stamineos ad genicula cauliculorum plures simul junctos, & semina solitaria splendentia, nigra, minuta pericarpio membranaceo quod per maturitatem horyzontaliter rumpitur inclusa. Valet in *hernia & calculo renum* teste Poterio.

- - *Hyosciamus* flores gerit perfectos regulares monopetalos quinquefariam divisos, & semina plura minuta pericarpio membranaceo bicapsulari subrotundo & operculo peculiari tecto inclusa. *Stupefacit, & somnum inducit.*

- - *Lactuca* flores gerit perfectos compositos ex planiflosculis tantum, & semina nuda latiuscula minora compressa sub pappo delitescentia. *Refrigerat* in febribus, *acrimoniamque humorum enervat.*

- - *Levisticum* est planta flore perfecto pentapetalo umbellatim digesto, semina gerens nuda ad singulum florem bina striata majora. Est *carminativum* in affectibus uterinis & flatulentis celebre.

- - *Linaria* jungitur plantis quæ flore sunt monopetalo irregulari clauso & labiato, seminibus pericarpio membranaceo bicapsulari inclusis. Ex hac paratur celebre illud unguentum proficuum *in dolore Hæmorrhoidum*, & Esulæ valde similis est.

- - *Lingua cervina* ad plantas pertinet, quæ florem & semina gerunt in aversa foliorum parte, & a botanicis dorsiferæ dicuntur. *Lieni* succurrit præsertim *in scorbuto.*

- - *Lotus urbana* jungitur plantis quæ sunt flore tetrapetalo irregulari, & semina gerunt rotunda in siliqua angustiore cylindracea.

- - *Marum verum* pertinet ad plantas quæ flore sunt monopetalo irregulari barbato & galeato simul, barba tripartita galea

lea divisa, seminibus nudis quaternis lævibus. Est *hepaticum* egregium.

Herba *Marrubium album* pertinet ad plantas, quæ florem gerunt monopetalum irregularem babatum & galeatum simul, barba quadripartita & galea profundius in duas acuminatas lacinias divisa, & semina ad singulum florem nuda quaterna in perianthio aperto latitantia. *Incidit & attenuat humores viscidos & pituitosos*, qui causantur obstructionem hepatis, mensium suppressionem, & respirationem difficilem.

Mercurialis est planta perfecto monopetalo regulari trifariam diviso, semina gerens subrotunda pericarpio quodammodo aspero inclusa binatim ut plurimum juncta. *Laxat* alvum & humectat, hancque ob causam frequentissime miscetur clysteribus.

Millefolium est planta floribus compositis ex disco & radio in umbellam digestis, quorum singuli singulo insident semini nudo solido non papposo. Millefolium est egregium *vulnerarium* & *alexipharmacum*.

Morsus diaboli seu succisa est planta flore composito ex irregularibus tantum, quorum singuli singulo insident semini nudo solido in capitulum congesto. *Antiscorbuticum est, & aperitivum* remedium.

Nummularia flores gerit perfectos monopetalos regulares quinquefariam divisos ex foliorum alis prodeuntes, & semina plura minuta pericarpio membranaceo subrotundo unicapsulari inclusa. Non præscribitur nisi in infusis traumaticis.

Periclymenum pertinet ad plantas, quæ flore sunt irregulari monopetalo, & semina gerunt baccis inclusa. *Adstringit* in partibus oris relaxatis uvula gingiva, dentibus, & dari etiam potest *in Hæmoptysi.*

Her-

Herba Petroselinum gerit flores perfectos pentapetalos in umbellam congestos, & semina nuda ad singulum florem bina striata minora. Petroselinum est egregium *diureticum.*

- - *Polium montanum.* Flores gerit perfectos monopetalos barbatos & galeatos, nec non semina nuda ad singulum florem quaterna fusca, subrotunda, rugosa in perianthio aperto latitantia. *Cephalicum est & uterinum.*

- - *Potentilla* seu *Anserina* flores gerit perfectos simplices pentapetalos regulares, & semina ad singulum florem plura nuda sublutea, papaveri similia. *Adstringit* in dysenteria adhibita, & plantis pedum cum fermento imposita calorem *febrilem mutat.*

- - *Primula veris* est planta flore monopetalo regulari e tubulo oblongo in quinque lacinias expanso, semina gerens plura minuta pericarpio membranaceo unicapsulari oblongiusculo inclusa. Egregium est *nervinum & anthelminticum.*

- - *Prunella* ad plantas referenda est, quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato, & galeato simul barba tripartita galea integra, seminibus nudis quaternis lævibus. *Adstringit* in relaxatione uvulæ, in angina, vulneribus & ulceribus.

- - *Raphanus* flores gerit perfectos tetrapetalos irregulares semina inæqualiter rotunda pericarpio siliquoso & fungoso inclusa. Convenit in cruditate ventriculi acida & scorbuto.

- - *Sabina* est planta flore imperfecto stamineo semina gerens in conis subrotundis baccis similibus. Recens quovis modo adhibita *menses & fœtum expellit*, & propter vim *digerendi* convenit Erysipelati, & tumoribus œdematosis.

- - *Sambucus* flores gerit perfectos monopetalos in umbellam congestos, & semina terna baccis in latiores racemos congestis inclusa. Juli tempore vernali collecti supra & infra *humores serosos evacuant*: porro etiam egregium existit *diaphoreticum.*

Herba Saxifraga flores gerit perfectos pentapetalos regulares, & semina pericarpio membranaceo bicapsulari bicorni inclusa. Est *vulnerarium* non contemnendum, præscribitur etiam in affectibus renum & vesicæ ubi *urina supprimitur.*

- - *Scabiosa* est planta flore composito ex plurimis flosculis monopetalis quinque fariam sed inæqualiter divisis, quorum singuli singulo insident calyculo, & semina gerit nuda in capitulum congesta singula membranaceo umbilico cristata. Scabiosa *vulneraria* est, *promovens partum*, egregiam exserens *virtutem pectoralem*, & *alexipharmacam.*

- - *Sempervivum* flores fert polypetalos regulares, quorum plures serie quadam succedunt in surculis reflexis summitati caulium insidentes, nec non semina minutissima pericarpio membranaceo multicapsulari in plura cornicula seu siliquas diviso inclusa. Sempervivum *bilem sedat effervescentem, sitim, succusque linguæ* illitus ejus tollit *ariditatem.*

- - *Senecio* est planta florem gerens perfectum compositum ex floribus monopetalis irregularibus & semina nuda papposa. *Adstringit* Senecio, & in gingivarum putredine, & oris scorbuto adhibetur.

- - *Solanum* est planta flore perfecto monopetalo regulari quinquefariam diviso, semina gerens plura compressa seu orbiculata pericarpio succoso seu baccæ inclusa. *Emolliens est anodynum & narcoticum.*

- - *Soldanella* florem habet monopetalum margine fimbriato, & fundo perforato cum capsula cylindriaca polysperma. *Alvum laxat* hæc planta egregrie.

- - *Stæchas citrina* flores gerit compositos ex monopetalis regularibus, florum petalis exsuccis & aridioribus, nec non semina nuda papposa. Externe in suffimigio curat *catarrhos*, Erysipelas, Arthritidem vagam &c. interne autem *fugat lumbricos.*

Her-

Herba Taraxacum est herba flore composito ex irregularibus tantum semina gerens nuda papposa post singulum florem singula in caule nudo non ramoso. Adhibetur in tussi, respiratione difficili, febre tertiana intermittente *incidendi* & *aperiendi fine.*

- - *Vitis* flores gerit pentapetalos regulares & capsulas simplices bacciferas racematim dependentes. Vitis folia *adstringunt* in Dysenteria.

- - *Vrtica mortua* jungitur plantis, quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul, barba quadripartita & galea integra, seminaque gerunt nuda quaterna lævia. Habetur pro specifico in Hydrope.

PARS II.

De *Herbis rarioribus.*

HErba *Abrotanum mas* est herba flore perfecto composito ex plurimis flosculis tubulosis in summitate quinquefariam divisis, quorum singuli singulo insident semini minori, oblongiusculo, nudo, pappo carenti. Hujus acredo aromatica graveolens indicat *vim uterinam*, fragrantia vero camphorata *sudoriferam in malignis*, ob amaritiem *vermes expellit.* Externe laudatur ad *alopeciam*, junctumque cum floribus chamomillæ & seminibus calidis *vim acquirit anodynam & uterinam.*

- - *Absynthium* modo florendi cum præcendente convenit, & ad illud tanquam species pertinet: nec ambo ob folia & amarorem generice distingui possunt. Ob ⊖ volatile °°sum multis fixis sociatum *stomachicum* est, *antihydropicum*, *antifebrile*, *anticolicum*, *antihystericum*, *anthelminticum*, & ob nimiam graveolentiam *somnum inducit.*

Herba Agrimonia est herba flore perfecto pentapetalo regulari, seminibus binis ad singulum florem pericarpio membranaceo aspero inclusis, foliis pinnatis alternis in ambitu serratis. Ob blanda sua ⊖ia fixa & volatilia *deobstruens* est in morbis chronicis, *diureticum*, & *traumaticum*.

- - *Artemisia* est planta flore perfecto composito ex regularibus tantum minimis tubulosis brevioribus insummitate quinque fidis, quorum singuli singulo insident semini minori nudo pappo destituto, foliis dissectis prona parte atro virentibus, subtus incannis. Artemisia flores producit erectos absinthium autem dependentes seu nutantes. *Virtutibus uterinis* artemisia remissior est, quam matricaria. Carbo ad radicem repertus neque praductum radicis est, neque antepilepticus ut vulgo creditur.

- - *Betonica* est planta flore perfecto monopetalo irregulari barbato & galeato simul, barba tripartita galea integra, gerens semina nuda quaterna lævia, foliaque quodammodo rugosa & in ambitu crenata. Ob subtilem suam acrimoniam in qua paucum alcali latitat *diureticum & vulnerarium* est præcipue in *vulneribus & affectibus capitis*.

- - *Bursa pastoris* est planta flore perfecto tetrapetalo regulari semina gerens minuta in pericarpio membranaceo duplici cordiformi cum septo intermedio, foliis humi procumbentibus in circulum digestis. Tam intra, quam extra pro *adstringente & vulnerario* adhibetur; convenit quoque *in sputo sanguinis, hæmorrhagiis* quibusvis, & *pollutionibus nocturnis*.

- - *Calamintha vulgaris* est planta flore perfecto monopetalo irregulari barbato galeato, barba tripartita galea divisa subsequentibus seminibus nudis quaternis, foliis ex opposito binis. Cum mentha conspirat, sed *inflatibus dissipandis* & *mensibus ciendis* potens est, adeo ut & fœtum excludere dicatur. In *artuum doloribus*, *& orthopnæa* appropriatum est medicamen-

mentum. Externe pubi ad *inflammationem uteri*, ut & capiti ad *vertiginem*, & ventriculo *ad vomitum* applicatur.

Herba Carduusbenedictus eſt planta flore perfecto compoſito ex irregularibus tantum in perianthio conſtitutis capitato ſquamoſo, & foliorum ſpinoſorum circulo obvallato, ſemina gerens nuda pappo quidem deſtituta illi tamen intermixta. *Virtute antifebrili* convenit cum centaurio minori, illo tamen mitior eſt. *Sanguinem* præterea *ſolvit coagulatum*, & propterea *in pleuritide convenit.*

- - *Centaurium minus*, cujus notæ ſunt flores in ſummis caulibus & ramis plurimi, ſimul quaſi in umbella juncti, & in lacinias quinque acutas diviſi cum capſulis cylindriacis ac bifidis ſemina plura puſilla in duabus concamerationibus includentibus. Ob intenſam acredinem & amaritiem in qua ⊖ fixum latet *potentiſſime deobſtruit, & acida deſtruit*: unde *in obſtructionibus chronicis, & febribus intermittentibus* primum locum obtinet, *aperit* quoque *hæmorrhoides ſuppreſſas*, & *menſes promovet.* Extra *ulceribus* applicatum illa *mundat & conſolidat.*

- - *Chamædrys* annumeratur plantis quæ ſunt flore monopetalo irregulari barbato tantum, & ſemina gerunt nuda quaterna lævia, foliis in ambitu profundius diviſis ſeu inciſis. Convenit cum Chamæpithi at ſiccior eſt, & validior in acidis infringendis, hancque ob cauſam a nonnullis *in quartana & menſium remora laudatur.*

- - *Chamæpithys* a RIVINO accenſetur plantis quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul barba quadripartita, galea diviſa, ſeminibus quaternis lævibus. Ob reſinoſum ſeu piceum illud, quod tam ex ſapore, quam odore percipitur *anodyna & nervina* eſt, & *in doloribus arthriticis & Iſchiaticis* ſpecifica. In ſpecie in *Aſthmate* laudatur *convulſivo, mictu cruento* & *catarrhis.*

Herba Cochlearia est planta flore perfecto tetrapetalo regulari, semina gerens globosa minora pericarpio membranaceo rotundo & tumido bicapsulari inclusa cum septo intermedio duplicem eorundem seriem disterminante. Cum *armoracia & cortice VVinterano* virtutes possidet easdem: Illis tamen adhuc est *potentior, & penetrantior* ut ejus acredo *passulis* etiam temperanda sit, *lacte & sero lactis.* Optime cum *acetosa* conjungitur, & sic *egregium erit remedium antiscorbuticum.*

- - *Cuscuta* est planta flore perfecto monopetalo regulari unicapsularis & tetraspermos. Nota hæc planta est ob *vim reserandi obstructiones* præcipue *in scorbuto* & *hydrope*: in specie vero laudatur *in bile viscosa* incidenda.

- - *Erysimum* est planta flore perfecto regulari tetrapetalo, semina gerens minora, subrotunda in pericarpio membranaceo bivalvi cum septo intermedio. *Convenit in tussi* pro incidenda mucagine, nec non *in raucedine* ex lympha acida viscida in faucibus hærente.

- - *Eupatorium* est planta flore perfecto composito ex regularibus tubulosis in summitate quinquefariam divisis, quorum singuli singulo insident semini nudo oblongo sub pappo delitescente. Salia aromatica eupatorium obtinet cæteris rigidiora: indeque convenit *in obstructionibus & morbis chronicis a crassa terrestri acida viscosa materia ortis.*

- - *Euphrasia* pertinet ad plantas quæ flore sunt monopetalo irregulari patulo, & quatuor laciniis diviso, seminibus pericarpio membranaceo bicapsulari inclusis. Ob ⊖ tenue blandum acidas sordes abstergens *oculis, illorumque inflammationibus dicata est.*

- - *Fumaria* est herba flore dipetalo irregulari floris labio superiori & inferiori integro monospermos. Salibus quodammodo subtilioribus & penetrantioribus gaudet, quam centaurium & carduus benedictus, & propterea *sanguinis*

nis acidam dyscrasiam corrigendo in morbis chronicis, *malo hypochondriaco, scorbuto, scabie* & *quartana* singularis est efficaciæ.

Folia Gratiolæ. Gratiola jungitur a Rivino plantis flore monopetalo irregulari patulo quinque laciniis diviso, seminibus minutis pericarpio membranaceo bicapsulari inclusis. *Aquas hypochondriacorum & hydropicorum fortiter tam per superiora, quam inferiora educit, & in enecandis & expellendis vermibus efficacissima est.* Corrigitur Zinzibere, mac. cinam., specificatur in malo hypochondiaco cochlearia. Datur pulvis ad ℈ij, infusum ad ℥ij, succus inspissatus ad ʒj & aliquando ad ʒj ß. optimum est extractum cum 🜄 factum a ℈j ad ʒß, conserva foliorum ad ℥ij.

— *Hedera terrestris* a RIVINO refertur ad plantas flore irregulari monopetalo galeato & barbato simul, galea divisa & barba quadripartita, seminibus nudis lævibus quaternis. Symbolisat cum Veronica eam tamen ob ⊖ia temperata, quibus & nonnulla volatilia sunt admixta, & *ratione virtutis antiphtificæ* superat.

— *Horminum* juxta RIVINI mentem pertinet ad plantas, quæ sunt flore irregulari monopetalo barbato gaelato simul barba tripartita galea integra seminibus nudis lævibus quaternis. *In colica & passione Hysterica, ut & fluxu albo mulierum, & ♀e stimulanda* singulariter prodest ut melissa datum.

— *Hypericum* est planta flore perfecto pentapetalo gerens semina plura minuta oblongiuscula teretia subfusca pericarpio membranaceo tricapsulari inclusa. Hujus virtutes videantur sub semine Hyperici.

— *Hyssopus* quoad RIVININAM methodum pertinet ad plantas quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul, barba quadripartile galea divisa, gerentes semina post

sin-

singulum florem nuda quaterna in perianthio aperto latitantia. *Ob vim aromaticam temperatiorem pectori dicatur, tussique & Pleuritidi medetur.* Datur *decoctum, infusum, Syrupus* ▽ *destillata.*

Herba *Majorana* quoad RIVINIANAM methodum pertinet ad plantas, quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul barba tripartita galea divisa, & semina gerunt nuda lævia quaterna. Mitior est *origano*, & *specifica in catarrhis, obstructionibus, doloribus capitis, vertigine & morbis soporosis.*

- - *Malva* est planta flore perfecto monopetalo regulari quinquefariam diviso gerens semina reniformia ad singulum florem plura in circulum arcte coagmentata, singula pericarpio membranaceo obducta. Malva convenit cum althæa illa tamen est debilior.

- - *Matricaria* est planta flore perfecto composito ex regularibus & irregularibus simul discum formantibus radiatum. Discum constituunt plurimi flosculi tubulosi in summitate quinquifidi & radium plurimi planifolii. Post singulos flores sequuntur semina singula minora nuda solida oblongiuscula absque pappo in perianthio delitescentia. *Uterina* est matricaria & *anodyna*, succusque in majori dosi exhibitus *alvum subducit.*

- - *Melissa* jungitur plantis, quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul, barba tripartita, galea divisa, & semina gerunt quaterna nuda lævia. Ob ⊖ia sua aromatica valde spirituosa analogiam quandam cum ♎tibus nostris habentia summum *cardiacum* est & *analepticum.* Hinc *in subitanea virium prostratione* & *amissa memoria,* & *in palpitatione cordis* specificum est. Commendatur etiam ad *epilepsiam, maniam, & sterilitatem.*

- - *Mentha* est planta flore monopetalo irregulari barbato & galeato simul, barba tripartita galea divisa, seminaque gerunt lævia,

via, nuda, quaterna. Hujus ⊖ aromaticum *ventriculum ejusque fermentum auget & confortat* ut ſpecifica audiat *in cholera, vomitu, colica anorexia, ſingultu & vertigine. Uterina* præterea eſt, *& confortans, in decocto, conſerv. infuſ.* △ ♎ ☍ *Elix.*

Herba Naſturtium eſt planta flore perfecto ſimplici tetrapetalo regulari, ſemina gerens in pericarpio membranaceo ſiliquoſo breviſſimo cum ſepto intermedio. Virtute *antiſcorbutica* naſturtium remiſſius eſt cochlearia, cæterum potenter *pellit urinam,* & in *verme pericardii pellendo* ſingularem habere dicitur virtutem.

- - *Nepeta* refertur ad plantas quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galento ſimul, barba tripartita galea diviſa & ſemina gerunt lævia nuda quaterna. Nepeta in *uteri affectibus, in menſium & lochiorum remora* tam interne, quam externe ſpecifice uſurpatur. Ingreditur etiam *balnea uterina & nervina.*

- - *Nicotiana* eſt planta flore perfecto monopetalo regulari in quinque lacinias diviſo, ſemina gerens plura ſubfuſca minora pericarpio membranaceo oblongo bicapſulari incluſa. Hujus vis potenter incidendi aperiendi, & reſolvendi, ut & *purgandi aquas tam ſupra quam infra* conſiſtit in ⊖e tam fixo quam volatili, vis ſomnum *inducendi & ſtuporem, dolorem mulcendi* conſiſtit in pinguedine ſeu glutinoſitate volatili.

- - *Origanum* eſt planta flore monopetalo irregulari barbato & galeato barba trifida galea diviſa, pluribus e capitulis ſquamoſis prodeuntibus ac in verticillos congeſtis ſemina gerens, lævia nuda quaterna. Origanum *Creticum & Hiſpanicum* inter plantas ⊖e aromatico ☍oſo volatili conſtantes penetrantiſſimum eſt, & ſpirituoſiſſimum, & propterea *in obſtructione contumaciſſima, in morbis catarrhoſis & hyſtericis ſpecificum.*

Herba parietaria flores producit perfectos monopetalos regulares in diversas lacinias divisos,& semina pericarpio membranaceo quadrifido inclusa splendentia, oblonga, ad singulum florem singula. Ob ⦶osum suum ⊖ *faces emollit & promovet*, *urinam ducit* ejusque *ardorem temperat.*

- - *Persicaria* plantis annumeratur flore perfecto monopetalo in varias lacinias diviso, semina gerentibus nuda solitaria subrotunda compressa & cordiformia in perianthio latitantia. Persicaria *ob* ⊖ *volatile penetrans, aperiens, & resolvens* summe commendatur *in obstructione hypochondriorum, mesenterii, & aliorum viscerum*,& ob nimiam acrimoniam *temperatur passulis.*

- - *Pimpinella* est planta flore pentapetalo regulari,semina gerens parva oblonga striata triangulata pericarpio membranoso rugoso quadrato inclusa. *Cum hedera terrestri, Veronica, agrimonia vires habet easdem, & singulare quid obtinet in dysenteria, & sanguine purgando.*

- - *Polygonum* refertur ad plantas flore monopetalo regulari in quinque lacinias diviso, seminibus triquetris solitariis. Polygonum præter *virtutem vulnerariam*, habet quoque specificam *in hæmoptysi & quavis hæmorrhagia.* Externe *applicatur carpis manuum ad æstum febrilem sedandum.*

- - *Pulegium* pertinet ad plantas quæ sunt flore irregulari monopetalo barbato & galeato simul, barba tripartita galea divisa, & semina gerunt nuda lævia quaterna. *Menthæ vel calaminthæ* pulegium est *analogum*, at præstantius *in tussi clamosa*, & in *mensibus & lochiis pellendis* nulli secundum.

- - *Pyrola* flores gerit perfectos pentapetalos regulares semina plura minutissima capitulo anguloso inclusa. Pyrola *virtute vulneraria*, quæ sola de hujus foliis innotuit cæteris omnibus congeneribus præfertur.

- - *Rosmarius* a Rivino annumeratur plantis quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul,barba tripar-

tita

tita galea divisa, & semina gerunt lævia nuda quaterna Rosmarinus præter vires *analepticas* valet etiam in *uteri, capitis, & nervorum obstructionibus*, ut & *in colica, fluore albo & memoriæ debilitate.*

Herba Rutæ. Ruta est planta flore perfecto tetrapetalo regulari, semina gerens pericarpio membranaceo duriusculo quadricapsulari inclusa nigricantia triangulata atque recurva. Ruta vim aromaticam penetrantem & ♎-tuosam obtinet cui & ⊖ia fixa sunt associata: unde in *morbis chronicis acutis & malignis* indubitatum promittit effectum. Vis imagis concentrata *in capsulis seminalibus consistit.*

- - *Salvia* pertinet ad plantas, quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato barba quadripartita galea divisa, semina gerentes lævia, nuda quaterna. Salvia *cum roremarino* quidem convenit, sed medetur præterea *epilepsiæ, paralysi, virginum cachexiæ, & leucophlegmatiæ* consensum cum utero habenti, ut *& podagræ & arthritidi.*

- - *Sanicula* plantis annumeranda est flore perfecto pentapetalo regulari in umbellam minorem congesto semina gerentibus nuda ad singulum flosculum bina lappulata. Cum cæteris suæ sortis ad *vulneraria tam interna, quam externa refertur.*

- - *Satureja* jungitur plantis quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul barba tripartita galea divisa semina gerentibus nuda, lævia quaterna. *Thymo respondet*, & fabis additur ad illarum flatulentiam tollendam, ♀emque *stimulat.*

- - *Scordium* plantis flore perfecto monopetalo irregulari annumeranda est, barbato tantum & semina gerentibus nuda, quaterna lævia. Scordium *alexipharmacum est, antipestilentiale, & polychrestum in malignis & lumbricis.*

- - *Folia Sennæ* ad plantas pertinent flore perfecto pentapetalo regalari semina gerentes plura quadrata compressa subfusca,

in pericarpio siliquoso oblongo simplici, multis isthmis distincto. Senna *blandum polychrestum & catholicum purgans constituit humores quosvis movens, & per alvum blande educens* in substantia ad ℈ij vel ʒj in infuso ad ℥ß data.

Herba *Serpillum* jungitur plantis quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul barba tripartita galea divisa,& semina gerunt quaterna, nuda, lævia. Coincidit cum majorana, & datur ut Majorana.

- - *Tanacetum* flores gerit perfectos compositos discoideos disco nudo ex plurimis flosculis tubulosis brevibus in summitate quinquefariam divisis composito, & semina plura nuda non papposa. *Quoad vires cum abrotano & matricaria convenit.*

- - *Thymus* pertinet ad plantas quæ sunt flore monopetalo irregulari barbato & galeato simul barba tripartita galea divisa,& semina gerunt quaterna nuda lævia. *Thymus gratior est serpillo, & tanquam aroma cibis crudioribus adhibetur.*

- - *Tussilago* ad plantas referenda est quæ flore sunt composito discoideo disco radiato ante folia erumpente, semina gerentes post singulos flores singula popposa. Hujus folia tenuiorem habent mucilaginem, quam Altheæ folia. Hinc specificum constituunt *in tabe, phtisi,ulcere pulmonum & aliorum viscerum, in vomica pulmonum & catarrhis ⊖sis.*

- - *Verbascum* plantis accensetur floribus perfectis monopetalis regularibus quinquefariam divisis in longam spicam seu thirsum congestis , semina gerentibus plurima minuta fusca oblongiuscula rugosa in pericarpio membranaceo bicapsulari oblongo, rotundo ad singulum florem singulo. Verbascum *ob mucaginem emollientem terreis junctam convenientissimum est in tenesmo, dysenteria, dolore hæmorrhoidum, procedentia uteri, & ani.*

- - *Verbena* ad plantas pertinet quæ flore sunt irregulari monopeta-

petalo barbato & galeato ſimul barba tripartita & galea diviſa, & ſemina gerunt quaterna nuda lævia. Verbena *adſtringens eſt, & cephalia.*

Herba *Veronica* ad plantas refertur quæ flore ſunt monopetalo irregulari patulo quatuor laciniis diviſo, & ſemina geunt pericarpio membranaceo bicapſulari incluſa. Ob ⊖ia temperata *diureticum* eſt remedium, & *vulnerarium chamæpyti reſpondens.*

- - *Violaria* plantis annumeranda venit, quæ flore ſunt pentapetalo irregulari caudato, ſemina gerens ad ſingulum florem plura in capſula ſeminali per maturitatem in tres carinas dehiſcente. Violaria virtute emolliente & laxante cum parietaria convenit: juvat etiam expectorationem cum floribus propriis cocta & exhibita.

- - *Virga aurea* ad plantas pertinet floribus perfectis compoſitis pluribus ſimul in thyrſum congeſtis diſcoideis radiatis. Diſcum conſtituunt floſculi tubuloſi, & radium fiſtulares ſequente poſt ſingulos flores ſemine ſingulo nudo pappeſcente. Ob ⊖ ⊕oſum particulis terreis immerſum *diuretica eſt & traumatica.*

CAPUT V.

De Floribus.

FLores *Acaciæ* ſunt flores pentapetali regulares albicantes ſaporis nauſeaſi, odoris non ingrati. Adhibentur ad *laxandam alvum* recentes & *ſanguinem depurandum. Diaphoretici* etiam ſunt & in pleuritide conveniunt.

- - *Aurantiorum* ſunt flores perfecti pentapetali regulares candicantes imo fructui adnati odoris ſuaviſſimi. Aquam Naphæ præbent in *partu difficili* ſumme laudatam. Externe *uſum coſmeticum* præſtant

Flores *Bellidis* ſunt flores perfecti compoſiti ex regularibus & irregularibus diſcum radiatum conſtituentibus. Qui diſcum circumdant ſunt floſculi planifolii monopetali: radius autem componitur ex tubuloſis brevioribus in ſummitate quinquefariam diviſis. Sunt *pectorale* antiphtiſicum expertiſſimum, & viſcerum *confortativum*.

- - *Conſolidæ regalis* ſunt flores perfecti pentapetali irregulares poſterius calcari donati. *Diureſin* excitant, & *renes purgant*.

- - *Fabarum* ſunt flores perfecti tetrapetali irregulares papilionacei. Sunt *coſmetici*, uſumque præterea habent nullum.

- - *Geniſtæ* ſunt flores perfecti tetrapetali irregulares papilionacei, & in morbis *ſpleneticis* adhiberi poſſunt.

- - *Liliorum alborum* ſunt flores perfecti hexapetali regulares erecti, qui *partum promovent*, & fluxum lochiorum. Conveniunt etiam in *affectibus thoracicis*, aſthmaticis &c.

- - *Perſicorum* ſunt flores perfecti pentapetali regulares vim habentes alvum *laxandi*.

- - *Anthos* ſunt flores monopetali irregulares barbati & galeati barba tripartita, galea diviſa. Recentiores ſunt *ſubtiliores & ſpirituoſiores, quam folia cum quibus tamen conveniunt.*

- - *Borraginis* ſunt flores monopetali regulares in quinque lacinias acutas diviſi. *Cardiacis* annumerantur flores borraginis dum ſua aquoſitate ⊖ia acida terreſtria ſeu melancholica ♎ ſuffocantia diſſolvunt, hinc *melancholicis & hypochondriacis conveniunt:* proſunt quoque ſpecifice *ad menſium ſuppreſſionem*.

- - *Bugloſſæ* ſunt flores monopetali regulares in quinque lacinias obtuſas diviſi. Vires flores bugloſſæ cum floribus borraginis habent easdem.

- - *Calendulæ* ſunt flores compoſiti ex regularibus & irregularibus ſimul ſeu diſcoidei radiati, diſcum conſtituentibus floſculis regularibus. Conſpirant flores calendulæ cum floribus Keiri; ſed in *menſibus pellendis* tantæ ſunt efficaciæ ut illos etiam

iam calendularum odorem ſpiraſſe nonnulli affirment, *fœtum* etiam *pellunt*, & *virtutem habent alexipharmacam*: unde in Variolis, morbillis peſte aliisque malignis, ut & in ictero conveniunt.

Flores *Chamomillæ* cum præcedentibus conveniunt, & ſunt duplices Romanæ nimitum & vulgares: & licet Romanæ habeantur penetrantiores, quam vulgaris, tamen in his potior *vis anodyna eſt.* Cæterum utriusque flores aliquid *balſ mici volatilis in ⊖ibus tam fixis, quam volatilibus fovent*, a quo dependet *vis ſingularis acria quævis mulcens & obtundens*; hinc in *cardialgia, Colica* ſimplici, & convulſiva, nec non nephritica, & *omnibus flatulentiis diſcutiendis* nulli cedunt, promovent quoque *lochia, menſes, & dolores poſt partum tollunt*, & *conducunt in lacte cocti contra dyſuriam.*

- - *Cheiri* ſunt leucoji vulgaris tetrapetali regulares lutei, ſaporis ſubacris ſubamari. Inſpecie flores cheiri *utero dicantur*, in *pellendis menſibus* & *lochiis* laudantur, & ut *nervinum & diſcutiens in paralyſi & apoplexia* adhibentur.

- - *Croci.* Crocus non producit flores petalis ſenis conſtantes ſed regulares monopetalos in ſex lacinias totidem petala imitantes, quæ tubum medium cingunt diviſos. Crocus optimus ex Anglia ad nos defertur. In India orientali ipſe non creſcit, ſed ad Indos ex noſtris regionibus defertur. Conſtat ⊖ibus fixis & volatilibus fragrantiſſimis & penetrantibus junctis blando oleo, hinc *aromaticus* eſt & *anodynus*, diſcutit mirifice, *pectoralis* eſt, *cordialis*, *ſtomachicus*, *cephalicus*, *& uterinus.*

- - *Cyani* pertinent ad flores compoſitos ex regularibus & irregularibus ſimul. Flores marginales quaſi bilabiati ſunt labio inferiori brevi & in tres lacinias diviſo, ſuperiori quadrifido, & minus profunde diſſecto, cujus os in latus expanditur. Ejusdem flores cyani ſunt virtutis

tis cujus sunt borragrinis & buglossæ, potentius tamen *urinam pellunt*, quapropter *hydropicis censentur utiles.*

Flores Lavendulæ sunt flores irregulares monopetali barbati & galeati simul barba tripartita galea divisa. *Virtutibus cephalicis uterinis & nervinis* rorismarini floribus multo sunt præstantiores & penetrantiores. Hinc in *soporosis & catarrhosis morbis* magnificis laudibus extolluntur. Horum odorem fugiunt *pediculi blattæ & alia insecta*, hancque obcausam in illis fugandis conducunt.

- - *Liliorum convallium* sunt flores perfecti monopetali regulares, quorum plures in singulis caulibus in unam partem vergunt nudi & dependentes margine in sex lacinias dissecto. *Virtute coincidunt cum floribus tiliæ*; sed præstantiores sunt. Externe naribus admoti *sternutationes* provocant,

- - *Malvæ hortensis* ad flores monopetalos regulares pertinent quinquefariam divisos. Ob viscositatem & *vim adstringendi, quam in recessu relinquunt* in specie medentur *inflammationi & exulcerationi faucium, gingivarum & uvulæ. Commendantur* quoque ad *Erysipelas.*

- - *Meliloti* referuntur ad plantas flore tetrapetalo irregulari. Blandum discutiens ⊖ volatile temperatum quadam unctuositate habent: quam ob causam interne inter *expectorantia* recensentur; potior tamen illorum usus externus est cum *discutiant, emolliant, & dolores mitigent.*

- - *Nymphææ* compositi sunt ex pentapetalo & polypetalo, & conveniunt cum radice propria.

- - *Papaveris erratici* sunt flores perfecti tetrapetali, petalis admodum fugacibus. Flores papaveris erratici ob mucaginem volatilem acrem & amaram blande discutiunt, moderate *incrassant, leniunt, mulcent & somnum inducunt*: & hanc ob causam conveniunt *in pleuritide, aliisque pulmonum affectibus*, nec non *in hæmorrhagiis, & nimio mensium fluxu.*

- - *Pæoniæ* sunt flores rubentes polypetali regulares saporis fatui, odo-

odoris nullius. *Conveniunt cum radice & seminibus.* Constant particulis aquosis mucilagine volatili & crassa obquam *antepileptici* sunt.

Flores Primulæ veris sunt flores perfecti monopetali regulares, e tubulo longo in quinque lacinias expansi, calyces quasi bullati lychnidum fere instar. *Tiliæ & lavendulæ floribus respondent*, & in specie *in paralysi laudantur, & doloribus sistendis.*

- - *Rosarum* floribus accensentur, qui ex quinque constant petalis regularibus & sunt duplices rosæ sc. *pallidæ*, & *rubræ*. Flores rosarum pallidarum alvum *laxant*, *adstringunt*, & *roborant.* Flores rosarum rubrarum magis *adstringunt*, *pectorales sunt, cordiales, & traumatici.*

- - *Salviæ* flores sunt monopetali irregulares barbati & galeati, barba quadripartita, & galea divisa. Floribus salviæ folia sunt præstantiora.

- - *Sambuci* sunt flores perfecti albicantes monopetali regulares, in quinque lacinias divisi, ac umbellatim congesti. Flores sambuci *sudores movent, alvum blande subducunt, lac augent, cephalici sunt, & traumatici.*

- - *Stæchados* flores sunt perfecti monopetali irregulares barbati & galeati simul, barba tripartita & galea divisa. Flores stæchados inter aromata *cephalica, pulmonica, nervina, & uterina recensentur.*

- - *Tiliæ* sunt flores perfecti pentapetali, plurimis staminulis luteis referti. Flores tiliæ *capiti, nervis, & -tibus dicantur*, & in specie conveniunt *in vertigine, convulsione, epilepsia, suffocatione hypochondriaca*

- - *Tunicæ* sunt caryophylli hortensis flores pentapetali regulares in extremitatibus serrati, & *in roborando capite, morbisque malignis* commendantur *stimulati caryophyllis aromaticis.*

- - *Verbasci* sunt flores monopetali quinquefariam divisi, & in

 lon-

longam ſpicam ſeu thyrſum congeſti. *Reſpondent hi flores foliis illis tamen ſunt præſtantiores.*

Flores *Violarum* ſunt violæ martiæ purpureæ flores pentapetali oblongi purpurei, poſterius obtuſo calcari notati. *Pectorales* ſunt violæ, *cordiales & refrigerantes.*

CAPUT VI.

De Fructibus & Seminibus.

PARS I.

De Fructibus.

FRuctus *Alkekengi* ſunt baccæ ſolani veſicarii rubicundæ folliculo per maturitatem ruſeſcenti incluſæ, continentes ſub pellicula tenui pellucida pulpam flaveſcentem & ſemina orbiculata rugoſa. Saporem habent hæ baccæ ſubacrem & amaricantem, odorem vero nullum. Virtus illarum conſiſtit *in* ⊖*e diuretico* materiam peccantem per vias urinarias evacuante.

- - *Amomum* ſunt caſſiæ caryophyllatæ baccæ rotundæ ex fuſco nigricantes, includentes ſub tenui pellicula, & ſubſtantia fungoſa binos acinos nigros parvos, tenui membrana veſtitos, ſaporis & odoris caryophyllis ſimilis. *Vires cum caryophyllis habent easdem*, ſed illis ſunt debiliores, & in ſpecie conferre dicuntur *in vertigine.*

- - *Amygdalæ* ſunt oſſicula oblonga, quodammodo compreſſa multos inſculptos oſtendentia ſcrobiculos, nucleumque includentia pluribus foveis ornatum, ſuperne acuminatum dulcem aut amarum: proindeque Amygdalæ *dulces* ſunt

aut

aut *amaræ.* Dulces *nutriunt demulcent*, *& laxant*: utræque autem *diureticæ* sunt, *calculumque*, *nephritidem & pleuritidem curant.*

Fructus Anacardii est fructus arboris Marlabaricæ Oepata dictæ compressus, aviculæ cordis figuræ, & nigricans. Includit hic fructus sub duplici involucro nucleum solidum albicantem, saporis subdulcis, & intra duplex hoc involucrum liquorem melleum glutinosum rufum saporis acris & exurentis. Nucleus anacardii *pistacirum loco adhiberi potest*: *liquor* autem *scirrhos etiam durissimos miraculi instar dissipat.*

- - *Anthophylli* sunt fructus arboris caryophylliferæ Tsinka dictæ maturi *caryophylli* autem immaturi cuivis noti. Caryophylli sunt anthophyllis præstantiores in *morbis soporosis*. Gaudent præterea *virtute carminativa*, *purgantibus tanquam corrigens junguntur*, & singulare quid obtinent *in frigore febrium intermittentium.*

- - *Juniperi* vulgaris fruticosæ sunt *baccæ* rotundæ per maturitatem nigricantes includentes sub tenui pellicula pulpam & acinos tres oblongos triangulares. Saporem habent hæ baccæ subacrem subdulcem & resinosum cum odore fragrante. Urinam movent baccæ juniperi, sudorem & sunt stomachicæ ad ℨj in substantia datæ.

- - *Lauri* vulgaris sunt *baccæ* oblongæ rotundæ nigricantes includentes sub cortice tenui nucleum geminum nigricantem saporis acris aromatici amaricantis & oleosi, odoris non ingrati. *Anodynæ* sunt, *diureticæ* & *carminativæ.*

- - Myrti seu *baccæ myrti* sunt baccæ carnosæ pulpam continentes mediante membrana in tres cellulas divisam, polyspermæ *adstringentes* & *stomachicæ.*

- - Glandis unguentariæ seu *Balanus Myrepsica* sunt fructus avellanæ magnitudine triquetri continentes sub cortice pellucido nucleum pinguem oleosum saporis subacris amari & oleosi, odoris nullius. *Ob vim purgantem* referri quidem debet

ad purgantia; sed ob vim nimis tardam ex horum censu utplurimum proscribitur. ℅ *expressum inservit pro menstruo ad extrahendos florum adoratorum odores.*

Fructus Benzal seu *Cardamomum* sunt capsulæ hujus plantæ seminales triquetræ pallescentes tribus per longitudinem distinctæ cellulis quibus includuntur acini angulosi ex fusco nigricantes involuti tenui & albicanti pellicula *saporis & odoris acris & aromatici.* Duæ hujus fructus reperuntur species cardamomum nimirum *majus & minus.* Minus majori est præstantius virtute gaudens *aromatica cephalica* in substantia ad ℈ß exhibitum & in infuso ad ʒß.

- - Balsami seu *Carpobalsamum* sunt fructus oblongo rotundi, rugosi, piso minores spadiceo fusci in parvum aculeum desinentes, includentes *medullam balsamicam grati odoris cum balsamo Ægyptiaco vires habentem easdem.*

- - *Cassiæ fistulæ Alexandrinæ* est siliqua oblonga cylindracea nigricans, includens sub putamine duriusculo corticoso semina depressa nitida fulva, & pulpam nigricantem melleam. *Pulpa purgat bilem serum, & urinam.* Datur pulpa recenter ex fructibus extracta ab ℥j ad ℥ij.

- - *Cataputiæ majoris* seu ricinus Americanus sunt fructus oblongi ovales una parte convexi & altera depressi, includentes sub pellicula corticosa tenui duriuscula nucleum candidum bipartitum saporis subdulcis acris nauseosi. Serum evacuant grana in emulsione aut substantia exhibita.

- - *Cataputiæ mediæ* seu ricinus Medius sunt fructus oblongi, ovales, faba minores, includentes sub pellicula corticosa livida & maculosa nucleum bipartitum album pinguem, saporis subdulcis acris, nauseosi. Vim habet *purgantem, & serum evacuat cum aqua.* Dantur grana in emulsione ad ʒß vel ʒj in substantia a gr. xv. ad gr. xx.

Fru-

Fructus *Cataputiæ minoris* ſunt lathyridis majoris grana oblonga rotunda ovalia piſo majora, includentia ſub pellicula corticoſa nucleum album pinguem. Surſum & deorſum ſerum potentiſſime evacuat. Hinc ut Eſula hydropicis rubuſtioribus conducit in ſubſtantia a gr. v. ad vij. & x. exhibitus.

- - *Colocynthidis* ſunt fructus rotundi, pugni magnitudine, ex flavo virides includentes ſub cortice tenui coriaceo medullam candidam fungoſam levem, & ſemina parva compreſſa oblonga cucumeracea albida, ſaporis acris amari & nauſeoſi. Inter purgantia vegetabilia colocynthis eſt validiſſima, & *humores quosvis viſcido pituitoſos* ex intimis quaſi receſſibus *provocat & per ſuperiora*, frequentius tamen *per inferiora educit. Vermibus* quoque tam interne, quam externe *contrariatur.* Datur ejus reſina ad gr. x. extractum ad gr. xij.

- - Curane ſeu *cubebæ* ſunt convulvuli javanenſis curane dicti grana rotunda piperi ſimilia paulo tamen majora fuſca rugoſa ſcabra, cum appenſo tenui pediculo caudæ inſtar, includentia ſub tenui cortice nucleum parvum rotundum foris nigricantem, intus albicantem ſaporis aromatici potenter acris, odoris ſvavis. *Cephalicæ* ſunt cubebæ, *confortantes* & *aphrodiſiacæ* in ſubſtantia datæ a gr. v. ad viij, & in infuſo ad ℥ij in ⚗ ♌ ad gtt ij.

- - Palmæ majoris ſeu *Dactyli* ſunt palmæ majoris dactyliferæ fructus oblongo rotundi glandium magnitudine & forma ſed paulo majores, includentes ſub pellicula fulva & tenui pulpam melleam ſubdulcem, & ſub hac nucleum oblongum durum per longitudinem ſulco notatum. *Mulcet & temperat* illorum caro, *pectoralis* eſt, & cum nucleis in *urinæ vitiis* convenit.

- - *Ficus* communis ſunt fructus pyriformes coloris ex flavo fuſci intus copioſiſſimis granulis per pulpam infarcti, ſaporis

 ſub-

ſubdulcis odoris noningrati. *Acria quævis mulcent, urinam pellunt, maturant, emolliunt,* & *virtutem* obtinent *traumaticam.*

Fructus Quercus excrementitii ſeu *Gallæ* conveniunt cum glandibus, cortice & foliis quercus: in gallis vero *major vis adstrictoria* eſt *cum auſteritate.*

- - Ricini arboreſcentis *ſeu grana tilli* ſunt pinus Indicæ nucleo purgante fructus oblongi ovales cataputia media majores una parte gibbi altera paulo planiores IV. levibus angulis notati, includentes ſub pellicula corticoſa cinerea nucleum albicantem pinguem oleoſum ſaporis exurentis. *Humores ſeroſos viſcidos & tenaces potenter incidunt & per ſuperiora æque ac inferiora educunt.* Datur inſubſtantia nucleus ad gr. iij. vel v. germen a gr. j. ad gr. ij. oleum expreſſum ad gr. j. & extractum ad gr. iij. & v.

- - Ilicis aculeatæ cocciglandiferæ ſeu *grana chermes* ſunt hujus arboris grana excrementitia rotunda, piſi magnitudine rubicunda. Dum recentia ſunt ſcatent vermiculis & ſucco ſanguineo fatiſcente in annoſis inſubſtantiam raram fungoſam coloris ejusdem ſaporis ſubacris ſubamaricantis odoris ingrati. Aceto aſperguntur ut vermiculi pereant, & ⊖e *aromatico blando ſpiritus augente & confortante* conſtant.

- - Jujubæ majoris ſeu *jujubæ* ſunt pruna olivæ magnitudine & forma punicea, involventia ſub pellicula craſſiuſcula oſſiculum oblongum utrinque acuminatum incluſum pulpæ molli fungoſæ ſaporis mellei & vinoſi. *Symbolizant cum ficubus & dactylis, ingrediunturque decocta pectoralia & nephritica.*

- - *Laureolæ* ſunt baccæ rotundæ pipere majores rubentes per maturitatem nigricantes, includentes ſub tenui pellicula nucleum rotundum ſaporis feridi & nauſeoſi. *Purgant ſerum & aquam potenter.* Extractum cum 🜄 factum datur ad ℈ß.

Fru-

Fructus *Mespili.* Mespilum immaturum potenter adstringit; maturum autem facile fermentescit, ventriculoque debili & intestinis nocet.

- - *Myrobolanorum* quinque sunt species nimirum.

- - *Bellirica* sunt Myrobolani rotundæ belliricæ seu arboris pruniferæ Indicæ fructus rotundi aut angulosi magnitudine Gallæ majoris in pedunculum crassum desinentes ex rubigineo flavescentes, includentes osficulum durum sub putamine carnoso duriusculo saporis adstringentis subdulcis.

- - *Myrobolani chebulæ* sunt arboris Quebuli fructus oblongi omnium maximi rugosi coloris fusci obscuri, continentes sub putamine carnoso osficulum oblongum, crassum, & cavernosum.

- - *Myrobolani* Emblicæ sunt arboris Embelli dictæ fructus rotundi sexangulares belliricis minores ex cinereo nigricantes, continentes osficulum leve pallidum avellana minus, hexagonum tribus cellulis insigitum, & in hoc nucleum pomaceum spadiceum triangularem.

- - *Myrobolani citrinæ* sunt arboris Azafar fructus oblongi, rotundi, quinque angulis rugosi chebulis minores, coloris citrini, includentes sub putamine carnoso osficulum angulosum.

- - *Myrobolani Indæ* sunt arboris Asuar dictæ fructus oblongi reliquis graciliores & tenues, superficie octangulari solidi & duri intus & extus piceæ nigredinis instar bitaminis judaici.

- - *Constant ⊖e purgante blando cum substantia terrea subadstringente.* Dantur in infuso ad ℥ij, in decocto autem ad ℥iß in substantia ad ʒj.

- - Palæ seu *Nux moschata* est arboris nuciferæ aromaticæ Pala dictæ nucleus rotundus aut oblongus & solidus, exterius quo-

quodammodo rugosus & cinereus, intus pallide flavescens venis albicantibus hinc inde interpolatis saporis acriusculi aromatici, simulque pinguis, odoris fragrantis satisque grati. Huc pertinet etiam *macis* seu nucis moschatæ cuticula membranacea crassiuscula ramosa quasi reticulata ex aureo flavescens incumbens putamini corticoso cui medulla nucis moschatæ est inclusa. Macis ⊖ aromaticum ℅ sociatum paulo *temperatius est, quam caryophyllorum, & suas operationes blanda vi anodyna absolvit.* In substantia datur ad gr. x. & in infuso ad ʒij. *Maci respondet nux moschata sed temperatior est, magisque adstringit cum majore quadam virtute anodyna*, ut macis data.

Fructus Caniram seu *Nux vomica* sunt nuclei fructus arboris Malabaricæ orbiculati plani compressi, cornea duritie colore argenteo foris parum lanuginosi saporis amari. ⊖*e purgante emetico adeo hostili* constat nux vomica ut citra convulsionis metum vix assumi queat.

- - Vitis sunt *passulæ majores, & minores.*

- - Uvæ passæ seu *passulæ majores* sunt baccæ exsiccatæ depressæ rugosæ ex obscuro rufescentes, continentes sub pellicula tenui acinos angulosos involutos pulpæ melleæ subrufæ.

- - *Minores* sunt uvæ passæ minores seu passulæ corinthiacæ, quæ præferuntur majoribus. *Laxant* passulæ *emolliunt, leniunt, & temperant, aperiunt & deobstruunt.*

- - Therebinti Indicæ seu *pistaciæ* sunt fructus oblongus angulosus avellanæ magnitudine, una parte elatior, altera vero depressior costa notatus. Sub putamine includitur nucleus ex albo virescens saporis oleosi subdulcis *cum amygdalis dulcibus conveniens, potenterque augens genituram ut amygdalæ datus.*

- - Pini sativæ seu Nuclei *Pini* sunt nuclei oblongi, candidi pingues

gues inclusi ossiculis crassis & duris in turbinato & squamoso cono dispositis saporis subdulcis. Virtute *pistaceis accedunt* : in specie autem in *pectoris & viarum urinariarum, & urinæ vitiis commendantur.*

Fructus pruni Damascenæ seu *pruna Damascena* cuivis nota sunt. *Laxant alvum* & nimia in quantitate assumta *dysenteriam & alvi fluxus excitant.*

- - Sebestenæ domesticæ seu *Sebesten* sunt fructus prunis domesticis similes nigricantes & rugosi, includentes in substantia carnosa mellea ossiculum tribus angulis notatum, cum *jujubis ejusdem virtutis.*

- - Siliquæ edulis seu *siliqua dulcis* sunt fructus oblongi compressi paululum intorti crassi, digito longiores, pollice crassiores, fusci splendentes dorso elatiores, continentes pulpam carnosam rufam, dulcem & nucleos lucidos fuscos & compressos. Dulcis & viscosa siliquæ substantia temperat *sodam, ardorem ventriculi & urinæ.*

- - *Sumach* seu Rhus folio ulmi sunt grana orbiculata, villiosa, parva coccinea continentia semen orbiculatum spadiceum saporis adstringentis & terrestris. Virtus hujus fructus consistit in *partibus terreo austeris adstringentibus.*

- - Siliquæ Arabicæ Tamarindi dictæ seu *Tamarindi* sunt fructuum, seu siliquarum hujus arboris pulpa ex fusco nigricans saporis subacidi, raris per longitudinem lignosis filamentis pertexta, distincta in membranacea loculamenta in quibus inclusa latitant ossicula dura quadrata ex fusco rubicunda splendentia. Horum *pulpa optima est & tutissima* in *æstu reprimendo potissimum febrili ubi laxante opus est, bilem mulcet,* & *nimiam sanguinis effervescentiam sedat, stomachum* quoque *roborat*, ejusque fermentum restituit. Datur substantia ab ℨj ad ij & decoctum ad ℥iij, pulpa vero ad ℥jß.

- - *Vanigliæ* est plantæ convolvulaceæ scandentis fructus instar vaginæ, habens subdulcem, subacrem aromaticam substan-

 tiam,

tiam, in qua grana minutissima, odoris dum recens est gratissimi. Salem blandum aromaticum & confortantem in sua substantia mucaginosa fovet hic fructus, *virtute granis Kermes respondet*, sed illis potentior est, menses & *urinam pellit, memoriam confortat, & ♌ auget.*

PARS II.

De

Seminibus.

SEmina *Althææ* sunt semina ad singulum florem plura reniformia fusca, pericarpio membranaceo ampliori quinquecapsulari ac pentagono inclusa. Sua *mucaginositate* conveniunt cum radice, quæ tamen in semine paulo *mitior est.*

- - *Ammios majoris* sunt semina ad singulum florem bina, minora striata ex cinereo spadicea, saporis amari, acris odoris fragrantis.

- - *Ammios minoris* sunt semina parva striata petroselino minora ex rufo spadicea saporis acris aromatici odoris fragrantis & origano similis. Minus præstat majore, & *virtutes habet aromatibus communes, carminativum* est, & *uterinum.* Majus datur ad ℥ß minus ad ℈j.

- - *Anethi* sunt semina ad singulum flosculum bina nuda striata compressa minora ex atro virentia. *Anodynum* hoc semen est, & *carminativum.*

- - *Anisi* sunt semina ad singulum florem bina oblonga, nuda striata turgidiuscula dulcia, colore ex rufo spadicea. *Pectorale* anisum est, *carminativum, diureticum,* & *lac augens.*

- - *Apii* sunt semina nuda ad singulum flosculum bina striata minora ex fusco spadicea. Educit hoc semen *calculum*, & *urinam, uterique medetur affectibus.*

Semi-

Semina Aquilegiæ sunt semina nigra splendentia milio similia, siliquis corniculatis quaternis, quinisve simul junctis univalvibus inclusa. *Movent* blandos *sudores*, *Variolas & Morbillos expellunt*, & *nimiam compescunt sanguinis effervescentiam.*

- - *Bombacis* sunt semina oblonga rotunda quodammodo compressa magnitudine ciceris, quæ viscida lanugine candida includuntur, & pericarpiis corticosis in tres carinas dehiscentibus, saporis subdulcis odoris nullius. *Pulmonibus dicata sunt hæc semina, & acria quævis temperant.*

- - *Cacao* sunt arboris cacaiferæ Americanæ nuclei amygdalis similes inclusi involucro corticoso duro rugoso, fusco oblongo saporis subpinguis oleosi & subamari odoris nullius. *Virtutem obtinent nutrientem* pineis, Amygdalis, & pistaceis majorem.

- - *Cannabis* sunt grana subrotunda parva in racemulos congesta ac singula pelliculo inclusa, quæ sub tenui cortice includunt medullam albicantem saporis subdulcis. *Bilem acrem corrigunt* hæc semina, *antaphrodisiaca* sunt, & *contra gonorrhæam laudantur.*

- - *Cardui benedicti* sunt semina nuda sub pappo delitescentia barbulis deciduis, oblonga crassiuscula striata saporis insigniter amari. Movent hæc semina *sudorem & urinam*, relinquuntque in recessu *vim anodynam.*

- - *Cardui Mariæ* seminibus cardui benedicti sunt similia sed magis glabra & nigricantia. *Vires habent cum illis easdem:* in specie autem commendantur in *fluore albo.*

- - *Carvi* sunt semina nuda ad singulum florem bina juncta striata oblonga minora, paululum incurva seu falcata & fusca, saporis acris aromatici, odoris nullius. Oleo aromatico oleoso gaudent, *anodyno & carminativo.*

- - *Cinæ* sunt absinthii santonici Alexandrini semina parva ob-

longa flavescentia saporis acris amari, odoris graviusculi, *vermibus unice dicata.*

Semina Coffee sunt nuclei pallidi faba paulo minores, una parte convexi, altera vero plani insigni sulco notati, bini sibi invicem juncti, & tecti folliculo tenui membranaceo exfusco nigricante. ⊖e constant *diuretico* blando volatili temperato *roborante.*

- - *Coriandri* sunt semina nuda rotunda striata ex cinereo fusca includentia sub cortice tenui medullam subfuscam duriusculam saporis subdulcis, subacris, odoris aromatici. *Carminativa sunt, stomachica, & cephalica.*

- - *Cumini* sunt semina nuda bina juncta striata majora, sequentia singulum florem perfectum pentapetalum ex cinereo spadicea, fæniculi seminibus longiora & crassiora. Minus gratum est semen cumini quam carvi, hinc etiam externe tantum præscribendum.

- - *Cydoniorum* sunt nuclei nigricantes pericarpio carnoso umbilicato inclusi. Austeras illi obtinent & terreas particulas in mucagine, in quam resolvuntur: hancque obcausam *adstringentibus* accenseri merentur, *refrigerantibus*, & *ophtalmicis.*

- - *Dauci* sunt duplicis generis *Cretici* nimirum & *vulgaris.*

- - *Dacui Cretici* sunt semina oblonga, inucana, superiori in parte acutiora, villis restricta, saporis acris aromatici grati, odoris debilis.

- - *Dacui vulgaris* sunt semina compressa cinerea, Dacuo cretico breviora, latiora, circa marginem utrinque villo obsita, saporis debilioris, odoris fragrantis. Utriusque dacui semina ob ⊖ blandum ♂osum *carminativum* conveniunt in *calculo, nephritide, mensium suppressione, doloribus post partum, ut & in stranguria.*

Semi-

Semina Fœniculi ſunt ſemina nuda bina ad ſingulum florem, mediocris magnitudinis ſtriata, dulcia, odoris fragrantis. *Conveniunt* cum *aniſo, & propria radice*, qua tamen ſunt potentiora in *Variolis* & *Morbillis, ſtranguria, calculo & augendo lacte.*

- - *Fænu græci* ſunt ſemina angulosa ſeſamacea pericarpio membranaceo ſiliquoſo ſimplici, quodammodo recurvo incluſa flaveſcentia ſaporis mucilaginoſi, odoris jucundi cum quadam gravedine. *Emolliunt* hæc ſemina *leniunt, diſcutiunt & incidunt* externe tantum adhibita.

- - IV. *frigida majora* ſunt *citrulli, melonum cucurbitæ, cucumeris.*

- - *Citrulli* ſunt ſemina oblonga plana rhomboidea, margine æquali prædita, nigricantia ſub cortice duriuſculo continentia medullam albam ſaporis aquei.

- - *Melonum* ſunt ſemina oblonga ex flavo albicantia ad cucumeris accedentia.

- - *Cucurbitæ* ſunt ſemina oblonga plana pallida ſuperiore parte cornuta, & duabus lineis per longitudinem excurrentibus notata.

- - *Cucumeris* ſunt ſemina oblonga plana in medio convexa candicantia, ſeminibus melonum anguſtiora, puſillo ſubtus apiculo protenſo. *Acria* ⊖*ia temperant* hæc ſemina, & *per urinam* expellunt, *antaphrodiſiaca* ſunt, & *demulcentia.*

- - IV. Frigida minora ſunt ſemina *lactucæ, ſcariolæ, portulacæ,* & *plantaginis.*

- - *Lactucæ* ſunt ſemina parva, oblonga, compreſſa, pallida, utrinque acuminata ſaporis aquei.

- - *Scariolæ* ſunt ſemina cichorii ſeminibus ſimillima, colore pallidiora.

- - *Portulacæ* ſunt ſemina nigra exigua.

- - *Plantaginis* latifoliæ ſunt ſemina parva oblonga publiciformia

mia coloris obsoleti, ac ferruginei. *Coincidunt* hæc semina *cum præcedentibus.*

Semina *Fumariæ* sunt semina solidaria, rotunda pericarpio membranaceo ceu siliculæ inclusa ex nigro viridantia, saporis amari ingrati. *Sanguinem depurant*, & cum herba conveniunt.

- - *Genistæ* sunt semina reniformia pericarpio membranaceo siliquoso simplici bivalvi inclusa, compressa fusca saporis ex dulci amaricantis nauseosi, & ingrati. *Urinam movent, recentia, vomitus alvum.*

- - *Hordei* sunt semina plura nuda in spicam compactiorem productioribus aculeis seu comis præditam congesta, *virtutem* possidentia *anodynam, demulcentem, emollientem* & *maturantem.*

- - *Hyosciami* sunt semina minuta pericarpio membranaceo bicapsulari subrotundo ac peculiari operculo tecto sub perianthio productiori latitanti inclusa, ex cinereo spadicea saporis quodammodo viscosi, odoris narcotici & ingrati *Virtutem* obtinentia *anodynam* & *hypnoticam.*

- - *Hyperici* sunt semina plura minuta oblonga, teretia, subfusca pericarpio membranaceo ovali tricapsulari inclusa saporis subamari & resinosi, odoris picei. *Diureticam* hæc semina obtinent *virtutem, traumaticam*, & *anthelminticam.*

- - *Levistici* sunt semina oblonga, depressa membranacea striata, saporis subdulcis, aromatici, nauseosi, odoris fragrantis, *virtutem* obtinentia *diureticam & antihystericam.*

- - *Lini* sunt semina compressa, oblongo rotunda quodammodo lucida, pericarpio membranaceo, pluribus loculamentis diviso ac rotundo inclusa, ita ut singulo loculo singulum contineatur granum. Ex mucagine, farina & oleo constructa sunt: unde *leniunt, molliunt, & suppurant.*

- - *Malvæ* sunt semina reniformia ad singulum florem plura in circulum arcte coagmentata singula peculiari pericarpio mem-

membranaceo obducta, *seminibus althea inferiora, & debiliora.*

Semina Milii ☉*is* sunt semina rotunda glabra lævia, splendentia, cinerea durissima saporis farinacei, odoris nullius. In omnibus fere cum lap. ♋ conveniunt, & *in urina, calculoque pellendo exhibentur.* Laudantur etiam in *movendo partu, & gonorrhæa sistenda.*

- - *Napi* sunt semina rotunda, fusca, pericarpio membranaceo siliquoso cum septo intermedio inclusa, subrufa saporis acris amaricantis. In *Variolis & Morbillis expellendis commendantur*, & in reliquis virtutibus *cum sinapi conveniunt.*

- - *Nasturtii* sunt semina parva oblonga sublutea quodammodo compressa, in pericarpio membraceo siliquoso brevissimo cum septo intermedio inclusa, saporis acris amaricantis. Virtutes cum *cochlearia habent easdem*, illa tamen paulo sunt debiliora. *Singulari efficacia* commendantur *in herniis* tam interne, quam externe.

- - *Nigellæ* sunt semina plura angulosa, ac quodammodo rugosa, pericarpio membranaceo quinquecapsulari in summitate totidem corniculis ornato inclusa, saporis subacris. Ob blandum ⊖ aromaticum commendantur in *in catarrhis & Coryza tam interne, quam externe*, nec non *in mensibus provocandis.*

- - Papaveris *alba* sunt aut *nigra* papaveris hortensis sativi.

- - *Papaveris albi* sunt semina minuta rotunda, rugosa candicantia saporis subdulcis, pericarpio membranaceo in varias cellulas diviso, & operculo tecto inclusa.

- - *Papaveris nigri* sunt semina minuta rotunda, rugosa nigricantia saporis subdulcis, pericarpio membranaceo multis cellulis distincto, & operculo tecto inclusa. Utrumque *opii succedaneum* est constans *oleo crasso*, & *mucagine* ♌*-tuum motum compescente.*

Semi-

Semina Petroselini sunt semina nuda bina ad singulum florem striata minora attovirentia saporis acris. Conveniunt cum radice propria, illa tamen sunt præstantiora.

- - *Pæoniæ* sunt semina majora ovalia negricantia & splendentia pericarpiis siliquosis univalvis inclusa, sub cortice crassiusculo includentia pulpam albam saporis nullius. *Emulsiones autepilepticæ* cum aquis convenientibus inde parantur.

- - *Psylii* sunt semina oblonga bina pericarpio membranaceo oblongiusculo per maturitatem horizontaliter rumpenti inclusa, puliciformia lubrica & lucida ex fusco punicea saporis primum mucilaginosi, postmodum acris & nauseosi. Dantur in substantia a ʒj ad ʒij *purgandi fine, temperandi, & refrigerandi.*

- - *Raphani* sunt semina inæqualiter rotunda pericarpio siliquoso fungosa materia repleto inclusa rutila, parva, saporis acris. *Serum crassum incidunt, & ad vias urinarias deducunt.*

- - *Rutæ* sunt semina pericarpio membranaceo duriusculo quadricapsulari inclusa nigricantia, triangulata atque recurva saporis ingrati, odoris gravis. Commendatur semen rutæ *ad lumbricos necandos, gonorrhæam semen extinguendum.*

- - *Seselios* sunt semina nuda ad singulum florem bina striata oblonga, saporis acris amaricantis aromatici, *cum dauci semine conspirantia carminativa, & emmenagoga.*

- - *Sinapi* sunt semina subrotunda acerrimi saporis, pericarpio membranaceo siliquoso cum septo intermedio duplicem eorundem seriem disterminante inclusa. *Incidunt* hæc semina, & *attenuant, carminativa sunt, diuretica & antiscorbutica.*

- - *Sophiæ chirurgorum* sunt nasturtii sylvestris semina minuta rubentia, saporis acris fervidi ad nasturtium accedentis. *Acidum*

dum absorbent dysendericum, *urinam & calculum pellunt, ulcera sordida mundant*, eorumque acidum corrosivum infringunt.

Semina Staphisagriæ sunt semina majora angulosa, nigricantia pericarpio membranaceo ex plurimis filiculis seu corniculis composito inclusa saporis fervidi. *Purgant* nimis vehementer, *apophlegmatisantia sunt, & pediculis exitiosa.*

- - *Tanaceti* sunt semina plura nuda minora non papposa in squamato perianthio latitantia. Cum *semine rutæ & santonici conspirant, uterina, & anthelmintica sunt.*

- - *Thlaspi* sunt semina parva oblonga rufa saporis acris & fervidi pericarpio membranaceo siliquoso brevissimo inclusa cum septo intermedio duplicem illorum seriem disterminante. *In rumpendis abscessibus internis, in pellenda urina & mensibus* usurpantur. Externe *ulceribus inspersa ea mundificant, & abstergunt.*

- - *Urticæ* sunt urticæ vulgaris semina parva compressa, lubrica spadicea, lævia saporis subacris & tenuis pericarpio membranaceo connivente inclusa. Gaudent ⊖e *diuretico mucagine quadam temperato. Laudantur* in specie *in qualibet interna hæmorrhagia.*

LIBER II.

De

Præparatis & compositis.

CAPUT I.

De

Aquis destillatis & Acetis.

PARS I.

De
Aquis destillatis simplicibus.

AQua *Acetosæ & acetosellæ* refrigerat, siccat, & potionum alexipharmacarum constituit vehiculum.

- - *Betonicæ* ex tota paratur planta, quæ calefacit, siccat, attenuat, diuretica, & cephalica est.

- - *Borraginis & buglossæ* refrigerat, humectat, bilem temperat, cor roborat.

- - *Cardui benedicti* calefacit, siccat, sudorem movet, & alexipharmaca est.

- - *Centaurii minoris* calefacit, siccat, febrifuga est, lumbricos necat.

- - *Chelidonii majoris* calefacit, siccat, extergit, ophtalmica est, & visui conducit, ubi catarracta molesta est.

- - *Cichorei* refrigerat & humectat, hepatique convenit, & in morbis malignis adhibetur.

- - *Cochleariæ* calefacit, siccat antiscorbutica & splenetica est.

- - *Euphragiæ* calefacit, adstringit, oculorumque medetur fluxionibus.

- - *Fœniculi* calefacit, attenuat, discutit, sudorem movet, oculisque medetur caligantibus, & intestinis flatibus distentis.

- - *Florum fabarum* extergit, urinas ciet, fucoque faciei inducendo convenit.

- - *Fragorum*, abstergit faciem & cutim, lenit Erysipelacea lentiginosas faciei defœdationes, diuretica est, temperans, & refrigerans.

- *Florum lavendulæ* cephalica est, nervina & roborans.

- - *Liliorum convallium* cephalica est, medetur apoplexiæ, & vertigini.

Aqua

Aqua *Rosarum* refrigerat, cardiaca & cephalica est.
- - *Florum sambuci* emollit, resolvit, Erysipelati conducit interne adhibita.
- - *Florum tiliæ* antepileptica est, cardiaca & cephalica. Convenit etiam in flatibus puerorum pellendis.
- - *Foliorum quercus* refrigerat, adstringit, dysenteriam & hæmorrhagias sanat.
- - *Fumariæ* bilem temperat, sudoremque movet in Variolis & Morbillis.
- - *Graminis* diuretica & lithontriptica est, aperit, & fluxum sanguinis sistit.
- - *Hyssopi* attenuat & incidit materiam crassam, & tenacem in pulmonibus hærentem.
- - *Lactucæ* refrigerat, humectat, dolores lenit, & somnum conciliat.
- - *Malvæ* humectat, emollit, conducit affectibus pulmonum, renum, vesicæ, in dysuria, calculo phtisi.
- - *Melissæ* cephalica est, cardiaca, nervina, uterina.
- - *Mellis* humectat, diuretica & lithontriptica est, capillum producit, oculorumque medetur suffusioni.
- - *Menthæ* cephalica est stomachica, carminativa, uternia.
- - *Papaveris erratici* refrigerat, somnum conciliat, dolores lenit, & in pleuritide convenit.
- - *Petroselini* diuretica est & lithontriptica, obstructionesque reserat.
- - *Portulacæ* refrigerat, humectat, temperat, ardoremque urinæ lenit.
- - *Pulegii* cephalica est, nervina uterina, & in menstruis, secundinisque pellendis egregiam præstat operam.
- - *Solani* refrigerat, emollit, Erysipelati, cancroque mamillarum medetur.
- - *Spermatis ranarum* refrigerat, inflammatis & ambustis medetur, cosmetica est, & faciei ruborem pellit.

PARS II.

De
Aquis compositis.

A*Qua alexipharmaca.* Optima est quæ vulgo *aqua prophylactica Sylvii* nomine venire solet, & hunc in modum paratur.

Rec. *Nuc. jugland. mense junio collectarum, & cum corticibus contusarum* ℔ij.
Melissæ
Rutæ
Scabiosæ
Scord. *aa* ℥ij.

Concisis affund. aceti vini s.q, destillentur ex cucurbita vitrea satis ampla, nec nimis alta in MB. ad siccitatem fere, & spiritus limpidus in vitro clauso servetur ad usum.

Egregia est hæc aqua prophylactica, *attenuat* siquidem, *incidit*, *penetrat*, *detergit*, *putredinem arcet*, *sudorem movet*, & in febribus malignis, ipsaque peste egregiam præstat operam ab ʒß ad ℥ij exhibita.

Anhaltina duplex est, *completa* nimirum, & *incompleta*, seu cum & sine moscho. Quotidiani usus illa est in *affectibus cerebri*, apoplexia, Vertigine, & paralysi, nec non in dolore dentium, intemperie ventriculi *frigida*, *colica*, *mensium suppressione* in & externe adhibita.

Antepileptica Amstelodamensium describitur a MARGGRAVIO *in materia medica contracta p. m.* 166. *quam vide.* Egregia est hæc aqua resolvit siquidem, attenuat, incidit, detergit, *stomachica*, *cephalica*, *diuretica*, *antapoplectica*, & *antepileptica* est a ʒij ad ℥ß aut ʒvj. exhibita.

Carminativa hunc inmodum parari potest.

Rec.

Rec. Cinamom. ℥iij.
Cardamom. ℥j.
Cass. lign. ℥ij.
Sem. anis.
fænic.
cumin.
carvi aa ℥iij
Coriandri ℥ß.
Caryoph.
Cass. Caryoph. aa ℥iß
N. M. No vj.

Contusa grosso modo infund. in s. q. 🜄, & deinde destillentur l. a.

Propter aromata calida hæc aqua est, & suavissimi odoris, *roborat ventriculum, discutit flatus*, & in colica flatulenta usum habet non contemnendum a cochl. j. ad ij. propinata.

Aqua cephalica, seu apoplectica ex cephalicis odoratis & sapidis parari potest: pro ut alibi videbimus, in *capitis & uteri affectibus* non contemnenda, quæ postmodum cum ♎ ⊖ ♓, ⁰⁰⁰ rut. & lavendulæ, vel etiam cum ♎ ℞ mixta *liquorem* constituit *cephalicum* WEDELIO usitatum.

- - *Cinamomi* calida admodum est, & paratur cum vino, vel etiam succo cydoniorum, Borraginis aut Buglossæ, pro ut infra videbimus. Convenit hæc aqua in *stomacho confortando*, & *egregium est cardiacum*.

- - *Hysterica* ex sequentibus commode parari potest ingredientibus.

Rec. Rad. Bryon. exsiccat
bacc. samb. aa ℥ij
Hb. artemis.
dictam. n. Cret.
matric.
nepet.
Ocymi.
puleg.
rut.
sabin. aa m. j.

incisa g. m. infund. per VII. dies in 🜄 ℔ VI. ▽ comm. ℔ij, & abstrahantur in BM. ℔ IV. in quibus infundantur

Myrrh.
Castor. aa ℥ß
Croc. Britan. ʒiij

digeratur hæc massa per aliquot dies, & tinctura coletur per linteum ad usum servanda. Intima petit hæc aqua, *resolvit*, & *aperit, obstructiones reserat, urinam, sudorem & menses pellit* a ʒij ad ℥ß exhibita.

Aqua liliorum convallium cum vino interne in vertigine, apoplexia, debili memoria aliisque capitis affectibus commode datur: externe autem cordi, & pulsibus cum fructu applicatur.

- - *Melissæ & menthæ cum vino* cephalica utraque est, cardiaca, stomachica, carminativa, & uterina.

- - *Masticbina* seu spiritus mastiches compositus alibi describendus in morbis ventriculi convenit, & intestinorum, vomitu nimirum, diarrhæa, cholera & dysenteria. Externe etiam calidus ventriculo cum linteamine impositus vomitum sedat, & choleram, tonumque intestinorum restituit.

- - *Theriacalis* ex sequentibus parari potest ingredientibus.

Rec.

Rec. flaved. cort. citr.
rad. petasit.
liquiriz.
pimpinell.
Tormentill. aa ℥ij
Angel.
Dict. alb.
Gentian.
Imperator.
Vincetox.
Zedoar. aa ℥j.
Hb. Card. ben.
rut.
scabios.
scord. aa mj.
Sem. acetos.
card. bened. aa ℥ß.

grosso modo concisa & contusa infundantur in 🜄 ℔ XII ▽ comm. ℔iij & digerantur per aliquot dies in leni calore destillanda postmodum ex ∴ aut MB. donec guttæ apparere incipiant. Ante quam autem hoc fiat recipiens removeatur & in ♌ prolecto infundantur

croc. opt. ʒiij
Theriac. Andr. ℥iij
♌ ♀ *per campanum* ℥ß

digerantur invicem mixta per III ♈ & colatura servetur ad usum. Diaphoretica hæc aqua est, diuretica & alexipharmaca a ʒij ad ℥ß convenienti modo propinata.

Aqua pectoralis infra describenda egregie convenit in asthmate, alisque pectoris vitiis.

- - *Stomachalis* infra descripta stomachica est, cardiaca, cephalica,

lica, alexipharmaca: & in omnibus morbis frigidis, pituitosis paralyticis, epilepticis, & aliis convenit ad ℥ß exhibita.

Aqua Vitæ composita earundem fere virtutum hunc in modum parari potest.

Rec. Cinamomi acuti ℥iij
santal. omn. ʒvj
rad. caryophyllat.
Galang.
Z Z.
cort. citr. exter.
aurant. aa ʒijß
N. M.
cardomom. min.
Macis aa ʒiij
sem. anis.
Dauc. cret.
fænic. dulc.
cymni. aa ʒjß
fol. Major.
salv.
saturej. aa ℥ß
Fl. tunic.
anth.
ros. rubr. aa ʒij.

Grosso modo concisa & contusa infundantur per ll. d'es in 🜇 opt. ℔ xij ▽ com. ℔ij, & destillentur per arenam aut MB. suspendendo in alembico ambr. gris. mosch. aa ℈ß & ⁓ prolectus servetur ad usus supra dictos.

PARS III.

De *Acetis*.

Ace-

Acetum anthosatum paratur infundendo flores anthos per XL. dies ad ☉em in ♁, colando postmodum & novis floribus illud infundendo. Cephalicum hoc acetum est & cardiacum.

- - *Bezoardicum* infra describendum refrigerat, sudorem movet & urinam convenienti modo exhibitum, Præservandi fine etiam adhibetur si panis illo humectetur, & singulis horis matutinis sumatur, vel etiam spongia illo inebrietur, naribusque offeratur.

- - *Calendulæ* ad eundem modum paratur ut anthosatum, quod cardiacum est, & alexipharmacum.

- - *Cephalicum* infra descriptum naribus offerri potest apoplexia, epilepsia, aliisque affectibus soporosis correptorum. Interne etiam exhibitum in ejusmodi morbis usum habet egregium.

- - *hystericum* infra describendum in affectibus hystericis usum exserit non contemnendum externe adhibitum.

- - *Lavendulæ* ex floribus lavendulæ paratur infundendo illos in aceto, quod in morbis capitis usum habet non contemnendum.

- - *Sambucinum* ad eundem modum paratur virtutem exserens cephalicam, sudorificam & alexipharmacam.

- - *Rosarum* paratur ut acetum anthosatum. Potenter refrigerat hoc acetum, siccat, adstringit cephalicum & alexipharmacum est. Usus hujus & aliorum acetorum est in affectibus soporosis, ubi manus & pedes illis fricantur pro excitandis spiritibus, & in animi deliquio imponuntur carpis manuum.

- - *Scylliticum* paratur sequentem in modum

Rec. Scyllarum in taleolas sectarum, & modice exsiccatarum ℔j.

Aceti vini ℔ VIII. *in sola cola & repone ut antea. Attenuat acetum scylliticum, thoracicum est & incidens egregium. Dos.* ℥ß.

Acetum Theriacale paratur hunc in modum

v. g. *Rec. Species pro ▽ theriacali supra descriptas contunde grosso modo & affunde aceti vini* ℔ xv. *insola per* xl *dies, aut digere in MB. per* viii. *dies exprime per pannum, & colaturam serva ad usum.*

Usus hujus aceti theriacalis egregius est in morborum malignorum curatione sumendo aliquoties de die cochlear unum, vel etiam illud adhibendo ut supra de aceto Bezoardico dictum est.

CAPUT II.

De *Oleis destillatis, expreßis, infusis, & coctis.*

PARS I.

De *Oleis destillatis.*

O*Leum baccarum juniperi.* Quomodo olea destillanda sint infra docebitur in introductione in chymiam. Hac vice tantum illorum vires perlustrare animus est. Calefacit autem oleum baccarum juniperi, attenuat, sudorificum, lithontripticum, & alexipharmacum est.

- - *Caryophyllorum* calefacit, siccat, cardiacum est, stomachicum & cephalicum.

- - *Cinamomi* calefacit, siccat, menses movet, cephalicum est, & uterinum.

- - *Ligni rhodini* calefacit, siccat, cephalicum & lithontripticum est.

- - *Macis* calefacit & siccat protenter, cephalicum est, cardiacum, uterinum, stomachicum.

Oleum

Oleum Majoranæ calefacit, ſiccat, attenuat, diſſipat cephalicum eſt, & naribus potiſſimum videtur eſſe dicatum.

- - *Nucis moſchatæ* calefacit, & ſiccat cephalicum & ſtomachicum eſt.

- - *Origani Cretici* aperit, uterinum thoracicum & diaphoreticum eſt.

- - *roriſmarini* calefacit & ſiccat, uterrium eſt, & cephalicum.

- - *rutæ* ex capſulis ſeminalibus deſtillatum & ſemine ſingularem virtutem obtinet antepilepticam.

- - *ſeminis anethi* calefacit & ſiccat, anodynum eſt, & hyppnoticum.

- - *ſeminis aniſi* calefacit & ſiccat diureticum eſt, carminativum & ſtomachicum.

- - *ſem. carvi* attenuat, diureticum, carminativum & ſtomachicum eſt.

- - *ſeminis fœniculi* aperit, carminativum eſt, diureticum & bechicum.

- - *ſpicæ* urinam & menſes movere ſolet.

- - *corticum citri & aurantiorum* diaphoreticum eſt, lumbricos necat, & venenum pellit.

PARS II.

De
Oleis per expreſſionem paratis.

- - *Amygdalarum dulcium* ſequentem in modum parari ſolet. v. g.

Rec. Amygd. d. non rancid. q. v.

Minutiſſime contuſas panno aſpero cannabino include & ſine igne prælo oleum lenſim exprime. Temperatum eſt ☍. amygdalarum dulcium, emolliens, anodynum phtiſicos alens. ab ℥ß ad ℥j exhibitum. Ad eundem modum parantur reliqua fere omnia: uti ſunt.

Oleum Amygdalarum amararum quod attenuat, incidit, extergit, emollit, diureticum est, & anthelminticum.

- - *Hyosciami* ex semine expressum & temporibus illitum somnum conciliat, regioni lumborum gonorrhœam, & menses sistit. Auribus quoque infunditur pro anodyno, & dentium dolori cum lana imponitur.

- - *Lactucæ seminis* refrigerat & gonorrhœæ medetur.

- - *Laurinum* ex insulis Fortunatis affertur quod calefacit, dissipat & emollit.

- - *Macis* calefacit, nephriticum & anticolicam est.

- - *Nucis juglandis* discutit, colicam sanat, scabiem tollit antinephriticum & antipodagricum est.

- - *Nucis Moschatæ* flatus discutit, somnum inducit, corpus balsamis præbet.

- - *Ovorum* calefacit, humectat, anodynum & vulnerarium est.

- - *Olivarum* calefacit, humectat, detergit, vomitum movet, vulnerarium & anodynum est.

- - *Omphacinum* seu olivarum immaturarum refrigerat, siccat, adstringit.

- - *Palmæ* ex India affertur, refrigerat, & vices rosati implet.

- - *seminis erucæ* calefacit siccat, aperit, diureticum & uterinum est nec non aphrodisiacum.

- - *Lini* temperatum est, emollit & maturat.

- - *Nigellæ* aperit, diureticum & uterinum est.

- - *Papaveris* humectat, somniferum, anodynum, & narcoticum est.

PARS III.

De

Oleis per infusionem & coctionem paratis.

- - *Absinthii* paratur hunc in modum ut & reliqua. v. g.

Rec.

Rec. comarum absinthii virentis incisarum & contusarum ℥iiij.
🜖 *omphac.* ℔iij.

Macerentur per xv. dies in ☉e, vel loco calido ter repetendo hunc laborem, & ultimæ infusioni addendo
succi absinthii ℥iiij.

coquantur leniter ad succi consumptionem. Lumbricos necat hoc oleum, & stomachicum est egregium.

Oleum Anethinum ex foliis & floribus paratur quod calefacit, humectat, emollit, resolvit, & quodammodo menses movet.

- - *Chamæmelinum* ex floribus vulgaris chamæmeli recentibus paratur abjectis foliis albis, deinde insolatis, non decoctis, & expressis, qui labor tribus vicibus erit repetendus. Calefacit oleum hoc modo paratum, resolvit, & anodynum est.

- - *cydoniorum* ex malis cydoneis non excorticatis paratur, quod refrigerat, adstringit, vomitum sistit, & omnes alvi fluxus.

- - *Hyperici* ex summitatibus & floribus paratum attenuat, anodynum est, & vulnerarium, ambustisque medelam afferens.

- - *Jasmini* per insolationem, decoctionem atque expressionem paratur quod emollit & digerit, in scirrho, pleuritide asthmate, & catarrhis usum habet non contemnendum.

- - *Keirinum* ex floribus leucoji luti oritur, & attenuat, digerit, anodynum est, menses movet, & vermes necat.

- - *liliorum alborum* ex floribus paratur virtutem obtinens emollientem & anodynam.

- - *Majoranæ nobilis* attenuat, menses movet & cephalicum est.

- - *Menthæ* roborat & vomitum sistit.

- - *Nymphææ* ex floribus albis & omphacino refrigerat & humectat, estque anodynum.

- - *rosaceum* ex rosis rubris apertis & 🜖 olivarum maturo paratum refrigerat, adstringit, repellit, roborat & anodynum est.

- - *Scorpionum* simplex cum oleo amygdalarum amararum para-

 tum

tum calculum pellit renum & vesicæ lumbis illitum, pubi & peritonæo. Convenit etiam in morsibus venenatis, & illinitur pectori & regioni cordis.

Oleum Verbasci ex floribus & ☍ olivarum maturo emollit, thoracicum est, antipodagricum, in & hæmorrhoidibus convenit. Sequentia olea magis sunt composita.

- - *Capparum* hunc in modum in officinis parari solet. v. g.

Rec. cort. rad. cappar. ℥j.
tamarisc.
rad. cyperi
Sem. ayni casti
fol. scolopendr. aa ʒij
rut. ʒj.
aceti vini
vini optimi aa ℥ij
☍ Olivar. matur. ℔j.

Coquantur in duplici vase ad vini & aceti consumptionem, colentur, & exprimantur. Oleum capparum attenuat, aperit, & emollit scirrhos.

- - *crocinum* pro emplastro e ranis ita parari solet. v. g.

Rec. Croc. britan.
Cardamom.
rad. acor. aa ℥j
Myrrh. ʒß

Infundantur in aceti s. q. per VI. dies, deinde adjiciatur ☍ *oliv.* ℔iß.

Coquantur leni △*e* ad aceti consumtionem, exprimantur, & oleum adusum servetur quod calefacit, attenuat & emollit.

- - *Lumbricorum terrestrium* a pharmacopæis ita paratur v.g.
Rec. lumbr. ▽*estr. vino albo lotorum* ℔ß.

☍ *oliv.*

℅ *oliv.* ℔ij
vini albi ℥iiij.

Bulliant ad vini consumtionem colentur & exprimantur, oleumque hoc modo paratum ad usum servetur, quod calefacit funnectat, & anodynum est.

CAPUT III.

De
Spiritibus vinosis, urinosis, & acidis, & acidis.

SPiritus *cerasorum nigrorum* cephalicus est, epilepsiæ & apoplexiæ medetnr, aliisque affectibus soporosis.

- - *Cornu cervi* est remedium penetrantissimum & nobile cephalicum, nervinum & acetu pharmacum.

- - *cornu cervi succi natus* antispasmodicus est, nervinus, autepilepticus, hystericus & alexi pharmacus. Idem dicendum erit ⏜ *CC. balsamico.*

- - *Formicarum* aphrodisiacus est, antiarthriticus, cephalicus & & confortans memoriam.

- - *Fuliginis* alexipharmacus est, diaphoreticus & in specie laudatur in pleuritide curanda.

- - *Inniperinus* diaphoresin excitat, & diuresin, calculum pellit, nephritidem curat.

- - *Lavendulæ* cephalicus est, nervinus, & uterinus.

- - *Liliorum convallium* confortativum memoriæ, & sedativum convulsionum & spasmorum.

- - *Lumbricorum terrestrium* nervinus est antispasmodicus, & specificum in scorbuto & arthritide.

- - *Melissæ & Menthæ.* Uterque hic spiritus cephalicus est, cardiacus, nervinus, stomachicus, carminativus, uterinus.

- - *Mineralis* seu dyssus ♄ ♀atus urinam movet, sudorem promovet,

vet, refrigerat & alvum apertam servat febricitantium, quorum potui infunditur.

Spiritus Nitri usus præcipuus est in febribus malignis in Julapiis. Porro convenit egregie in colica flatulenta, typanite, & calculo; sed quia est minis corrosivus solet duplicari cum 🜄 diciturque *spiritus nitri dulcificatus* in expellendis flatibus, & colica sedanda egregius.

- - *Salis ammoniaci* potenter attenuat, incidit, resolvit, fermenta accida temperat, & extinguit, aperit & Hystericis, Epilepticis, Apoplecticis, febricitantibus & Asthmaticis convenit ad ℈ß exhibitus. Additur in ejus destillatione anisum, cavendula, succinum, nec non varia aromata, aut etiam illorum ℴℴa, indeque ⊖ *anisatus, lavendulatus, succinatus, aromaticus* & *oleosus* aut ⊖ *volatile oleosum* nuncupatur, viresque inde acquirit majores.

- - ⊖ *communis* duplex est simplex nimirum aut dulcificatus. Refrigerat uterque, siccat, aperit, renes & vesicam purgat, attenuat, hydropicis conducit, humorumque putredinem arcet. Dosis ejus sunt gtt. XII.

- - *sulphuris* refrigerat siccat, putredinem arcet, urinam pellit, bilem temperat. Dos. gtt. VI. X. XII.

- - *Tartari* calefacit attenuat, aperit, digerit diaphoreticus est, diureticus, nervinus &c.

- - *Terebinthinæ* emollit, consolidat vulnera, calculum pellit, medetur Asthmati, Empyemati, flatibus, dolori colicico.

- - *Vegetabilium acidi & urinosi.* Vegetabilia accidos etiam largiri spiritus infra in introductione ad chymiam ad oculum demonstrabimus: verum inter illos exiguam intercedere differentiam arbitror ita ut non opus videatur tantos impendere sumptus pro præparandis his spiritus quia acetum loco omnium esse potest. Præter hos spiritus acidos vegetabilium parant etiam chymici recentiores *urinosos vegetabilibus*, prout infra pluribus explicabimus, qui plerumque suorum sim-

simplicium obtinent virtutes, nec non cum aliis urinosis animalium communes.

Spiritus Vitrioli refrigerat, siccat, adstringit, & easdem fere cum 🜖 ⊖ habet virtutes. Oleum ⊕ s. 🜖 concentratus escharoticum est & cathæreticum insigne.

- - *Vitrioli philosophicus* est spiritus ⊖is, & cum illo vires habet easdem. Agmen denique spirituum claudit.

- - *Vini* simplex, & camphoratus. Smplex temperat egregie acidum in corpore, movet urinam & sudores. Cæterum est menstruum pro extrahendis corporibus 🜍eis & 🝆osis. Rectificatur interdum ⊖e ♀, & tunc dicitur ∇̸ ♀*satus* qui multis usibus inservit. Additur etiam illi *camphora* & virtutem acquirit discutientem egregiam, resolventem, anodynam &c.

CAPUT IV.

De

Salibus volatilibus, fixis, & mediis.

S*Al absinthii* attenuat, incidit, resolvit, aperit, humores fundit, acidum alterat, & extinguit: unde sudori movendo, febribus curandis, obstructionibus reserandis confert, urinam præterea, & menses pellit a ℈ß ad ℈j exhibitum. Modum hoc & alia salia parandi alio loco dabimus.

- - *Acetosellæ* easdem obtinet virtutes in specie autem in morbis hepatis convenire creditur, cujus calidam intemperiem refrigerat.

- - *Antifebrile* nihil aliud est quam ⊖ digestivum Sylvii ex capite mortuo 🜖 ⊖ ✳ cum ⊕e ♀ destillati elutriatum elixiviatum, crystallisatum. Incidit hoc ⊖ & attenuat potenter humores pituitosos & crassos, corrigit acidum, hinc in febribus lentis & pituitosis erit commendatissimum. Dosis ejus est a ℈j ad ʒß usque.

Sal Artemisiæ convenit in mensium suppressione, partu difficili, & expellendo fœtu mortuo.

- - *Cardui benedicti* easdem quas ⊖ absinthii obtinet virtutes, & celebre est pro usu diaphoretico & antifebrili.

a - *Centaurii minoris* habet vires salis absinthii & cardui benedicti.

- - *Essentialia* alibi describenda in praxi selectiori non sunt ita necessaria cum prostent alia magis, & facilius parabilia.

- *Euphrasiæ* laudem inspecie meretur in ophtalmia, aliisque oculorum affectibus.

- - *Fumariæ* spleneticum est, & in sanguinis impuritatibus præscribitur ut ⊖ absinthii vel cardui benedicti.

- - *Fabarum* paratur ex illarum stipitbus, quod diureticum est, & in hydrope convenit, & urinæ suppressione.

- - *Genistæ* ut reliqua paratur virtutem præ cæteris possidens aperientem.

- - ⦶ aut *lapis prunellæ* hunc in modum paratur. Rec. ⦶ purissimi ℥iij inde crucibulo mundo, quod repone super accensis carbonibus ut instar aquæ fluant: quo facto injice florum ♀is pulverisatorum ℈iß per vices. His combustis remove crucibulum, & ⦶ fluidum more consveto effunde. Refrigerat hoc ⦶ repellit, adstringit, bilis furorem compescit, sanguinem incrassat: unde dysenteriæ & hæmorrhagiis medetur a ℈j ad ad ʒß exhibitum.

- *volatile CC* hunc in modum potest parari v. g. Rec. ras. CC q. p. repleatur retorta cum illa ad collum usque, & destilletur ex ∴ △e fortissimo. Obtinebis hoc modo ℘ fætidissimum 2. ♎ & 3. ⊖ volatile hinc inde adhærens lateribus recipientis, quod cum ℘o & ♎ per mixtum misceatur cum ⊛ ad gryseum ad gryseum colorem calcinato ut fiat massa arida & sicca. Sublimetur illa denuo ex phiola vitrea & ⊖ CC obtinebis albissimum & rectificatum per se aut cum ♎ sequente conjunctim ad usum servandum. Est laudatissimum sudorife-

rum,

rum, cephalicum, uterinum, in affectibus capitis aliisque morbis catarrhalibus & epilepticis. Plura de ⊖ibus volatilibus vide infra in introductione ad chymiam.

Sal Volatile succini usum habet egregium & non satis laudandum in passione Hysterica, obstructione mensium, epilepsia, apoplexia, suppressione urinæ, hydrope a gr. VI. ad XX. modo conveniente adhibitum.

- - *Tartari* corrigit acidum vitiosum, incidit & attenuat humores crassiores, & est præstantissimum digestivum & diureticum.

- - ♀⊕*atum* est medicina frequentissima medicorum modernorum, cum inter digestiva sibi vix inveniat par, attenuat siquidem, incidit obstructionesque reserat, ita ut fere digestivum universale audiri queat. Ut stimulus insuper purgantibus additur, & quarta illorum pars sæpius poterit sufficere.

- - ⊕ *vomitivum* est emeticum violentius, nec tuto semper datur: nihil ominus tamen in morbis contumacioribus, quartana, singultu & aliis usum habet egregium.

CAPUT V.

De
Tincturis, Essentiis & elixiriis.

PARS I.

De
Tincturis.

T*Inctura antimonii* optima est quæ ab *excellentissimo STAHLIO* acris dicitur, & ex scoria succinea reguli ♁♂tialis cum 🜄 anisato aut alio oleoso extrahitur. Est illa celebre putificativum sanguinis potissimum in scabie, & affectibus spleneticis. In

scorbuto porro virtutem exserit egregiam, in ulceribus tibiarum manantibus, in colica, aliisque affectibus.

Tinctura Antiphtisica Miachaelis paratur sequentem in modum v. g.

I. Rec. ♂tis ad rubedinem calcinati q. v.

II. Impastetur ⊖♀ essentiali, & admisceatur s. q. sach. ♄.

III. Affundatur ▽ & extrahatur tinctura.

Constringit hæc tinctura, demulcet, & temperat, usumque habet egregium in phtisi sistendo sudores colliquativos.

Tinctura Aperitiva Mœbii est ♈ ⊖ refractus & tinctus. Refringitur ille ⊖♀, ♈ ⊖ ♀ volatili, pulvere vitri, aut alio alcalico, & tingitur torna ☉is, vel floribus violarum, aut horum tinctura. Est hæc tinctura panacæa hypochondriaca, confortat fermentum stomachale, excitat appetitum, discutit flatus, aperit venas mesenterii & lacteas, pellit ♀ hypochondriorum, aperit lienem & obstructiones hepatis, sistit sitim & calorem internum p. n., pellit ⊡m & calculum, præservat a putredine, fovet calorem naturalem, cum fructu adhibetur contra hydropem, cachexiam, pallorem icterum, colicam febres &c. Vid. *Exc. WEDELIUS in amœnitatibus materiæ medicæ p. m. 179. sq.*

Tinctura Bezoardica vulgaris est mixtura simplex colorata. Melior proinde potest parari ad mentem WEDELII hunc in modum. v. g.

Rec. rad. Zedoar.
Gentian.
angelic.
anthor.
contrajerv.
carlinæ
bistort.
diptamn. alb.

tor-

tormentill.
scorzon. Ital. mont.
Vincetox.
oelsnit. aa ℥j
fl. galeg.
ulmar.
scabios.
rut. aa ℥ß
sem. frax.
card. ben.
rut. aa ʒij
bacc. parid. ℥iß
cubeb.
gran. cherm.
opobals. aa ʒß
cort. citr. ʒvj.
camph.
Myrrh. elect. aa ℥j
croc. ʒj.

Concis. contus. g m. affund. ♒ Bezoardicus ex fl. samb. & cort. citr. q. s. Cum per aliquot dies steterit in leni digestione add. ♒ ⊖ striat ℥ij sandal. rubr. ℥iß. Tinctura saturata decantetur, & servetur ad usum in febribus continuis & malignis, Variolis, morbillis, peste, pleuritide, febribus puerperarum, doloribus capitis, erysipelate, dysenteria, inflammationibus, defluxionibus catarrhalibus, casu ab alto, & ubi alias sudore opus est probatissimi usus.

Tinctura coralliorum a nonnullis sequenti modo paratur Rec. corall. rubr. in pollinem subtiliss. tritor. q. p. affund ℅ therebinth. junip. vel butyr. relinque in digestione, & sic omnis rubedo extrahitur ex coralliis, decantetur menstruum & affundatur 🜄 qui omnem tincturam in se suscipit. Optima fit sequentem in modum Rec. butyrum non salitum, cui affun-

datur ♁ tamdiu donec butyrum omni orbatum sit colore. Hoc butyrum affundatur coralliis, & sic omnem extrahet rubedinem, quam in se deinde recipit alcohol vini, & sic vera erit coralliorum tinctura parata egregrium constituens cardiacum & adstringens.

Tinctura Florum aquilegiæ specificum est in Variolis & Morbillis: de qua videatur WALDSCHMIDIUS in peculiari hac de re schediasmate.

- - *IV. florum cordialium* cordi dicata est: quod ipsum nomen indicat.

- - *Florum papaveris erratici* sanguinis æstum temperat, dolores lenit, somnum inducit, & in pleuritide usum habet egregium.

- - *Florum rosarum* temperat sanguinis æstum in febribus, appetitum restaurat, vires recreat præsertim ubi opus est adstrictione cum syrupo corall. exhibita.

- - *Martis*. Variæ hujus reperiuntur descriptiones, nec contemnenda est sequens. v.g.

Rec. limat. ♂tis purissimæ ℥j vini Mosellani ℥x. misce in vitro clauso stent per VIII. *℞ in digestione tunc vinum rubellum decantetur & ad usum servetur. Huc pertinet etiam.*

- - *Vitrioli ♂tis* hunc in modum paranda

I. Rec. ♁ fol. ♀ ℥vj & liquefiant supra △em.

II. Admisceantur ⊕ ♂tis ad rubedinem calcinati ℥iiij & de removeantur ab igne.

III. Reponatur hæc massa in locum humi dum ut effloreseat & rubicunda evadat.

IV. Affundatur ♁ cinamomisatus & tinctura extrahatur.

Utra-

utraque hæc tinctura aperit, detergit & acidum absorbet: unde obstructiones reserantur, alvus laxatur, & cachexia curatur.

Tinctura Tartari incidit, attenuat, aperit, diaphoretica est, diuretica & nephritica.

PARS III.

De
Essentiis.

E*Ssentia Absinthii composita* hunc in modum parari potest. v. g.

Rec. rad. galang
Zedoar.
Summit. absinthii per immersionem levem in ▽m calidam correctarum aa ℥j
acor. ver. ʒvi.
fl. cent. minor. ℥ß.
cass. caryoph.
lign. colubr. amar.
chin. de chin. aa ℥iij
cort. citr.
aurant.
rhabarb. Alex. aa ʒij
Macis
N. M.
Caryoph. aa ʒiß
Cost. ver.
Schænant aa ʒj.

Concis. contus. gr. m. extrah. cum 🜄 rectif. vel appropriato ♎⊖ acidulo, facile cum liquore ♂tiali in Tram ♂tis absinthiacam redigenda. Polychresta hæc essentia est inventriculi affectibus, cruditate acida, pituitosa & biliosa, in feb ibus intermittentibus, fla ibus, & affectu hypochondriaco.

Es-

Essentia Ambræ potest parari cum 🜄 🜍iato, & nobile est medicamentum cerebro & cordi dicatum. Præservat ab apoplexia & vertigine, confortat memoriam & sanitati est utilissima.

- - *Anodyna* ex opio parari potest per fermentationem cum succo cydoniorum vel etiam hunc in modum v. g.

Rec. op. thebaic. ℥j.
croc. brit. ʒij
🜔 ♌ *cinamom.*
caryoph.
cort, citr. aa gtt. vj.

Vini Hispanici q. s. f. l. a. essentia, aut ex solo opio cum aceto destillato. Hypnoticæ sunt hæ essentiæ, anodynæ & narcoticæ, suppléntq; vicem laudani opiati in potiunculis & aliis liquoribus.

- - *Bezoardica* infra describetur easdem vires cum tinctura bezoardica supra descripta possidens.

- - *Carminativa* infra describitur constans ex aromaticis carminativis: hancque ob causam incidit, aperit & ventriculi medetur cruditatibus, flatus pellit, tonumque intestinorum restituit.

- - *castorei* sequentem in modum parari potest v. g.

Rec. castorei radula inscobem redacti, aut in mortario conquassati ℥ß.

Inde phiolæ oblongæ, & affunde 🜄 rectificati ℥iij & ♎ ⊖ ✳ cum ♆ parati ℥j digeratur hæc massa quo diutius eo melius, & deinde liquor tinctus per linteum coletur & ad usum servetur. Calefacit autem essentia castorei, aperit, hysterica est, antepileptica, antapoplectica & dosis a gtt. vj. x. xij. ad ℈j.

- - *citri* solet asservari in forma liquida; sed præstat sicca extemporanea ex sacharo cum 🜔 citri parata. Ex hac vinum potest parari citratum si a ʒß ad ʒj. in illud injiciatur, sic gratis-

tissima fragrantia vinum imprægnabitur, eritque egregium cordiale, anticolicum stomachicum, cephalicum &c.

Essentia Cinamomi potest sequentem in modum parari usus non contemnendi v. g.

Rec. cinamom. acut. in mort conquass. ℥ij 🜄 *rectificati* ℥viij.

Injiciatur cinamomum phiolæ oblongæ, cui postea affundatur 🜄, claudaturque phiolæ collum vitro alio inverso accurate adaptato. Ponatur hoc vitrum in ∴ calidum per VIII. dies & noctes, eoque facto leniter inclinata phiola effundatur tinctura & usui servetur. Calefacit hæc essentia, stomachica, uterina, cardiaca, & cephalica est a ʒij. ad ℥ß. exhibita.

- - *croci* paratur ad eundem modum ex croci Britannici ℥j cum 🜄 rect. ℥vj, quæ sudorifera est, emmenagoga, anodyna, & stomachica a gtt. vj. ad x propinata.

- - *Myrrhæ* ad eundem modum parari potest cum 🜄 ♀ sato quæ aperit, attenuat, putredinem arcet, & in febribus malignis usum habet egregium.

- - *Traumatica.* Hujus descriptionem videbimus alio loco, illius vires nomen indicat.

- - *Vegetabilium reliquorum* ad hunc modum, vel etiam alibi tradendum facile fieri poterunt virtutibus suorum simplicium respondentes.

PARS III.

De

Elixiriis.

E*Lixir cephalicum* alio describemus loco, vel etiam fieri potest ad mentem *excell.* WEDELII hunc in modum. v.g.

Rec. rad. pœon. mar. ℥j.

galang.

Valerian.
doron.
fl. rorismar.
mar. ver.
salv. aa ℥ß
fl. anth.
lavend.
lil. convall.
poeon.
stæch. Arab.
beton. aa ʒij.
cubeb.
succin. aa ʒvj.
visc. coryl.
lign. Al.
ladan aa ʒiij.
cost. ver.
anacard. aa ʒj.

Conc. extrahantur cum ⌒ 🜅 cephalico. Roborat hoc Elixir ⌒ animales, discutit, demulcet & svaviter afficit membranas & meninges fibrasque nerveas, dissipat, corrigit, porosque cerebri & nervorum occlusos dilatat.

Elixir pectorale alibi describemus, cujus vires nomen satis innuit.

- - *prohylacticum* alio loco similiter describemus, quod præservando & curando usum habet egregium.

- - *proprietatis* optime sequentem in modum parari poterit. v. g.

Rec. Aloes
Myrrhæ aa ℥j.
croci ʒiij.

Contusa humectentur ∘∘ ♀ per deliquium ut acquirant formam pultis, affundatur 🜈, & procedatur ut supra de essentia cinamomi diximus, & habebitur verum elixir proprietatis, cu-

cujus ingredientia centraliter sunt soluta. Tali modo paratum elixir proprietatis cruditatem accidam potenter corrigit & omnibus morbis inde natis resistit, mensium suppressioni, anorexiæ, affectibus hypochondriacis & febribus quartanis a gtt. xv. ad xxx. exhibitum.

Elixir stomachicum alibi describendum vires habet easdem.

- - *Uterinum* alio describemus loco, vel potest etiam ad mentem WEDELII sequens fieri. v. g.

Rec. rad. pæon. mar.
succini flavi
Myrrh. elect.
castor. aa ℥j.
Zedoar.
galang.
rad. Diptamn. cret aa ℥ß.
bacc. laur.
anthophyll. aa ʒij.
croc.
camph. aa ʒj.

Concisa contusa g. m. extrahantur cum 🜄 vel rorismarini s. q. Usus elixiriorum uterinorum in affectibus Hystericis est egregius. Laude enim digna sunt in mensium suppressione, fluxu albo muliebri, passione hysterica partu difficili &c.

CAPUT VI.

De

Extractis, conditis, conservis & syrupis.

PARS I.

De

Extractis.

E*Xtractum absinthii* est laudatissimum stomachicum & hepaticum & convenit cum viribus sui simplicis, quæ jam notæ erunt.

- - *Agarici* datur ad ℈ij in affectibus capitis pituitosis.

- - *Angelicæ* est alexipharmacum curans & præservans in morbis malignis: adhibetur etiam in morbis uterinis, paralysi & & apoplexia ad ℈j.

- - *Baccarum juniperi* egregie convenit in cachexia, hydrope, calculo, ventriculi debilitate, mensium suppressione &c.

- - *calami aromatici* cerebro & ventriculo dicatum est ad ʒß exhibendum.

- - *Cardui benedicti* antifebrile est, diaphoreticum, alexipharmacum in pilulis aut potione exhibitum.

- - *Castorei* in forma pilulari conceditur in affectibus cerebri & uteri, in morbis convulsivis, mensium suppressione, passione hysterica, vertigine &c.

- - *Cichorei* corrigit calidam hepatis intemperiem.

- - *Croci* est anodynum & dolores mitigat, medetur mensium suppressioni, catarrhis, & morbis pectoris.

- - *Esulæ* in hydrope in usum vocatur propter expurgationem seri ad ℈j.

- - *Gentianæ* laudatur a medicis in quartana ad ℈j in pilulis exhibitum. Commendatur etiam in affectibus splenticis, mensium suppressione, vulneribus ulceribus &c.

- - *Hellebori nigri* laudem adhuc meretur in melancholia, affectibus Hypochondriacis aliisque morbis, qui foventur ab intemperie sanguinis acida crassa & viscida.

- - *ligni Aloes* in affectibus capitis valde proficuum est maxime in vertigine, exhilarat etiam cor.

- - *ligni colubrini* est specificum antiquartium ante paroxysmum a ℈ß ad ℈j exhibitum.

- - *Liliorum convallium* multum præstat in affectibus capitis, medetur etiam vertigini, succurrit memoriæ sedat dolorem capitis in pilulis exhibitum.

Ex-

Extractum Liquiritiæ in tussi præscribitur, raucedine & aliis affectibus pectoralbus.

- - *Melissæ* cerebro dicatum est, cordi & utero: hancque ob caussam in passione hysterica, mensium obstructione commode datur ad ℈j.

- - *Menthæ* cum extracto melissæ convenit.

- - *Panchymagogum Crollii* familiarissimum purgnas est, quod in omnibus fere morbis tutissime potest dari a ℈j ad ʒß.

- - *Laudanum opiatum* paratur extrahendo opium cum succo cydoniorum per fermentationem, inspissando & miscendo cum croco & castoreo. Est hoc laudanum opiatum sacra anchora in compescendis doloribus, vigiliis, nimiis excretionibus a gr. j ad ij.

- - *Tormentillæ* convenit in dysenteria & nimio mensium fluxu in & externe.

- - *Turpethi* est purgans hydragogum ad ʒß exhibitum.

- - *Zedoariæ* est egregium remedium contra lumbricos, cruditatem acidam flatus &c.

PARS II.

De Conditis.

COnditura non semper uno, eodemque modo perficitur. *Radices cortices, caules & fructus duriores* coquuntur prius admollitiem, excipiuntur aqua & sacharo albumine ovi clarificaro, & coquuntur simul ad syrupi consistentiam. *Flores & fructus molliores* sacharo clari ficato ad syrupi consistentiam fere cocto, & per semihoram ab igne remoto immittuntur & postea bulliunt ad syrupi consistentiam. Et hoc modo parantur.

- - *Radices Acori*, quæ radices conditæ calefaciunt, incidunt & stomachicæ sunt.

Conditæ radices Cichorei quæ refrigerant, & bilem temperant.

- - *Enulæ campanæ*, quæ thoracicæ ſunt, ſtomachicæ, & alexipharmacæ.

- - *Eryngii*, quæ aperiunt, Venerem ſtimulant, urinam movent, renes & veſicam purgant.

- - *Satyrii* quæ humectant, & Venerem excitant.

- - *Scorzoneræ* quæ calefaciunt, melancholiæ, Epilepſiæ, vertigini, & uteri ſuffocationi medentur, & alexipharmacæ ſunt.

- - *Symphyti* quæ ſanguinem ſiſtunt & vulnera conglutinant.

- - *Zinziberis* quæ calefaciunt, ſiccant, ſtomachicæ ſunt & thoracicæ.

Conditi cortices arantiorum calefaciunt, ſiccant, peſti & flatibus reſiſtunt.

- - *citriorum* idem præſtant.

- - *Caules lactucæ* refrigerant, humectant, ſitim tollunt.

- - *Flores arantiorum & citriorum* attenuant, cardiaci ſunt, cephalici, diaphoretici, alexipharmici.

- - *Fructus Berberum* refrigerant & humectant.

Condita Ceraſa dulcia humectant, cephalica ſunt, malignitati reſiſtunt.

- - *Ceraſa armena* refrigerant, ſiccant, cardiaca ſunt & ſtomachica

Conditæ Myrabolani ſtomachicæ ſunt, temperantes bilem, pituitam & Melancholiam.

- - *Nuces juglandes* ſtomachicæ ſunt, menſes cient, flatus, & colicum dolorem pellunt.

Condita Nux moſchata adſtringit vomitum ſiſtit & ſtomachica eſt.

- - *Ribeſia* refrigerant & humectant.

- *Caro & Myva* cydoneorum refrigerat, ſiccat, adſtringit, ſtomachica eſt.

PARS

PARS III.

De *Conservis.*

Conserva *Florum betonicæ* cephalica est & stomachica.

- - *Borraginis* temperata est, melancholiam pellit, cordisque affectibus medetur.
- - *Calendulæ* cardiaca, & alexipharmaca est, & menses movet.
- - *Caryophyllorum* cardiaca, & cephalica est.
- - *Cichorei* refrigerat, extenuat & hepatica est.
- - *Euphragiæ* calefacit, siccat, cephalica & ophtalmica est.
- - *Malvæ* calefacit, humectat, emollit, & thoracica est.
- - *Nymphææ* refrigerat, humectat, somnum conciliat.
- - *Pæoniæ* cephalica est & antepileptica.
- - *rosarum pallidarum* bilem purgat ad ℥iiii exhibita.
- - *rosarum rubrarum* siccat, adstringit, cephalica, & cardiaca est.
- - *anthos* calefacit, siccat cephalica & cardiaca est.
- - *salviæ* calefacit, siccat, cephalica & uterina est.
- - *symphyti* calefacit, siccat, vulneraria & thoracica est.
- - *Violarum* refrigerat, humectat, cardiaca & thoracica est.
- - *Herbæ absinthii* calefacit, siccat, attenuat, aperit, hepatica, stomachica, & splenetica est.
- - *Acetosæ* refrigerat, aperit, cardiaca, hepatica & alexipharmaca est.
- - *Fumariæ* aperit obstructiones.
- - *Melissæ* cardiaca, cephalica, & stomachica est.
- - *Menthæ* calefacit, adstringit, stomachica & cephalica est
- - *Trifolii acetosi* refrigerat, adstringit, stomachica & cephalica est.

PARS

PARS IV.

De

Syrupis.

S*Yrupus acetosus* refrigerat, attenuat, incidit, sitim tollit.

- - *succi acetosæ* refrigerat, incrassat, in febribus malignis, pesteque convenit.

- - *Acetositatis citri* refrigerat, & in febribus malignis & pestilentibus conducit.

- - *Syrupus Agrestæ* refrigerat, adstringit, vomitum & alvum sistit, sitimque & æstus tollit.

- - *Althææ Fernelii* temperatus est, laxat, emollit, purgat leniter pituitam, renes a sanie & arenulis liberat, urinæ ardorem demulcet.

- - *Artemisiæ Fernelii* calefacit, aperit, incidit, menses movet, hystericis convenit.

- - *Betonicæ* calefacit, aperit, abstergit, cephalicus & uterinus est menses leniter movens.

- - *Borraginis* humectat, melancholiæ, syncopi, palpitationi cordis convenit.

- - *Capillorum Veneris* temperatus est, incidit attenuat, aperit.

- - *Caryophyllorum* calefacit, siccat, attenuat, incidit, cardiacus, stomachicus, uterinus, cephalicus est.

- *de Cinamomo* incidit, cardiacus, uterinus & cephalicus est.

- - *Coralliorum* refrigerat, detergit, aperit urinam movet, obstructiones reserat, hypochondriacis conducit, fluxum alvi immodicum compescit.

- - *Cichorei cum rhabarbaro* refrigerat, aperit, bilem purgat, omni ætati, sexui convenit, etiam infanti bimo ad ℥jß oblatus.

- - *Cydoniorum* adstringit & ventriculum roborat vomitum & alvi fluxus sistit, in sanguinis sputo, hæmorrhoidum & mensium fluxu conducit, dysentericis & cæliacis confert.

Sy-

Syrupus Diacodion. Incrassat catarrhos in pectus depluentes, hypnoticus est, anodynus & humores acres & calidos densans.

- - *Fumariæ* purgat blande per alvum, aperit, conducit affectibus cutaneis, & qui ab humore salso oriuntur. Dosis ℥iij.

- - *Glycyrrhizæ* calefacit, humectat, incidit, abstergit, bechicus est, & expectorationem juvans.

- - *Granatorum acidorum* refrigerat humectat, putredinem arcet, fluxum ventris & vomitum sistit, & cardiacus est.

- - *dulcium* humectat, expectorationi & febribus convenit.

- - *Hyssopi* attenuat incidit abstergit renes & vesicam, bechicus est, confert in Asthmate & tussi, mensesque ciet.

- - *Jujubinus* refrigerat & incrassat tenues humores, raucedinem vocis tollit, tussim & pleuritidem sanat, sputum movet & educit.

- - *Limonum* refrigerat, incidit, cor confortat, febribus pestilentialibus, continuis & cardialgiæ medetur.

- - *Menthæ* temperatus est, adstringit stomachicus est. Vomitum, singultum, & alvi fluxum sistit.

- *Myrtinus* refrigerat, adstringit, thoracicus est, fluxum alvi & sanguinis sistit, ventriculumque roborat.

- - *papaveris simplicis* refrigerat & humectat, bilem temperat & lenit, sitim extinguit, thoracicus & hypnoticus est.

- - *erratici* refrigerat, adstringit, incrassat convenit in febribus ardentibus, peripnevmonia & pleuritide, bechicus est & hypnoticus. Dos. ℥iß.

- - *Portulacæ* potenter refrigerat, emollit, incrassat & vermes necat.

- *Quinque radicum* attenuat & incidit crassos humores, movet urinam, menses & calculum pellit, & Ictero conducit.

- - *Rosarum siccarum* adstringit, alvi fluxum, vomitum, & uteri fluorem sistit, ulcera detergit & conglutinat.

- - *Rosarum solutivus* purgat per alvum bilem ac serosos humores ad ℥iij exhibitus.

Syrupus rosarum cum senna purgat bilem melancoliam & serum. Dos. ℥ij.

- - *Scabiosæ* apostemata purgat, thoracicus est, in pleuritide & malignis febribus convenit.

- - *stæchatis* cephalicus est, epilepsiæ, spasmo, tremori & omnibus affectibus frigidis convenit.

- - *Symphyti Fernelii* temperatus est, abstergit blande, vulnerarius est, & convenit tabidis.

- - *Violarum* refrigerat, humectat, emollit, pleuritidi, tussi, urinæ ardori & dolori nephritico conducit. Huc pertinet etiam

Oxymel scilliticum quod ita paratur Rec. Mellis optimi despumati q. v. ✝ solvatur super cineres calidos in vase fictili, soluto admisce, scillini q. s. ut sine coctione agitando recipiant consistentiam Syrupi. Potenter illud incidit crassos humores, atque ita epilepsiæ, vertigni, & hemicraniæ medetur.

CAPUT VII.

De *Sublimatis, præcipitatis, & calcinatis.*

PARS I.

De *Sublimatis.*

§. I.

BUtyrum ♄ est liquor gummosus albicans, & gravis hunc in modum parandus. Rec. ♄ minutissime pulverisati ℥iij. ☿ ʒvj, misce exacte in mortario vitreo pistillo vitreo donec in unam massam abierint. Hanc massam inde retortæ vitreæ parvæ collo amplo & brevi instructo, & repone in cellam per xxiv. horas: quo facto destilletur ex ∴ donec nihil amplius prodeat. Liquor gummosus chirurgis inservit in extirpandis partibus gangræna, aut sphacelo obsessis. Habet enim *vim cathæreticam absumendi, erodendi* ob copiosum acidum ⊖is & ♁ quo imbutum est.

§. 2. *Cin-*

§. 2. *Cinnabaris antimonii* est substantia ad metallicam accedens naturam rubescens interjectis striis splendentibus hunc in modum paranda. Rec. ⊛ post destillationem butyri ♁ relictum injice in retortam parvam probe loricatam, & repone in furnum △ aperti ita ne flamma collum retortæ feriat, retortam imponendo ipsis carbonibus primum ut hi fundum ejus tantum feriant, tum etiam superimponendo & latera tegendo. Detine sic per sesquihoram & totum ⊛ sublimabitur in collum retortæ ulterius rectificandum: de quibus plura in sequentibus. Cinnabaris hoc modo sublimata & præparata *præstans est antepilepticum* tam in adultis quam pueris.

§. 3. *Cinnabaris vulgaris* est substantia metallica solida & ponderosa, rubicunda numerosis subinde decursantibus fibris seu striis, splendentibusque micis interpolata, facta ex una parte ♀is & III. ☿ vivi vi △ sublimata. Vehementer *sursum & deorsum purgat*. Frequentior est usus ejus externus in suffimigiis *ad excitandam salivationem*.

§. 4. *Flores antimonii* constant ex pulvere subtili vi ignis ex ♁io elevato. Modum illos parandi infra pluribus explicabimus. Sunt rarioris usus cum vehementius ἄνω & κάτω purgent: unde etiam in substantia nunquam exhibentur, interdum autem in infuso ad gr. IV. vel V.

§. 5. *Flores Benzoini* etiam huc pertinent, quorum præparationem infra plenius describemus. Conveniunt illi in catarrhis, Asthmate & mensium suppressione.

§. 6. *Flores ♀is vulnerarii* sunt, *anodyni, sudoriferi, alexipharmaci.*

§. 7. Ad sublimata denique Mercurius sublimatus & dulcis referuntur. Est autem *Mercurius sublimatus* substantia alba crystallina, ponderosa, splendens, sublimata ex parte I. ☿ vivi & duplo ⊕ & ⊖is calcinati, saporis acerrimi & exurentis. Interne rarissime exhibetur: externe vero in ulceribus Gallicis & sordidis locum habet.

§. 8. *Mercurius dulcis* est substantia alba crystallina & splendens sublimatia ex ☿ & ☿ vivi anatica portione, saporis & odoris nullius. Inter Mercurialia temperatior hic est & blandior, qui pue-

ris etiam tuto exhiberi potest. *Purgat blande per inferiora, luem ♀eam curat, & vermes expellit.*

PARS II.

De Præcipitatis.

§. I.

SUblimatis hactenus recensitis *præcipitata* sunt contraria, cum illa in altum eleventur, hæc autem in fundo reperiantur. Inter hujusmodi præcipitata primum locum ita dicta *magisteria* occupant, quibus ☿ succedit, nec non ☿ *vitæ* & *Turpethum minerale.*

§. 2. *Magisteria vegetabilia* quæ fiunt *ex subjectis resinosis*, magis *usualia esse solent*, *minus* autem *ex* vegetabilibus *non resinosis* parata. *Animatorum, marinorumque magisteria* cum acidis præparata parum aut *nihil valent*: & melius est illa cruda præscribere, seu saltim præparata, quam in magisterio.

§. 3. His ita præmissis ex ingenti magisteriorum numero magisterium gummi guttæ eligimus, magisterium Jalappæ, & scammonii relictis reliquis ceu minus utilibus.

§. 4. *Magisterium gummi guttæ* educit potenter serum ad gr. VI. vel VIII. exhibitum.

§. 5. *Magisterium Jalappæ* extrahitur 🜄 & præcipitatur ▽ communi. Est familiare phlegmagogum ad ℈ß exhibendum, & dicitur alias resina Jalappæ.

§. 6. *Magisterium scammonii* paratur ad eundem modum, ejusdem cum illo virtutis, & doseos.

§. 7. *Mercurius præcipitatus duplex* est *albus* nimirum, *& ruber.* Uterque paratur hunc in modum. Rec. ☿ vivi ℥ij & 🜄 ℥iij misce in cucurbita vitrea, & repone simul in digestionem per XXIV. horas, sæpius vitrum agitando donec ☿ omnis sit solutus. Hoc facto dimidium ejus partem guttatim effunde in poculum aqua ⊖sa reple-

repletum, & statim videbis coagulum præcipitari ulterius edulcorandum, & exsiccandum, quod coagulum ☿ albus vocari solet.

Ut accipias ☿ rubrum accipe alterum dimidium ☿ soluti, & ex retorta destilla ad siccitatem, massam albicantem relictam pulverisa, & in crucibulo △ reverberio committe ut rubescat, quod in momento contingit, cavendo sedulo ne ☿ avolet. Refrigeratam calcem tere, ▽ plantaginis edulcora, & serva ad usum.

Præcipitatus albus fuco faciei faciendo, nummisque inducendis inservit. Purgat etiam per superiora, & inferiora in lue ♀ea, podagra & scabie a gr. VI. ad gr. viij. *ruber* autem externe saltim adhibetur in tollendis ulceribus, pustulis, excrescentiis & pediculis.

§. 8. *Mercurius vitæ* oritur ex butyro ♁ in aqua communi præcipitato, & edulcorato. Est potens vomitorium & ♁ potius, quam ☿. Robustis tantum debet exhiberi ad gr. iij, tutius autem in infuso ad gr. v. Commendatur etiam in paratu difficili.

§ 9. *Turbith minerale* paratur hunc in modum Rec. ☿ vivi purissimi ℥j 🜍 rectificati ℥iiij M. & digere per XXIV. horas, tum ex retorta vitrea ad siccitatem destilletur ex ∴, cohobetur ut relinquatur massa nivis instar alba, quæ ▽ pura edulcorata lutea evadit in pulverem exsiccanda. *Movet vomitum & secessum*, dicatumque est affectibus pituitosis. Dosis sunt gr. viij.

PARS III.

De Calcinatis.

§. I.

Ex calcinatis potissima sunt ♁ diaphoreticum, Antihecticum Poterii, Bezoardicum minerale, partes animalium calcinatæ, crocus martis & metallorum, necnon regulus ♁ varii generis, & vitra.

§. 2. Quomodo ♁ *diaphoreticum* parandum sit alio loco do-

cebimus: quod vero illius vires attinet notandum erit hoc loco, optimum illud esse *febrifugum, sudoriferum & aperiens* a ℈ß ad ℈j aut ʒß exhibitum.

§. 3. *Antihecticum Poterii* hunc in modum parari solet, I Rec. regul. ♁ Jov. aut etiam ♃ part v. reg. ♁ part. iv. II mixta fundantur in crucibulo & detonentur cum triplo ⦶ per integram horam calcinanda donec colorem album induant. III edulcoretur massa, exsiccetur & ad usum servetur. Corrigit egregie acidum vitiosum & laudem meretur in morbis uterinis, passione hysterica, hæmorrhagia, aut vomitu cruento a mensibus stagnantibus exorto. Porro in hectica adhibetur & febribus.

§. 4. *Bezoardici mineralis* præparationem infra dabimus, quod potens sudoriferum est in omnibus febribus a ℈ß ad gr. xv. datum.

§. 5. Ad partes animalium calcinatas CC. pertinet *tam ustum*, quam *philosophice calcinatum, Ebur calcinatum*, & *conchæ præparatæ:* quæ quomodo calcinanda sint, infra pluribus docebimus. Vires harum partium *absorbentes* sunt, *antifebriles, diaphoreticæ, & antepilepticæ.*

§. 6. *Crocus martis* duplex est *adstringens* & *aperitivus.* Usus adstringentis est in illis affectibus, ubi adstrictione opus est, in omnibus nimirum sanguinis fluxionibus, aut excrementorum. Externe ingreditur pulveres stipticos, & emplastra stiptica vulneraria. *Crocus aperitivus* ⊖ia absorbet vitiosa, sanguinis restituit crasin, & digestionum errores corrigit: unde eo utimur in mensium suppressione, fluore albo, chlorosi, cachexia, hydrope & aliis morbis generis ejusdem.

§. 7. *Crocus metallorum* est medicamentum antiquis ignotum chymicorum inventum, quod bilem per inferiora & superiora educit, commode oculorum medicamentis admiscetur, ingrediturque clysteres. Paratur ex illo ▽ *benedicta Rulandi*, & ♀ *emeticus*, emeticum præstantissimum.

§. 8 *Regulus antimonii* est substantia metallica ex ♁io eliquata. Duplex ille ut plurimum esse deprehenditur *medicinalis* nimirum, & *vul-*

vulgaris, & hic iterum *simplex* aut *compositus*. Præparationem horum regulorum infra plenius explicabimus, sed quod vires attinet notandum erit regulum medicinalem remedium constituere egregium: de quo Hoffmannus integram conscripsit dissertationem, quæ hoc loco videri potest. Vulgaris æque ac compositus per se non adhibetur sed in usum chymicum & pharmaceuticum plerumque parari solet.

§. 9. Agmen calcinatorum *vitrum* ♁ claudit, quod est substantia ponderosa solida vitri instar, hyacinthini obscuri coloris, & sapor s nullius facta ex ♁ calcinato & fuso. Per superiora & inferiora contenta vehementer expurgat, præcipue bilem. Raro datur in substantia, frequentius in infuso, ubi menstrui ratio est habenda, non ipsius vitri antimonii.

CAPUT VIII.

De *Electuariis, robob & pilulis.*

PARS I.

De *Electuariis.*

Electuarium benedictum purgat pituitam, bilem & serum, incidit præterea, attenuat & aperit. Dosis est ℥ß ad ʒvij.

: seu *Confectio Alkermes* paratur hunc in modum. v. g.

Rec. *Suc. gran. kermes* ℔ijß.
Calefacto adde
Ambræ griseæ ʒij. *liquefactis inspergantur*
sequentes pulveres.
ligni Aloes
Cyn mom. aa ʒvj.
lap. laz. pp.
Marg. pp. aa ʒij,
fol. aur. ʒj
M. f. s. a. Elnctuarium.

Cale-

Calefacit hoc electuarium, cardiacum est, syncopi, Apoplexiæ, & Melancholiæ medetur. Insigne est adstringens in diarrhæa violenta, & diuturna. Paratur cum & sine moscho, & datur a ʒß ad ℈ij.

Electuarium Diacarthami describitur a MARGRAVIO in *materia medica contracta* p. m. 203. quod pituitam potenter purgat, & bilem a ʒv ad ℥j exhibitum. Hujus species cum 🜄 extractæ addito postmodum scammonio fiunt pilulæ frequentis usus ad ʒj exhibendæ.

- - *Diacatholicon.* Hujs descriptionem vid. l. c. p. m. 204. Purgat illud omnes humores ab ℥ß ad ℥j exhibitum.

- - *Diaphænicon* purgat pituitam & bilem, daturque a ʒß ad ℥j.

- - *Diascordium Fracastorii* ex sequentibus constat ingredientibus. v. g.

Rec. Fol. scord. siccat.
rosf. rubr. aa ℥j
Boli-Armen. ℥ij.
rad. bistort.
Gentian
Tormentill.
Cass. lign.
Cinamom.
Dictamn. Cret.
Sem. acetos.
Styrac. Calam.
Galban.
Gum. Arab. vermic. aa ℥ß
Op. pp.
Z. Z.
pip. long. aa ʒij.
Mell. despum. ℔iij.
Vini generosi Canarini q. s.

M. f. l. a

M. f. l. a. Electuarium ad usum servandum. Moderate calefacit hoc electuarium, adstringit, vomitum sistit, sudorem movet, in peste usum habet egregium, prægnantibus loco theriacæ quam non ferunt exhibetur, medetur denique feliciter singultui a ʒj ad ʒiij exhibitum.

Elect. s. Hiera picra Galeni purgat bilem & pituitam incidit, attenuat, ex partibus remotis educit ab ℥ß ad ʒv exhibitum. In pertinacissimis mensium obstructionibus ℥j hujus electuarii cum ℈j croci exhibita usum habet non contemnendum.

Lenitivum non est de nihilo purgat siquidem pituitam, serum, bilem, melancholiam, & inservit affectibus thoracis, pleuritidi &c. ab ℥ß ad ʒvij exhibitum.

Electuarium Mithridatium Damocratis quuod hunc in modum paratur.

v. g.

Rec. Croc. britann.
Myrrh.
Thuris masc.
Z. Z.
Agar. alb. & lev.
Spic. Nard. Ind.
Cinamom.
sem. Thlasp. aa ʒx.
sesel. Massil.
cost. odor.
fol laur.
schænant.
stæchad. Arab.
pip. long.
Castor.
styrac. calam.
Galban.
Oppopon.

Succ. Hypocist.
Terebinth.
℥ N.M. expr. aa ℥viij.
cass. lign.
pol. mont. alb.
scord. cret.
pip. alb.
sem. Dauc. Cret.
Bdell.
Trochisc. Cyph. aa ℥vij.
rad. Gent.
Spic. celt.
Dict. cret.
sem. Petrosel.
cardamom. min.
fœnic.
ros. rubr.
gum. Arab. verm.
op. pp. aa ℥v.
Rad. acor.
asar.
Valerian.
Sagapeni
sem. anis. aa ℥iij.
Meu Athamant.
sem. Hyper.
Acac. ver.
Ventr. scinc. aa ℥ijß.
Vini generosi Canarini q. s. ad liquanda gummata.
Mell. Narbonensis triplum.

M. f. l. a Electuarium quod menses movet, calculum pellit, sudorem ciet, & alexipharmacum est a ℈j ad ℥ij exhibitum.

Ele

Electuarium ex succo rosarum purgat bilem, & humores serosos ab ℥ß ad ʒvi. exhibitum.

- - *Theriaca Andromachi senioris* in hunc modum parari solet v. g.

Rec. Trochisc. scillit. ℥vj.
viperin.
Magm. Hedich.
op. pp.
pip. long. aa ℥iij.
rad. Ir. Flor.
Agar. alb.
cinamom.
scord.
ros. rubr.
sem. Napi
°° N. M. expr.
succ. Glycyrrh. aa ℥jß
Rad. cost. odor.
pentaphyll.
rhapont
spic. Nard. Ind.
Z. Z.
cass. lign.
Fol. Dictamn. cret.
calaminth. mont.
Marrubii
Schœnant
Stœch. Arab.
croc. Britann.
pip. alb.
nigr.
sem. petros. maced.
Myrrh.

Thur.
Terebinth. cypr. aa ℥vj
rad. Acor.
Gent.
Mei
phu.
spic. celt.
fol. chamædr.
chamæpit.
laur.
pol. mont. alb.
Bacc. junip.
carpobals.
sem. ammios
anisi
cardamom. min.
Fœnic.
Hyper.
sesel. Massil.
Thlasp.
Caryophyll. plin.
Boli Armen.
calcitidis tost. donec cineritia fiat
Gum. Arab. vermicul.
sagapen.
styrac. calam.
succ. Hypocist.
& Acac. ver. aa ℥ß
rad. Aristol. ten.
sum. cent. min.
sem. Dauc. Cret.
opopon.

Galban.
Castor.
Bitum. Judaic. aa ℥ij.

Vini generosi canarini q. s. pro liquandis gummatibus & succis, nec non mellis Narbonensis triplum. M. f. l. a. Electuarium. Attenuat theriaca, lumbricos necat, calculum pellit, menses movet, coctionem ventriculi promovet, est alexaterium egregium, sed Mithridatio adhuc inferior ob opii copiam majorem: unde illud etiam medicamentorum pater hæc autem mater vocatur. Dosis est a ʒß ad ʒiij.

Electumrium s. Theriaca Diatessaron Mesues ex sequentibus constat ingredientibus, v.g.

Rec. rad. ☉*Aristol. rot.*
Gentian
Bacc. Laur.
Myrrh. aa ℥ij.
Mellis despumati ℔ij.

M. f. l. a. Elect. Calefacit, siccat, attenuat ventriculi & capitis affectibus conducit. Vires obtinet alexipharmacas & a multis ipsi Theriacæ præfertur.

PARS II.

De
Rhob.

R*Hob Acaciæ* ita paratur I. Rec. fruct. prunell. sylvestrium immaturorum q. s. II. coquantur ad mollitiem, & trajiciantur per cribrum III. pulpæ trajectæ ℔j adde sachari ℔ij. Hoc rob, adstringit, & in dysenteria & diarrhæa convenit.

Berberum hunc in modum fit. Rec. succi Berberum expressi ℔ij sachari albi ℔j, & coque ad legitimam consistentiam.

 Re-

Refrigerat hoc rob, adstringit, bilem temperat, & in cholera, dysenteria, & alvi fluxibus utile est.

Rhoob Cerasorum acidorum sequentem in modum paratur, coquendo nimirum cerasa acida per se, trajiciendo cocta per setaceum & cum vel sine sacharo ad spissitudinem redigendo. Refrigerat cardiacum, & alexipharmacum est.

- - *de cornis* adstringit, & in dysenteria, cæliaca, cholera & vomitu convenit.

- - *seu Miva cydoneorum* adstringit, ventriculum roborat, choleræ, hæmorrhagiæ & & alvi fluxui convenit.

- - *Ribesiorum* refrigerat, adstringit, bilem temperat, choleræ, dysenteriæ, alivi fluxui medetur.

- - ex succo *Rubi Idæi* refrigerat adstringit & pesti conducit.

- - *Sambuci & Ebuli* purgant serum, sudorem movent, hydropicis utilia sunt.

PARS III.

De

Pilulis.

Pilulæ *Aloephanginæ.* Non opus est ut illarum descriptionem adjiciamus, cum illa alibi videri possit. Calefaciunt & siccant potenter, incidunt, & bilem expurgant cum pituita. Cephalicæ sunt & senibus appropriatæ; conveniunt etiam colicæ & flatibus. Dosis ℨj. ℨij.

- - *Agarici* calefaciunt & siccant, purgant pituitam conveniunt capiti, thoraci, tussi, asthmati, comati, catarrho, vertigini, Dos. ℨß. ad ℨj. & ultra.

- - *Aureæ* purgant bilem & pituitam incidunt simul, & attenuant. Dosis ℨj. ad ℈iiij.

- - *Cochicæ* Calefaciunt, siccant, bilem & pituitam valde purgant & dicuntur alias cephalicæ, & dantur a ℈ij. ad ℈iiij.

- - *Cynoglossi cum castoreo* ex sequentibus constant ingredientibus. v. g.

Rec. Rad. cynogloss.
sem. Hyosc. alb. *op.*

op. pp. aa. ℥ß.
Myrrh. ʒvj.
Thur. masc. ʒv.
croc.
castor.
styrac. calam. aa. ʒij.
▽*ros. q. s. f. l. a.* MB.

Adstringunt hæ pilulæ & incrassant, anodynæ & narcoticæ sunt, datæ ad gr. v.

Pilulæ Catholicæ hunc in modum parari possunt. v. g.

Rec. pulp. colocynth. ℥vj.
Agar. alb.
Helleb. nigr.
Jalapp.
Turbith. aa. ℥iiij.

Pulverisata gr. m. extrahe cum 🜅. ℔. xii. digerendo per xiv. dies & noctes vitrum interdum movendo. Tincturam leniter decanta, & cola per linteum, colaturæ adde ▽comm. ℔ij. & liquor lactescet, quem abstrahe in MB. ad remanentiam ℔ij. Remove ab △e. & residuam aquam cum resina effunde in ollam recentem probe vitreatam & evapora leni △e ad mellis consistentiam postmodum adde

Al. lucid. pulv. ℥viij.
scamnon. ♃ati ℥iiij.
🜅. *rectif.* ℥iij.

M. & lenissimo △e evapora ad extracti consistentiam ut pilulæ inde formari possint. Verum est purgans catholicum, bilem, pituitam & serum educens: idque sine ullis torminibus, & in dosi parva. a. gr. xv. ad ℈j.

Fœtidæ majores Mesuæ aperiunt & bilem purgant, menses movent, evacuant ex partibus remotis, & conducunt in Podagra, psora, colica, affectibus cutaneis Dos. ʒij. ad ʒj.

Pilulæ

Pilulæ Hydropicæ ex sequentibus componi possunt ingredientibus.

Rec. Aloes opt. ℥ijß.
Gum. gutt. cum Malvat. solut. & lævigat. ʒjß
Diagrid eodem modo parat. ʒj.
Gum. ammon. ʒjß.
♀ ℞*at.* ʒß.
cum syr. ros. solut. f. massa.

Copiose purgant serum, aperiunt & resolvunt ad ℈j datæ.

- - seu *Laudanum opiatum* paratur ex extracti opii cum succo cydoniorum per fermentationem parati ʒj croc. Britan. pulv. ʒj & castor. pulv. ʒß. M. & leniter evaporetur hæc massa ad consistentiam pilularem. Anodynæ sunt hæ pilulæ, hypnoticæ & narcoticæ, dosis a gr. ß. j. ad ij & in robustis ad iij.

- - *Mastichinæ* sequentem in modum parantur v.g.

Rec. Mastich. ℥ß.
Agar. trochisc. ʒiij.
Aloes lucid. ʒx.
cum s. q. succ. absinth. f. massa

Blande purgant bilem, pituitamque & sunt stomachicæ. Dosis est ʒj.

- - *pestilentiales communes* ita fieri solent. v.g.

Rec. Aloes lucid. ℥ij.
Myrrh. ℥j.
Croc. ℥ß.
Vini canarini q. s. f. massa.

Purgant bilem, a putredine & peste præservant, cardiacæ sunt & alexipharmacæ. Dosis ʒj ad ʒij.

- - ♀*eæ Bontii* ex sequentibus constant ingredientibus. v.g.

Rec. Aloes soccotrin.
Gumm. ammon. ✝ *solut. & inspiss.* ℥jß.
♀ ℞*at.* ℈jß *f. l. a. MP.*

Atte-

Attenuant, aperiunt obstructiones internas, leniter purgant a ℈ij. ad ʒj. exhibitæ.

CAPUT IX.

De Balsamis, Ungnentis & Emplastris.

PARS I.

De Balsamis.

B*Alsamus.* Balsami sunt triplices *odoriferi, destillati, & unguentarii.* Primi generis balsami parantur ex oleis destillatis suaveolentibus excipiendo illa cera alba aut ♁Nm. express., & tingendo santalo rubro, succo viridi tritici recentis expressi aut etiam spodio, aut alia materia nigricante. Balsami destillati fiunt ex destillatis ♎-tibus & oleis destillatis impraegnatis. Et ita fiunt.

- - *Angelicæ* qui grassantibus morbis malignis epidemicis in usum vocatur.

- - *Apoplecticus* hunc in modum fieri potest. v.g.

Rec. ♁ *cinamon.* ʒij.
caryoph. ʒiij.
rosar. ʒj.
Bals. peruv. ʒß.
Mosch. ʒß.
Ambr. ʒj.
♁ NM. *expr.* ʒij.
M. f. l. a. Bals.

In affectibus soporosis temporibus, naribus & vertici capitis inungitur.

Balſamus caryoph. & cort. citri easdem habent vires in capitis & cordis affectibus.

- - *Maceris* convenit egregie in affectibus ventriculi frigidis.

- - *Majoranæ* in narium obſtructione & gravedine conducit.

- - *Menthæ* affectibus ventriculi frigidis & colicæ ſuccurrit.

- - *Nervinus* ex oleis nervinis & aliis generis ejusdem convenientibus parari poteſt, egregie ſe commendans in affectibus nervorum, paralyſi, & ſpaſmo ſi tepide inungitur.

- - *Nucis Moſchatæ* laudatur in vomitu, fluxu alvi, & infantibus applicatur commode in regione umbilicali.

- - *Roſarum* reſtaurat vires languentes.

- - *Roriſmarini, rutæ ſuccini* in affectibus capitis frigidis, apoplexia, & aliis affectibus ſoporoſis tam præſervative quam curative naribus, temporibus & vertici inungitur.

- - *Vitæ* eſt ſacra anchora in agone, ægrotantium vires egregie refocillans. Poteſt etiam in alios uſus adhiberi. Optima eſt *HOFFMANNI* deſcriptio: cui illa ſuccedit quæ in *POTERIO* exhibetur. In *SCHROEDERI* deſcriptione tanta ingredientium farragine opus non eſt. Unum & alterum fragrans aroma, & gummi reſinoſum poteſt ſufficere. Inunguntur illo nares, tempora, vertex & carpi manuum. Exhibetur etiam in variis caſibus interne cum fructu.

- - *Sulphuris* ex floribus 🜍is paratur cum 🝆 terebinthinæ, ſuccini, aniſi, juniperi, & ſic varii parari poſſunt balſami 🜍is uſus egregii in affectibus pectoris, ventriculi, uteri, &c.

- - *Vulnerarius.* Variæ balſamorum vulnerariorum reperiuntur deſcriptiones: omnes autem mundifuant ulcera, & carnis generationem promovent: de quibus alibi.

PARS

PARS II.

De Unguentis.

Unguentum *adstringens Fernelii* refrigerat, adstringit, tuetur partes a fluxionibus, sistit sanguinem, mammas contrahit, & rugas ventris post partum tollit.

- *Ægyptiacum* potenter & cum dolore separat carnem excrescentem, & mortuam, abstergit, in fistulis & ulceribus antiquis convenit.

- *Agryppæ* Ventri applicatum per alvum purgat, conducit hydropicis, lienosis ventri illorum illitum.

- *Album camphoratum* scabiem, ambusta, pruritum & intertriginem sanat, & pustulas erumpentes, ulcera, aliaque cutis vitia tollit.

- *Althææ simplex* humectat, emollit, in laterum dolore prodest, tollit quoque dolorem vesicæ, pectoris &c.

- *Althææ compositum* humectat, emollit, lenit, digerit, in nervorum dolore convenit.

- *Apostolorum* abstergit, carnem mortuam tollit, fistulis, ulceribus, & vulneribus contumacibus conducit.

- *Arthanitæ* purgat per alvum aut vomitum hypogastrio, aut ventriculo illitum, purgat & evacuat aquam hydropicorum, & vermes.

- *Aureum* Emollit, abstergit, maturat, anodynum est.

- *Basilicon* vulnera conglutinat, ulcera implet, & anodynum est.

- *Calcis* refrigerat, siccat, & ambusta sanat.

- *Dia pompholygos* ulceribus conducit, anodynum est, carnem gignit, malignitatem cancrosam domat, ulcera tibiarum sanat.

Unguentum enulatum cum & sine ☿io sanat tophos luis Venereæ, pruritum, scabiem, cutis fæditates sanat, & occidit pediculos sic dictos inguinales.

- - *Martiatum* emollit, in nervorum affectibus frigidis convenit, in tremore, paralysi, arthritide, & tumore lienis.

- - *Nervinum* humectat, emollit, & nervis potissimum dicatum est.

- - *Pectorale.* Attenuat, digerit, expectorationem promovet, anodynum est, & pectoris, ac laterum dolores lenit.

- - *Pomatum* humectat, emollit, & oris fissuris medetur.

- - *Populeum* refrigerat, emollit, anodynum est, illinitur pulsui manuum, fronti, temporibus.

- - *Potabile* attenuat, aperit, sanguinem coagulatum dissolvit, consolidat, conducit in casu ab alto.

- - *Refrigerans Galleni* refrigerat humectat anodynum est.

- - *Rosaceum* refrigerat, emollit, sanat herpetem, extinguit inflammationem.

PARS III.

De

Emplastris.

EMplastrum Betonicæ calefacit remisse, sarcoticum est, & modice detergens. Laudatur in specie a *FORESTO* in vulneribus capitis.

- - *de Cerussa* s. album coctum medetur intertrigini, ambustis inflammatis. Inservit vitiis cutis, exulcerationibus varii generis.

- - *Diapalmæ* adstringit, detergit, conducit tumoribus pestilentialibus, cruentis vulneribus, in ulceribus mundandis, contusis, ecchymomatis, & est Emplastrum magni usus.

Empla-

Emplastrum Diachylon simplex emollit maturat, resolvit, dissipat, & utile est in tumoribus lienis, ventriculi &c.

- - *Diachylon cum gummi* valde emollit, maturat, digerit, calefacit moderate, & convenit in tumoribus antiquis.

- - *Gratiæ Dei* abstergit, vulnera & ulcera repurgat, mundat & consolidat.

- - *griseum* refrigerat, carne explet & cicatricem obducit.

- - *Meliloti* emollit, maturat, resolvit durities antiquas, laxat & discutit a flatibus intensa, & anodynum est egregium.

- - *Minii* refrigerat & siccat vulnera & ulcera antiqua, eaque curat feliciter.

- - *Mucilaginum* attenuat, emollit, maturat, suppurat, extrahit, mundat & aufert escharam in ambustis, utile etiam est in tumoribus.

- - *Oxycroceum* emollit, discutit tumores, est anodynum, convenit ossibus fractis & Ischiacticis.

- - *de ranis cum & sine Mercurio* potenter emollit, & dolores artium a lue Venerea ortos tollit. Valet in hernia humorali scroti, quam egregie emollit, membranasque & ligamenta, & anodynum est.

- - *ad Rupturas Fernelii* Vehementer adstringit, fluxiones sistit, inservit herniæ, & ossibus fractis, partesque roborat.

- - *sticticum Paracelsi* Calefacit, siccat modice, detergit & consolidat. Extrahit ferrum, lignum plumbum.

LIBER III.

Syllabum Materiæ Medicæ exhibens.

SECTIO I.

De Evacuantibus.

CAPUT I.

De Abſtergentibus, catharcticis, emeticis, laxantibus, purgantibus.

Natura.	Nomen.	Doſis.			Uſus in
Mineralia.	☿ *dulcis*	gr. x.	xv.	℈j.	pilul. bolo.
	vitæ	gr. iij.	iiij.	v.	pulv. infuſo.
	♀ *emeticus*	gr. ij.	iij.	v.	pulv.
	Turbith. miner.	gr. iij.	v.	VIII.	pulv. & bolo.
	lapis Lazuli	ʒß.	ʒj.	ʒjß.	pulv. bolo, &
	Armenus.	ʒß.	ʒj.	ʒjß.	piullis.
Radices.	⊕ *album*	gr. xv.	℈j.	ʒß.	pulvere.
	Aſarum	℈ß.	℈j.	℈ij.	ſubſtantia decocto.
	Cyclamen.	ʒß.	ʒj.	℥ß.	ſubſt. decoct.
	Hermodact.	℈ij.	ʒj.	ʒij.	ſubſt. decoct.
	Rhabarbarum	ʒj.	ʒij.	ʒß.	ſubſt. infuſ.
	Rhaponticum	ʒj.	℥ß.	℥j.	ſubſt. inf. dec.
	Jalappa.	ʒß.	ʒj.	℈iiij.	ſubſt. inf.
	Mechoacanna	ʒß.	ʒj.	ʒij.	ſubſt. inf.
	Turbith.	℈ij.	ʒij.	℥ß.	ſubſt. inf.
	Eſulæ cortex	℈ß.	ʒij.	℥ß.	ſubſt. inf.

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.			Usus in
Lignum.	*Helleborus niger*	ʒß.	ʒj.	ʒij.	subst. inf.
	albus	℈ß.	gr.xv.	ʒj.	subst. inf.
	Bryonia	ʒj.	ʒij.	℥ß.	infus. succ.
	Ebuli cort.	ʒj.	ʒij.	ʒiij.	infus.
	Polypodium	ʒij.	ʒiij.	℥ß.	decoct. inf.
	Moluccense s. Panava.	ʒß.	ʒj.	℥ß.	subst. inf. dec.
Lacrymæ & Succi.	*Ammoniac.*	ʒj.	cum	stim.	emuls. bol. pil.
	Galbanum.	ʒß.	cum	stim.	pilulis.
	Sagapenum.	℈iij.	cum	stim.	pilulis.
	Euphorbium.	gr. v.	vij.	x.	pilulis.
	Elaterium.	gr. iij.	v.	℈j.	pilulis.
	Gutta gamba.	℈ß.	gr. xv.	℈j.	pulv. & pil.
	Scammonium.	℈ß.	gr. xv.	℈j.	potion. pil.
	Aloe.	ʒj.	ʒij.	ʒijß.	pilulis.
	Manna.	℥j.	℥ij.	℥iij.	potione.
	Sarcocolla.	ʒß.	cum	stim.	pilulis.
	Opoponax.	ʒß.	cum	stim.	pilulis.
Folia & Herbæ.	*fol. Gratiol.*	℈ß.	℈j.	ʒß.	potione.
	Senna	℈ij.	ʒj.	℥ß.	infus. subst.
	Soldanella.	ʒj.	ʒiß.	℥ß.	subst. succ. dec.
	Gratiola	ʒß.	℈ij.	ʒij.	subst. infus.
	Nicotiana	ʒj.	ʒiß.	ʒij.	infus. succ.
	Mercurialis.	m. j.			clyster. & aliis.
	Epithymum	ʒij.	ʒiij.	℥j.	
Flores.	*Rosar. pall.*	m. j.	cum aliis.		infus.
	Acaciæ	m. j.	cum aliis.		infus.
	Persicorum	m. j.	cum aliis.		infus.
Fungus.	*Agaricus*	℈ij.	ʒj.	ʒij.	infus.
	Mezerei	gr. iij.		℈ß.	subst. infus.
	Staphisagriæ.	℈ß.	℈j.	sed raro.	substant.

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Semina	*Psyllij*	ℨj. ℨij. raro	subst. emuls.
	Carthami	ℨj. ℨij. ℨiij.	subst.
	Atriplicis	ℨij. sed raro.	
	Sambuci.	raro exhibentur.	
Fructus.	*Colocynth.*	gr. VI. ℈ß. gr. XII.	trochisc. extr.
	Nux vomica	rari est usus.	
	Grana tilli.	gr. iij. v. raro.	subst.
	Ricinus me	℈j. ℨß. ℨj.	subst. emuls.
	Americ.	gr. v. vij. IX.	subst. emuls.
	Cataput. min.	gr. v. vij. x.	subst.
	Balanus Mireps.	rari est usus.	
	Myrabolan. r. sp.	ℨj. ℥iß. ℥ij.	subst. decoct. inf.
	Cassia	℥ß. ℥iß. ℥ij.	pulpa.
	Tamarindi.	℥j. ℥ij. ℥iij.	pulpa. decoct.
Infusum s. aquæ.	*Croc. metall.*	℥ß. ℥j. ℥iß.	per se
	Epatis ♄	℥ß. ℥j. ℥iß.	addito
	Flor. ♄	℥ß. ℥j. ℥iß.	syrupo
	☿ *vitæ*	℥ß. ℥j. ℥iß.	per se
	vitr. ♄	℥ß. ℥j. ℥iß.	ut priora.
Salia.	*Cremor.* ♀	ℨß. ℨj. ℨij.	subst.
	♀ 🜹 *atus*	℈ß. ℈j. ℨß.	subst.
	⊖ 🜹 *vomitiv.*	℈ß. ℈j. ℨß.	subst. potion.
Extracta.	*Agarici*	℈ß. ℈j. ℈ij.	pilulis
	Esulæ	℈ß. gr. xv. ℈j.	
	Helleb. nigri	gr. v. ℈ß. gr. xv.	
	Panchymag.	℈ß. ℈j. ℨß.	
	Turpethi	℈ß. ℈j. ℨß.	
	Trochisc. Alh.	gr. iij.	
	Aloes	gr. v. ℈ß. gr. xv.	
	rosat.	ℨß.	
	violat.	ℨß.	

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.			Usus in
	Scammon. ♁at.	℈ß.			potionibus.
	rosat.	℈ß.			
	Cydon.	℈ß.			
Conserva	*ros. pallid.*	℥iiij.			per se Elect.
Syrupi	*cichor. c. rhab.*	℥iß.			per se Elect.
	ros. solut.	℥iij.			per se Elect.
	Angeli Salæ	ʒj.			per se Elect.
					potion.
	Emet. Ludov.	ʒvi.			
Magisteria	*gum. gutt.*	gr.	vj.	viij.	pilul.
	Jalap.	gr.	vij.	℈ß.	cum vitell.
	Scammon.	gr.	vij.	xv.	ov. emul.
Electuaria	*Elect. bened.*	℥ß.	ʒvij.		per se
	Diacartham.	ʒv.	℥j.		
	catholicon.	℥ß.	℥j.		aut in
	phœnicon.	℥ß.	℥j.		
	Hiera picra Gal.	℥ß.	ʒv.		
	Lenitivum.	℥ß.	ʒvij.		
	ex succo rosarum.	℥ß.	ʒvj.		potione.
Pilulæ	*Aloephangicæ.*	ʒj.	ʒij.		per se
	Agarici	ʒß.	ʒj.	℈iiij.	in
	Aureæ	ʒj.	℈iiij.		
	Cochiæ	℈ij.	ʒj.	℈iiij.	
	Catholicæ	gr.	xv.	℈j.	pilulis.
	Fœtid. maj.	℈ij.	ʒj.		per se
	Hydropicæ	℈j.			
	Mastichinæ	ʒj.			
	♀eæ	℈ij.	ʒj.		in pilulis.
Unguenta	*Agrippæ*	s. q.			ventri appl.
	Arthanitæ	s. q.			hypogastr. ventr.

Usus & exercitatio emeticorum laxantium, & purgantium.

A. & Ω.

℞. *Aqu. Benedict. Rul.* ℥j.
Syr. acetos. citr. ℥ß.
M. f. haustus.

S.

Brech-Wein, Morgens auf einmal zu nehmen.

℞. ⊖ ♁ *vomit.* ʒß.
▽ *Card. bened.* ℥ij.
cinamom. ʒij.
mell. rosat. ℥j.
M. f. potio.

S.

Brech-Träncklein, Morgens auf einmal zu nehmen.

℞. ♀ ♁*at.* gr. v.
emet. gr. iiij.
Sach. canar. ℈ß.
M. f. pulvis.

S.

Brech-Pulver, Morgens auf einmal in warmer Brühe zu nehmen.

℞. *Gum. gutt.* gr. viij.
Syr. cichor. cum Rhabarb. ℥j.
▽*ros. q. s. f. haustus.*

℞. *Cons. ros. pall.* ʒvj.
Gum. gutt. gr. x.
Pulv. cinamom. ℈ß.
M. f. Bolus.

℞. *Rad. Jalap. pulv.* ʒj.
☿ *duc.* ℈ij.
sach. cand. ℥v.
▽ *fl. hiper. q. s.*

f. l. a. rotulæ purgantes contra vermes.

℞. *Pil. Mastich.* ℈j.
☿ *dulc.* gr. xv.
Extr. castor. gr. ij.
Bals. peruv. q. s.

f. l. a. pilulæ purgantes anticatarrhales.

℞. *Castor.* ℈ß.
ter. Venet. gr. xv.
rad. Asar. gr. v.
Conserv. fl. stæchad. ʒij.

f. bolus in obstructione mensium.

℞. *Rad. Asar.* ʒij.
gentian. ʒß.
cent. min. m. j.

Coqu. leniter in cerevisia & ex hoc decocto cape ⊖ absinth. ℈j. contra febres intermittentes potissimum quartanam.

℞. *Rad.*

℞. *Rad. Rhabarb.* ʒij.
fl. rof. rubr. p. ij.
infund. in f. q. feri lactis per aliquot horas colat. ℥iij. *add.*
fyr. rof. folut. ℥ß.

Fiat potio laxans indyfenteria benigna.

℞. *Rad. Jalap. pulv.* gr. xv.
crem. ♀. gr. x.
diagrid. gr. v.
☍ *fænic.* gtt. ij.

M. f. pulv. purgans catholicus.

℞. *Turbith. veget. refinof.* ℈j.
diagr. gr. iij.
⊖ ♀ gr. v.
☍ *caryoph.* gt. i.

f. pulv. pro educenda pituita.

℞. *Extr. Eful.* ℈ß.
lign. al. gr. vij.
trochifc. Alhand. gr. v.
☍ *caryoph.* gt. i.
conferv. fl. perf. q. f.

f. l. a. bolus in hydrope.

℞. *Cort. Ebul.* ℥ij.
bacc. Junip. ℥j.
fl. famb. p. i.

Infund. in f. q. vini ad aquas per urinam & alvum educendas.

℞. *Agar. troch.* ℈j.
diagr. gr. v.
aloes. foccotr. ℈ß.
☍ *cinamom.* gt. i.
Elix. propr. q. f.

f. pil. purgantes no. xv.

℞. *pulp. caff.* ℥j.
facch. cand. ℥ß.
fucc. liquir. ʒiß.

f. l. a. bolus ad vitia renum, & calculum expellendum.

℞. *pulp. tamarind.* ℥ß.
crem. ♀ ℈ij.
Syr. de cich. c. Rhabarb. ʒv.

▽cichor. q. f. prodiluenda pulpa. M. f. potio purgans.

℞. *fol. fenn.* ℥ß.
rad. Rhabarb. ʒß.
⊖ ♀ ʒj.
fem. anif.
fænic. aa. ʒj.
cinamom. ʒß.

Infund. in ▽ fumar. f. potio laxans.

℞. *gumm. ammon.* ʒß.
trochifc. Alhand. ℈ß.
Elix. propr. q. f.

f. l. a. pilul. pro aliquot dofibus in fcorbuto & paffione hypochondriaca.

℞. *Mass. pil. de Galb. Sylv.* ʒß.
diagr. gr. v.

f. pil. purgantes hystericæ.

℞. *Euphorb.* gr. v.
Extract. coloc. gr. iij.
⊖ ♀ gr. i.
caryoph. arom. gr. v.

f. c. balf. peruv. pilulæ antihydropicæ.

℞. *Scam. crud.* gr. vij.
Extr. troch. Alb. gr. ij.
℅ *cynam.* gr. i.
Syr. cinamom. ʒj.
▽ *borrag.*
fumar. aa. ℥j.

M. f. haustus purgans.

℞. *Mann. calabr.* ℥iß.
℅ *amygd. d.* ℥j.
Jusc. pull. q. s.

M. f. potio.

℞. *Mann. elect.* ℥iij.
crem. ♀ ʒj.

Solv. in ▽ fontana ſucco citri acidulata, clarif. cum album ovi filtr. per chartam, & cum corticibus citri recentibus gratum concilia odorem f. potio grata.

℞. *Sarcocoll.* ʒß.
extr. troch. Alb. gr. iij.
Z.Z. gr. vij.
Syr. rof. sol. q. s.

M. f. l. a. pilulæ.

℞. *Mann. calabrin.*
conserv. ros. pallid. aa. ℥ß.
pulv. fœnic. ℈ß.

M. f. l. a. Bolus.

℞. *Pulp. tamarind.*
caſſ. rec. extr. aa. ℥ß.
pulv. fœnic. ℈ß.
Sach. q. s.

M. f. Bolus.

CAPUT

CAPUT II.

De *Alexipharmacis, Bezoardicis, diaphoreticis, expellentibus, ſudoriferis.*

Natura.	Nomen.	Doſis.	Uſus in
	Bolus Armena	ʒß. ʒj.	pulveribus
	🜃 *Lemina*	ʒß. ʒj.	illorumque variationibus.
	ſigillata	ʒß. ʒj.	
	⦶	℈j. ʒß.	
Mineralia.	🜍	℈j. ʒß.	ſubſt. ſ. floribus.
	♁	℈ß. ℈j.	
	Unicornu foſſile.	ʒß. ʒj.	in ſubſtantia.
	C. C.	ʒß. ʒj.	In pulveribus
	Viperæ	℈j. ʒß.	
	Dentes apri	ʒß. ʒj.	
	Unicornu verum	ʒß. ʒj.	illorumque
	Lapis Bezoar. or.	℈j. ʒß. ʒj.	
Animalia.	*occident*	℈j. ʒß. ʒj.	
	Mand. Luc. piſc.	℈j. ʒß. ʒj.	variationi-
	Margaritæ	ʒß. ʒj.	
	Sanguis hirci.	ʒß. ʒj.	bus.
	Allium.		in Elixiribus
	Angelica	℈j. ʒj. ʒij.	in ſubſtant. inf.
	Biſtorta	ʒj. ℥j. ℥ij.	ſubſt. decoct. inf.
	Carlina	℈j. ʒj. ʒij.	ſubſt. decoct.
	Caryophyllat.	ʒß. ʒij. ℥ß.	bolo. infuſo.
	Chinæ	ʒij. ℥ß. ℥j.	decocto.

Natura.	Nomen.	Doſis.			Uſus in
Radices.	*Contrajervæ*	ʒj.	ʒij.	℥j.	ſubſt. infuſo.
	Cichor.	ʒij.	℥j.	℥ij.	ſubſt. infuſo.
	Dictamni	ʒj.	℥j.	℥ij.	pulv. decoct.
	Enulæ	ʒj.	℥ß.	℥j.	decoct. condit.
	Gentianæ	ʒß.	ʒj.		ſubſt.
	Imperatoriæ	℈j.	ʒj.	ʒij.	ſubſt. infuſo.
	Phu.	ʒß.	ʒj.	ʒij.	ſubſt. inf. dec.
	Petaſitidis	ʒj.	ʒij.	℥ß.	ſubſt. decoct.
	Peucedani	ʒj.	℥j.	℥ij.	ſubſt. decoct.
	Pimp. ſaxifr.	ʒj.	ʒij.	℥ß.	ſubſt. decoct..
	Sarſaparil.	℥j.	℥ij.	℥iiij.	in decoct.
	Scorzoneræ	ʒij.	℥ß.	℥j.	in decoct.
	Vincetox.	ʒj.	℥ß.	℥j.	ſubſt. dec. inf.
	Zedoariæ.	℈ß.	℈j.	ʒij.	ſubſt. dec. cond.
Ligna	*Guajacum*	℥ß.	℥j.	℥ij.	
	Juniperi	℥ß.	℥j.	℥ij.	infuſ. decoct.
	Saſſafras	ʒß.	℥j.	℥ij.	infuſ. decoct.
cortices	*aurant*	gtt. iij.	℈j.	ʒß.	oleum flavedo.
	citri	℈j.	ʒß.	gtt. iij.	flavedo oleum.
	Lign. Guajac.	℈j.	ʒj.	℥ß.	Reſina dec.
	Chinachinæ	ʒß.	℈ij.	ʒij.	ſubſt. infuſ.
	coſtus verus.	℈j.	ʒß.	ʒij.	pulv. infuſ.
Lacrymæ & ſucci.	*Camphora.*	gr. v.	vij.	x.	in ſubſtantia
	Myrrha.	℈ß.		gr. xv.	in pilulis.
	Opium.	gr. ij.	gr. iij.	℈ß.	per ſe.
Folia	*Acetoſa*	m. j.			in infuſo.
	Acetoſella.	m. j.			
	Card. Bened.	m. j.			ſubſt. decoct.
	Dictamnus Cret.	m. j.			ſubſt. infuſ.

Natura.

Natura.	Nomen.	Doſis.			Uſus in
&	*Origanum.*	p. j.	mj.		infuſo.
	Pimpinella	m. j.			infuſ. decoct.
herbæ.	*Roſmarinus*	m. j.			infuſ. decoct.
	Ruta	m. j.			infuſ.
	Salvia	m. j.	ij.		infuſ. decoct.
	Scordium	m. j.			ſubſt. decoct.
	Veronica.	m. j.			decoct.
	Calendulæ	p. j.			in aceto
Flores.	*Galegæ*	p. j.			infuſo
	Sambuci	p. j.			infuſo.
Fructus	*Baccæ junip.*	ʒj.	℥j.	℥ij.	ſubſt. infuſ.
&	*Aquilegiæ*	ʒß.	ʒj.	ʒiß.	in
Semina.	*Card. ben.*	ʒß.	ʒj.	ʒiß.	emul-
	citri.	ʒß.	ʒj.	ʒiß.	ſionibus.
	Napi.	ʒß.	ʒj.	ʒiß.	
	Acetoſæ	℥j.	℥ij.	℥iij.	In potioni-
	Acetoſellæ	℥j.	℥ij.	℥iij.	bus
	Alexipharm.	℥ß.	℥j.	℥ij.	&
	Borraginis	℥j.	℥ij.	℥iij.	
Aquæ de-	*Buglоſſæ*	℥j.	℥ij.	℥iij.	emulſio-
ſtill.	*Card. bened.*	℥j.	℥ij.	℥iij.	
	Cichorei	℥j.	℥ij.	℥iij.	
	fl. ſamb.	℥j.	℥ij.	℥iij.	
	fumar.	℥j.	℥ij.	℥iij.	
	theriacalis	ʒij.		℥ß.	nibus.
	Bezoardicum.	ʒij.	℥ß.		In potioni-
Aceta.	*Calendulæ.*	ʒij.	ʒiij.	℥ß.	bus
	rutaceum.	ʒij.	ʒiij.	℥ß.	
	ſambuci	ʒij.	ʒiij.	℥ß.	

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.			Usus in
	Scilliticum	ʒij.	ʒiij.	℥ß.	&
	Sambucinum.	ʒij.	ʒiij.	℥ß.	epithema-
	Theriacale	ʒij.	ʒiij.	℥ß.	tibus.
	cort. arant.	Horum			In Balsamis
Olea destil-	*citri*				
lata &	*origani*	Dosin			Unguentis
	rutæ	determi-			
infusa.	*camphor.*	nat			&
	scorpionum.	formula.			emplastris.
	ceras. nigr.	Horum			In potioni-
Spiritus	C. C.				bus
vinosi	*Fuliginis*	Dosin			
urinosi	*Juniperi*				
	Mineralis	determi-			
	⦶	nat			Julapiis
&	⊖ *				
	Theriac.				&
accidi.	Ⓡ				per se.
	♀				
	🜍is.	formula.			
	Absinthii	℈ß.		℈j.	per se
	Acetosellæ	℈ß.		℈j.	
Salia fixa	*Antifebrile*	℈ß.		℈j.	
	Card. bened.	℈ß.		℈j.	
	Cent. min.	℈ß.		℈j.	in
media	*Nitri*	℈j.		ʒß.	
&	*Arcanum dupl.*	℈j.		ʒß.	
	Corn. cerv.	gr.	vj.	xx.	& cum
volatilia.	*succini*	gr.	vj.	xx.	
	⊖ *.	gr.	vj.	xx.	pulveribus.

Natura.	Nomen.	Dosis.		Usus in
Tincturæ.	*Antimonii*	gtt. x. xx.	L.	per se
	Bezoardica	gtt. xx. xL.	L.	& in
	fl. aquileg.	ʒj.	ʒij.	potioni-
	Tartari.	gtt. xxx.	L.	bus.
Essentiæ.	*Bezoardica*	gtt. xx. xxx.	L.	per se
	Cinamomi	gtt. xxx.	L.	& in
	Citri	℈ß.	℈j.	potioni-
	Myrrhæ	gtt. xxx.	L.	bus.
Elixiria.	*Proprietatis*	gtt. xxx.	L.	per se & in po-
	Prophylact.	gtt. xxx.	L.	tionibus.
Extracta.	*Angelicæ*	℈j.	ʒß.	in pilulis
	Card. bened.	℈j.	ʒß.	
	Laud. op.	gr. j.	gr. ij.	& in
	Galeg.	℈j.	ʒß.	
	Gentianæ	℈j.	ʒß.	potioni-
	Scorzoneræ	℈j.	ʒß.	
	Theriac.	℈j.	ʒß.	bus.
Conditura.	*Rad. Emul.*	Horum		In Bolis
	Scorzon.	Dosin		
	fl. aurant.			&
	citri	for-		
	ceras. dulc.	mula		Electuariis.
Conserva.	*herb. acetos.*	determi-		In bolis & Ele-
	fl. cichor.			ctuariis.
Syrupus.	*Acetosus.*			In Electuariis
	Acetos. citr.	nare		&
	succ. Acetos.			potioni-
	Scabios.	solet.		bus.
Sublimata.	*Cinnab.* ℥ij.	℈ß.	ʒß.	In pulve-
	fl. ♀*is.*	℈j.	ʒj.	ribus.

Natura.	Nomen.	Dosis.		Usus
Calcinata.	*Antimon. diaph.*	℈j.	ʒß.	illorumque variationibus.
	Antibect. Poter.	℈j.	ʒß.	
	Bezoard. min.	℈ß.	gr. xv.	
	CC. s. △e.	℈j.	ʒß.	
	Conch. pp.	℈j.	ʒß.	
	Ebur. pp.	℈j.	ʒß.	
Electuaria.	*Diascord. Frac.*	ʒj.	ʒiij.	In Electuariis & potionibus.
	Mithridat.	℈j.	ʒij.	
	Theriaca Andr.	ʒß.	ʒiij.	
	diatessaron.	ʒij.	℥ß.	
Roob.	*Berberum*	Horum dosin determinabit formula.		In bolis & Electuariis.
	Ceras.			
	ribes.			
	rub. Id.			
	samb.			
	Ebuli.			
Pilulæ	*Laud. Opiat.*	gr ß.	gr. I. ij.	in pil. & pulv.
	pestilent.	ʒj.	ʒij.	in pilulis.
Emplastra.	*Arsenic.*	℥ß.	℥ij.	In Emplastro.
	Diaph.	℥ß.	℥ij.	

Usus & praxis Alexipharmacorum, Diaphoreticorum, sudoriferorum.

A & Ω.

℞. *Bol. Armen.*
Diascord. Fracast. aa. ʒj.
Syr. Card. bened. q. s.
f. l. a. Bolus in malignis.

℞. ∀ *sigill.* ℈j.
Laud. op. gr. ij.
☍ *Cinam.* gt. I.
Miv. cydon. q. s.
f. l. a. Bolus in malignis.

℞. CC.

℞. *CC. pp.* ʒß.
castor. gr. vij.
⊖ *vol. cc.* gr. v.

M. f. pulv. exhibendus in ▽ card. bened. contra Variolas & morbillos.

℞. *Petasit.*
Helen. aa. ʒij.
liquir. ʒj.
ficuum. no. viij.

M. f. cum ▽ & vino decoct. pectorale in metu malignitatis.

℞. *Rad. scorz.* ℥ij.
cichor. ℥j.
pom. citr. no. 1.

M. f. apozema pro potu ordinario in febribus.

℞. *Camph.* ℈ß.
Myrrh. ʒß.
gum. trag. c. 🜄. *sol. q. s.*

f. l. a. trochisci antipestil.

℞. ♁ *diaph.*
⊕ *depur.* aa. ℈ß.
camph. gr. iij.

M. f. pulv. in malignis.

℞. *Op. pp.* gr. j.
Camph. gr. iij.
Cons. Nymph. ʒj.

f. l. a. Bolus in deliriis & mania.

℞. *Myrrh.*
CC. s. △*e.*
♁ *diaph.* aa. ℈ß.
Theriac. q. s ʒj.

f. l. a. Bolus in malignis.

℞. ▽ *Alexiph.*
Theriac. aa. ℥ß.
Camph. gr. v.
Myrrh. ℈j.

M. f. haustus in malignis.

℞. *Sem. card. bened.*
Mar.
bardan.
papav. alb. aa. ʒij.
▽ *fl. papav. errat. q. s.*

M. f. l. a. Emulsio adde

Mand. Luc. pisc.
dent. apr.
♁ *diaph.* aa. ℈ß.

M. d. in Pleuritide.

CAPUT III.

De *Diureticis & lithontripticis.*

Natura.	Nomen.	Dosis.			Usus
Mineralia.	*Sal ammoniac.*	℈ß.	ʒß.		In pulveribus illorumque mutationibus.
	Borax.	℈ß.	ʒß.		
	⦶	℈ß.	ʒß.		
	Lap. prunell.	℈ß.	℈j.		
	Succinum	℈j.	ʒß.		
	♆.	gr. x.	xv.		
Animalia.	*Aselli*	℈ß.	gr. xv.		In pulveribus & infuso.
	Cantharides.	gr. ß. j.	ij.		
	Lumbric.	ʒß.	℥j.	℥iij.	
	testæ ovorum	℈j.	ʒß.	ʒj.	In pulveribus illorumque mutationibus.
	Lap. 69.	℈j.	ʒß.	ʒj.	
	Conchilia.	℈j.	ʒß.	ʒj.	
Radices.	*Liquiritiæ.*	ʒij.	℥ß.	℥ij.	In infusis & decoctis.
	Althææ.	ʒij.	℥ß.	℥ij.	
	Graminis.	ʒij.	℥ß.	℥ij.	
	Juniperi.	ʒij.	℥ß.	℥ij.	
	Rub. tinct.	ʒij.	℥ß.	℥ij.	
	Vincetox.	ʒij.	℥ß.	℥ij.	
	V. aperientes	ʒij.	℥ß.	℥ij.	
	bardanæ.	ʒij.	℥ß.	℥ij.	
Lignum.	*Nephriticum.*	ʒij.	℥ß.	℥j.	decoct. infuso.
Cortices.	*Fraxini*	ʒij.	℥ß.	℥j.	In decocto & infuso.
	Tamarisci	ʒij.	℥ß.	℥ij.	
	Capparis.	ʒj.	℥ij.	℥iiij.	

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
	Terebinthina	ʒß. ʒj.	per se in ovo
Lacrymæ	*Balsam. peruv.*		solutum
	alb.	gr. v. ʒß.	aut cum
	nigr.	gr. v. ʒß.	tincturis
&	*Copaiv.*	℈ß. ℈j.	⊖inis.
	Sacharum		varia forma
	Mel		in pulv.
Succi	*Tartarus.*	℈j. ʒj. ʒiij.	cremor.
	Glyzyrrh.	ʒß. ʒj.	in pilul. pot.
	Ononis	m. j.	In in-
Folia	*hedr. ▽estr.*	m. j.	fusis
	Apium.	m. j.	
&	*Chærefolium*	m. j.	&
	Capill. ♀is.	m. j.	
	Virg. ⊙ea.	m. j.	deco-
Herbæ.	*Rosmar.*	m. j.	ctis.
	Adianthum nigr.	m. j.	
Flores	*Chamomill.*	p. j.	In infusis
	Genistæ	p. j.	& decoctis.
	Alkekengi.	ʒß. ʒj.	subst. trochisc.
Fru-	*baccæ Juniperi*	ʒj. ʒij. ℥j.	subst. infus.
ctus	*Amygd.*	formula determ.	emulsion.
	Cassia.	℥j. ℥ij.	pulpa.
	Anisi	ʒß. ℈ij. ℥ß.	In substan-
	Fœniculi	ʒß. ℈ij. ℥ß.	tia
	Petroselini	ʒß. ʒij. ℥ß.	&
Semina	*Genistæ.*	ʒj.	decocto.
	Milii solis.	ʒj.	per se.
	IV. frigid. maj.	formula	Emulsio-
	min.	determ.	nibus.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Aquæ	*Fragorum* *Halicacabi* *Chærefol.* *Petroselini.*	Dosin formula	potionibus & Emulsio- nibus.
Olea de- stillata expressa infusa.	*Terebinth.* *Juniperi* *Anisi* *Fœniculi* *Amygd. amar.* *erucæ.* *Scorp.* *Lumbr. ∀estr.*	deter- mina- bit.	In potioni- bus & per se in potioni- bus in Unguen- tis.
Spiritus	♀ *Terebinth.* ⦶ ⊖ ⊕ ♆ *Mineralis.*	Dosin formula deter- minat.	In potio- nibus & Julapiis.
Solia vola- tilia, fixa, media	♀ *volat.* *essent.* *Succini* *Ononidis* *Genist.* *Juniperi* ♀ ⊕*atus* ♀*satus* *Arcan. dupl.*	gr. vi. gr. xx. ℈ß. ℈j. gr. vi. gr. xx. ℈ß. ℈j. ℈ß. ℈j. ℈ß. ℈j. ℈ß. ℈j. ℈ß. ℈j. ℈ß. ℈j.	per se & cum pulveri- bus.

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Tincturæ	*Tartari* *Malvat. Junip.* *Ess. aper. Mœb.*	gtt. xx. xxx. L. ʒß. gtt. xx. xxx. L.	per se & in potionibus.
Extracta	*Alkekengi* *Hedr. ∀estr.*	℈j. ʒß. ℈j. ʒß.	in pilulis & potionibus.
Syrupi	*Dialth. Fern.* *Capill. ♀is.* *V. radicum*	Dosin formula	In potionibus bolis
Rob	*Sambuci* *Ebuli* *Alkekengi.*	determi-	& Electuariis.
Balsanum	*Sulphuris*		in Balsamis
Unguent.	*Dialth. Fern.*	nat.	& Unguentis.

Usus & exercitatio Diureticorum & lithontripticorum.

A. & Ω.

℞. ⊖ *comm.* ℈ß.
vol. succin. gr. v.
▽*chærefol.* ℥iij.
Syr. dialth. Fernel. q. s.

M. f. haustus diureticus.

℞. *Lap. prunell.* ℈j.
⊖ *absinth.* gr. v.
Lap. 69. pp. gr. x.
ₒ°ₒ *Junip.* gt. ij.

M. f. pulv. nephriticus.

℞. *Calc.*

℞. *Calc. viv.* gr. x.
Lap. 69. pp. ℈j.
Sach. ♃. ℈ß.
Laud. op. gr. I.

f. pulv. in Arthritide.

℞. *Rad. Helen.* ℥iß.
lign. sassafr. ℥ij.
Hb. capill. ♀is m. ij.
lumbr. terrestr. ℥iiij.
pass. min. ℥iß.

f. apozema Diureticum in morbis scorbuticis & arthriticis.

℞. *Sem. IV. frig. maj.* aa. ʒj.
Amygd. d. ℥ß.
▽chærefol.
Petrosel. aa. ℥iij.

f. l. a. emulsio adde

canthar. gr. j.
Syr. papav. alb. q. s.

Detur in Gonorrh. virulenta.

℞. *Balsam. copaiv.*
Tr. ⊖ ♀. aa. ʒij.

D. in Gonorrh. & nephrit.

℞. *Bals. copaiv.* ℥ß.
vitell. ov. no. I.
Vini rhenani ℥vj.
Syr. dialth. Fern. q. s.

fiat potio in renum & pectoris vitiis.

℞. *Roob. Junip.*
Ebul.
Samb. aa. ℥ij.
Rhabarb. ℥ß.
cinamom. ʒiß.
oo ☊. Junip. gt. iij.

M. f. Electuarium diureticum hydropicis maxime conveniens.

LIBER

LIBRI III.
SECTIO II.
De Alterantibus.
CAPUT I.
De Anodynis, emollientibus & hypnoticis.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia	*Cinnab. nat.*	℈ß.	in pulveribus.
	⊕ *ziatum*	℈j. ʒß.	
Animalia	*Sperma ceti*	℈j. ʒß.	cum vetell. ov.
	Lac		
	Mel		
	Ichtiocolla	ʒj. ʒij.	decoct. clyst.
	Castoreum	℈j. ʒß.	in pulvere, pil.
	Zibethum		extern. ungt.
	animalium pinguedines	Hanc	Linim.
Radices.	*Liquiriz.*	formulæ	In decoctis Clysteribus
	Lil. alb.		
	Alth.		
	Malv.		
	Rhod.		
	Cynogloss.		Balneis.
	Mandragor.		

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Cortices	*Mandragor.* *Sambuci.*	determinant.	cataplasmatibus.
Lacrymæ Succi.	*Camphora*	gr. v. VII. x.	in subst.
	Tragacanth.	Harum	
	Ammoniac	dosin	Empla-
	Galbanum		stris
	Terebinth.	formu-	
	Tacamahac.	læ	&
	Mastiche		
	Caranna	determi-	
	Colophonium	nant.	ceratis.
	cera		
	Opium	gr. ij. iij.	In pilulis
	Liquirizia	ʒß. ʒj.	quavis
	Sacharum		forma.
Folia & Herbæ	*Hyosc. alb.*	hanc	In clysteribus
	Malv.		
	Alth.		
	Atripl.		
	Branc. ursin.		
	Meliloti.		Balneis,
	Mercurial.		
	Violar.		
	V. emoll.		
	Solan.		
	Linar.		
	nicot.		
	Scrophular.		
	Salicis	formu-	fotibus.
	Viticis	læ	

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Flores	*Chamæmel.* *Melilot.* *Samb.* *papav.* *Malv.* *lil. alb.* *viol.* *Verbasc.* *Aneth.* *Croci*	determi- nant.	decoctis & cataplasma- tibus.
Fructus	*Cap. papav.* *Passul.* *Amygd.* *Caric. pingu-* *mica panis* *oculi populi* *Furfures*	Dosin	In cata- plasmati- bus.
Semina.	*Hyosciami* *papav.* *fænu Græc.* *lini* *IV. frig. maj.* *min.* *pæon.* *lact.*	formu- læ	cataplasma- tibus Emulsio- nibus.
Aquæ.	*Malvæ* *lactucæ* *papav. errat.* *Solani*	determi- nant.	In potionibus & emulsioni- bus.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Olea	*Anethi.*		balsamis
destill.	*Amygd. dulc.*	Dosin	
	Hyosciami		
expressa	*Lauri*		potioni-
	Ovorum		bus.
	Nuc. Mosch.		
&	*Lini*	for-	Unguen-
	papaveris.		tis
	Anethinum		
	Chamom.	mulæ	&
	Jasmini		
infusa.	*Keirinum*		
	lil. alb.		
	Nymph.	deter-	Empla-
	Verbasci.	mi-	
	Crocinum	nant.	stris.
	Lumbr. ∀estr.		
Spiritus	*Vini simpl.*	Dosin	In Epithe-
vinosi	*camphor.*	formu-	mati-
	CC. *succinatus*	læ	bus
	⊖. ✳.		&
&	*formicarum*	deter-	potioni-
urinosi.	*sambuci*		bus.
	Opii		Per se
Essen-	*fl. papav. errat.*	mi-	& in
tiæ.	*Anodyna*	nant.	potioni-
	Castorei		bus.
		℈ß.	In pilulis
Extracta.	*Croci*	gr. v.	&
	Opii	gr. j. ij.	potionibus.

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Conser-væ	*fl. malv.* *Nymph.*	Dosin	bolis & Electuariis.
Syrupi	*Diacodion* *papav. simpl.* *errat.* *violarum*	formulæ determinant.	In Electuariis, Emulsionibus, potionibus.
Electuaria.	*Diascord. Frac.*	℥j. ʒiij.	In Electuariis
	Mithridat.	℈j. ʒij.	&
	Theriaca Andr.	ʒß. ʒiij.	potionibus.
Pilulæ	*Cynogl. c. castor.*	gr. v.	in pilulis
	laud. opiat.	gr. ß. gr. ij.	
Unguenta	*Alth. simpl.* *compos.* *Aureum.* *Basilicon* *Martiatum.* *Nervinum* *Pomatum* *Populeum*		per se in Unguentis.
Emplastra.	*Diachyl. simpl.* *compos.* *Melilot.* *Mucilaginum.* *de ranis s. ♀io.* *c. ♀io.*		per se in Emplastris.

Usus & exercitatio anodynorum emollientium, Hypnoticorum.

A & Ω.

℞. *Castor.* ℈j.
Zibeth. gr. iij.
conserv. fl. anth. ℥ß.
syr. matric. q. s.

f. elect. antihystericum.

℞. *Lap. 69. pp.* ʒß.
Castor. ℈j.
Laud. op. gr. ij.
☉ ♌. *cham.* gr. ij.

div. in 11. part. æqu. & fiat pulvis in quovis dolore ex acido exhibendus.

℞. *Sperm. cet.* ʒß.
castor. gr. vij.

f. pulvis in pleuritide cum vitell. ovi exhibendus.

℞. *Ras. CC.* ℥iiij.
Sarcocoll. ʒij.

f. l. a. gelatina. Hujus.

℞. ℥iij.
▽ *cinnamom.* ℥ij.
cichor. ℔j.
Syrup. viol.

f. Julapium in febribus malignis cum dolore & vigiliis.

℞. *Lact. chalyb.* ℥viij.
Sarcocoll. ʒij.
coque, ad dissolutionem
add. bals. peruv. ʒj.
vitell. ov. no. j.

f. clyster. tepide in Dysenteria injiciendus.

CAPUT

CAPUT II.

De Adstringentibus, consolidantibus, exsiccantibus, vulnerariis.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia.	*Lapis Hæmat.*		in pulv.
	calamin.		externe
	Unicorn. foss.	℈j. ʒß. ʒj.	in pulve-
	Osteocolla	℈j. ʒß. ʒj.	ribus
	Bolus Armen.	℈j. ʒß. ʒj.	illorumque
	∀ *sigill.*	℈j. ʒß. ʒj.	variationi-
	Japon.	℈j. ʒß. ʒj.	bus
	Corallia	℈j. ʒß. ʒj.	interne
	☿.		
	♄.		Horum
	Minium		præparata.
	Ærugo.		
Animalia	*Lap. 69.*	℈j. ʒß. ʒj.	In pulveribus
	sperma ceti	℈j. ʒß.	illorumque
	tali leporis	℈j. ʒß. ʒj.	variationibus.
			interne
Radices	*Aristol. rot.*	ʒj. ʒij. ℥j.	Decoct. pulv. ext.
	Bistort.	ʒj. ℥j. ℥ij.	subst. decoct.
	Chinæ	Dosin	In decoctis
	Diptamni		
	Gentianæ	deter-	pulveri-
	Linariæ		bus

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Radices	*Plantaginis* *rub. tinct.* *Scrophular.* *Symphiti* *Tormentillæ*	mi-	gargarisma- tibus.
Ligna	*Santal.* *Sassafras*	nant	In de-
Corti- ces.	*Cort. ejusd.* *fraxini*		coctis.
Lacrymæ & Succi.	*Sanguis Drac.* *Gum. Elemi.* *Tragacanth.* *Euphorb.* *Thus* *Acaciæ* *Terebinth.* *Bals. peruv.* *alb.* *copaiv.* *Opobalsamum* *Ladanum.*	formulæ.	In Empla- stris & Balsa- mis externe
Folia	*Agrimon.* *Alchymill.* *Aristoloch.* *Auric. mur.* *Bellid.* *Chærefol.* *Herniar.*	Dosin deter-	in infusis deco- ctis

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
& Herbæ	*Hyperici* *Menthæ.* *Millefolii* *Nicot.* *perfoliatæ* *persicariæ* *prunellæ* *pulmonariæ* *Saniculæ* *Virgæ ☉eæ.*	mi- nant	clysteribus cataplasmatibus
Flores	*Balaust.* *Hyperici* *rof. rubr.*	for-	fotibus &c.
Fructus	*Cupul. gland.* *Cornus* *Bovist.* *Cydonia* *Gallæ* *Mespila* *Nux Mosch.*	mulæ. ℈ß. gr. xv.	pulvere infus. externe per se & in gargarismate per se cocta tosta in pulvere.
Semia.	*Santonici* *perfoliat.* *plantag.*	Dosin	In pulveribus infusis & decoctis.
Aquæ	*fl. Acac.* *Herbarum supra dictarum.* *Plantaginis.*	deter.	In Emulsionibus, & potionibus.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Olea expressa & infusa.	*Omphacinum.* *Lini* *Hyperici* *Cydoniorum* *Verbasci* *Momordicæ*	mi- nant.	Unguentis linimentis & Emplastris.
Tincturæ	*Antiphtifica* *Coralliorum.* *♂tis adstring.*		Per se &
Essentiæ	*traumatica.* *pectoralis*	formulæ.	in potionibus.
Conditura	*Rad. symph.* *Nuc. Mosch.* *cydon.*	Hanc	In bolis
Conservæ	*fl. ros. rubr.* *symph.* *Hb. Menth.*	determinant	Electuariis
Syrupi	*Agrestæ* *Cydoniorum* *Granat. acid.* *Menthæ.* *Myrtinus* *Rosarum siccar.* *Symph. Fernel.*	formulæ.	& Potionibus.
Sublimata præcipitata	*Fl. 🜍is.* *☿ alb. & ruber.* *Croc. ♂t. adstr.*	℈j. ʒß. ℈ß. ℈j.	In pulvere externe in pulvere

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Calcinata.	*○ ust.* *Æs ust.* *plumb. ust.* *∀ ⊕ dulcis* *♃ina.*		externe vulneribus inspergendo.
Rob.	*Acaciæ* *de cornis* *Cydoniorum* *Ribesiorum* *Rubi Idæi*	Hanc	In bolis & Electuariis.
Balsami	*Menthæ* *Nuc. Mosch.* *🜍is.* *Vulnerarii* *varii.*	formulæ	In Balsamo externe.
Uuguenta	*Adstring. Fernel.* *Ægyptiacum.* *Album camph.* *Apostolorum* *Enulatum.*		In Unguentis externe.
Emplastra.	*Cerussæ.* *Diapalmæ.* *Gratiæ Dei.* *Griseum.* *Minii.* *ad rupturas.* *Sticticum Parac.*	determinant.	In Emplastris externe.

Usus & exercitatio adstringentium, consolidantium, exsiccantium vulnerariorum.

A. & Ω.

℞. *Corall. rubr. pp.* ʒj.
⊖ *absinth.* ʒß.
succ. limon. ℥ij.
Laud. op. gr. j.
▽ *Cinamom.* ℥ij.

M. f. potio ad vomitum sistendum.

℞. *Pulv. osteocoll.* ʒj.

cape ex haustu vini ad callum generandum.

℞. *Lap. calam.* ʒß.
croc. ♂tis ʒj.
cret.
ceruss. aa. ℈j.

f. pulv. pro intertrigine infantum.

℞. *Rad. Aristol.*
Ir. flor. aa. ʒj.
Euphorbii ℈j.

In ossibus denudatis ad tollendam nigredinem.

℞. *N. M. tost.* gr. xv.
Corall. r. pp.
CC. ust. aa. ℈j.
Laud. op. gr. j.
Conserv. ros. ℞*at. q. s.*

M. f. bolus ad quemvis alvi fluxum.

℞. *Urin. human.* ℔j.
terebinth. Venet. ℥j.
vitell. ov. q. s.

M. f. clyster. in passione colica injiciendus.

℞. *Cons. Menth.*
Meliss. aa. ℥ij.
Cond. N. M. no. ij.
Corall. r. pp.
CC. ust. aa. ʒß.
NM. tost. ℈ß.
Syr. gran. acid. q. s.

M. f. Elect. in quovis alvi fluxu.

℞. ▽ *plantag.* ℥ij.
cinamom. ʒiij.
acet. ʒij.

sangu.

sangu. Dracon. ℥ß.	℞. ∀ *Catech.* ℥ß.
corall. rubr. pp. ℈j.	*lap. hamat.* ℈j.
Laud. op. gr. j.	*conf. rof.* ⊕*at.* ℥j.
syr. Mirt. ℥ß.	*L. o. gr.* j.
M. f. potio pro mensibus sistendis.	f. bolus in fluxibus.

CAPUT III.

De *Analepticis, confortantibus, refrigerantibus roborantibus &c.*

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia	*Cerussa*		externe
	Corall. rubr.	ʒj.	interne in pulveribus
	Cryſtall.	ʒj.	
	Lytharg.		externe
	Minium		interne in pulvere
Animalia	*Usina.*		
	ossa sepiæ	ʒj.	externe
	Mater. perl.	ʒj.	in substantia
Radices	*Asparagi*	Dosin	in substantia
	Allij		
	Eringii	determinant	
	pyrethri		infusis
	Raphani		
	Satyrionis	formulæ.	&
Ligna	*Santal.*		decoctis.
	Brasil.		

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Succi	*Camphora* *succus berberum* *ceras. acid.*	gr. v. vij. x.	pulvere in Jalapiis
Herbæ & Folia.	*Acetosa* *Acetosella* *Nasturtium* *Salicis.*	Dosin	in infusis
Flores	*Tunicæ* *ros. rubr.*		
Fructus & Semina	*Bacc. mor.* *myrtill.* *Mala citria* *Acetosæ* *Agnicasti* *Cannabis*	determi-	Emulsione
Aquæ	*ceras. nigr.* *Lactucæ* *Nymph.* *Rosarum* *sperm. ran.*	nant.	In potionibus & emulsionibus.
Olea	*Ligni Rhod.* *ovorum.*		In Balsamo Unguento
Tincturæ	*Antiphtis. Mich.* *Coralliorum* *rosarum* *Succini*	formu-	per se in potionibus
Syrupi.	*Cydon.* *rub. Id.*	læ.	& Electuariis.

Usus

Usus & exercitatio analepticorum confortantium, refrigerantium roborantium.

A & Ω.

℞. *Cryſtall. pp.* ʒj.
CC. ſ. △e.
Corall. aa. ʒß.
Laud. op. gr. ij.

M. f. pulv. pro. II. doſibus in cardialgia.

℞. *Cryſtall. pp.* ℈j.
lign. Aloes ℈ß.
conſ. anthos. ʒß.

f. bolus in fluore albo.

℞. *Ceruſſ.* ℥ij.
°° roſ. q. ſ.

M. f. unguentum hæmorrhoidibus applicandum.

℞. *Empl. de minio* ℥j.
ſacb. ♃. ʒj.
°° roſ. q. ſ.

M. f. Emplaſtrum refrigerans in ardore & aliis malis.

℞. *Sacb.* ♃. ℈j.
Lap. 69. ʒß.
°° ☊. caryoph. gr. j.

M. f. pulv. antifebrilis.

℞. *Matr. perl. pp.*
⊖ abſinth. aa. ℈j.
pip. alb. gr. vij.

M. f. pulv. contra febres intermittentes.

℞. *Amygd. d.* ℥ß.
▽ meliſſ. ℥ij.
roſ.
cinam. aa. ℥ß.

f. l. a. emulſio adde
Marg. pp. ʒß.
Spec. diambr. ℈j.
confect. Alkerm. ʒß.

Exhibeatur contra virium laſſitudinem & languorem in hectica, phtiſi, & tabe.

℞. *oſſ. ſep.*
Borac. calc. aa. ℥ß.
Nuc. Moſch. ʒß.
conſ. roſ. rubr.
fl. Nymph. aa. ℥j.
ſyr. corall. q. ſ.

f. electuarium in gonorrhœa exhibendum.

℞. *ſem. cannab.* ℥ij.
coqu. in ſ. q. lact. bubulæ ad crepaturam & exhibe ℥v. *aliquoties de die in Ictero.*

CAPUT

CAPUT IV.

De *Antispasmodicis cephalicis, excitantibus & nervinis.*

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia	*Ambra.*	℈ß.	In pulveribus
	Cinnab. nat.	ʒß.	
	Corall.	ʒj.	illorumque
	Lap. Laz.	ʒß. ʒj.	
	Succinum.	ʒj.	variationibus.
Animalia	*Ungulæ cervi.*	ʒj.	In substantia
	alcis.	ʒj.	
	Castoreum	℈j. ʒß.	
	Moschus	℈ß.	in fotu insessu.
	Formicæ		
Lacrymæ & Succi.	*Mastiche*	Dosin determinant formulæ.	In substantia & suffimigiis
	Olib. alb.		
	Sandarach.		
	Storax Calam.		
	Gum. junip.		
	ladan.		
	Tragacant.		
Folia	*Anagallis*		in infusis
	Betonica		
	Chamædr.		
	Chamæp.		
	Lavend.	Dosin	
	Majoran		

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
	Melilot.		
&	*Meliss.*		
	Origan.		
	pol. mont.		extractis
	puleg.	determi-	
Herbæ	*rosmar.*		
	rut.		
	Serpill.		
	Spicanard.	nant	cucuphis
	Theæ		
	Verbenæ		
	Anthos		
	Betonicæ		
	Cheiri		sacculis
	lil. convall.		
	lavendul.		
Flores.	*Melilot.*	formu-	&
	Pæon.		
	Prim. veris		
	rosarum.		
	spic. nostr.		decoctis
	stæchad. Arab.	læ.	
	Tiliæ.		
	Cubebæ	Dosin	in substantia
Fructus	*Hermodact.*		
	Visc. quernus		infusis
&	*Coriandrum*	determi-	
	Fænic.		&
Semina	*Pæoniæ*	nare	
	Saponar.		decoctis.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
	Anhaltina		Per se in &
	Apopl. simpl.		externe
	compos.		in potionibus
Aquæ	*ceras. nigr.*	solent	
	Cinamom.		&
	Antepilept.		emulsioni-
	herb. supr. dict.		bus
Olea de-	*Aromatum.*		In Balsa-
stillata	*Majorana*		mis
	Rut.		
expressa	*salv.*	formu-	
	succini	læ.	Unguentis
&	*Laur.*		
	NM.		&
infusa.	*Coct. nervin.*		
	CC.	ʒß.	Emplastris.
Spiritus	*Mixt. simplex*	ʒß.	per se
	*Θ * simplex &*	ʒß.	& in
	°°osus.		potionibus
Salia	*CC.*	℈ß.	in pulveribus
volatilia	*succini*	℈ß.	potionibus
Tinctu-	*Anodyna*	gt. IX.	per se
ræ	*Coralliorum*	ʒß.	
	succini	ʒß.	& in
Essen-	*Ambræ*	ʒß.	
tiæ	*Castorei*	ʒß.	potio-
	lign. Aloes	ʒß.	
Elixiria	*cephalic. VVed.*	ʒß.	nibus.
	vit. Matthioli.	ʒß.	

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Syrupi	*Pæoniæ* *Betonicæ*		In bolis
Electuaria & Pilulæ	*Mithridat.* *Theriac.* MP. ♀*earum*	ʒj. ʒj. ℈ij. ʒj.	electuariis pilulis
Balsami	*Apoplecticus* *Peruvianus* *Succini* *Rutæ.*	Horum dosin	in Balsamis Unguentis
Unguenta	*Alabastr.* *nervinum* *Popul.*	deter- mi- nant	 &
& Emplastra.	*Melilot.* *boton.*	formu- læ.	Empla- stris.

CAPUT V.

De Cordialibus.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia	*Lap. v. pretiosi* *lazuli* *corallia* *Ambra* *succinum*	ʒj. ʒß. ʒj. ʒj. ℈ß. ʒj.	In pulveribus

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Animalia	*CC.*	ʒj.	illorum-
	Ebur.	ʒj.	que
	Perla	ʒj.	
	Mater perl.	ʒj.	
	Lap. 69.	ʒj.	
	Bez. or.	℈j. ʒß. ʒj.	
	occid.	℈j. ʒß. ʒj.	variatio-
	Moschus	℈ß.	nibus.
	unicornu ver.	ʒj.	
Radices.	*Acetosa*		deco-
	Scorzonera		ctis
Lignum	*Aloes*	℈j. ʒj.	in substantia
Cortices	*citri*	ʒß.	&
	aurant.	ʒß.	decocto.
Lacrymæ	*Camphora*	gr. v. vij. x.	in substan-
	Olibanum	gr. iij. iiij.	tia
Folia	*Acetosa*		
	Acetosella.	Dosin	in
&	*Melissa*		infusis
	Ocymum.		
Herbæ	*Salvia*		&
	Spica Celtica		
Fructus	*Aurant.*		decoctis
	Citri.	deter-	
&	*gran. chermes*		
Semina	*IV. frig. maj.*	mi-	emulsionibus
Aquæ	*Anhalt.*		potioni-
	Apoplect.		bus
	Cinamom. bu-	nant	
	gloss.		emulsioni-
	borrag.		bus

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Olea destillata.	*Aromatica*	formu-	&
	Caryophyll.		
	Cinamomi	læ.	Balsamis.
	Citri		
	lign. rhod.		
	rutæ.		
Spiritus.	*Lil. convall.*	ʒj.	per se
	Meliss.	ʒj.	
	Mixt. simpl.	ʒß.	
	ros.	ʒj.	
	vini	ʒj.	
Tincturæ	*Coralliorum*	ʒß.	&
	IV. fl. cord.		
	Ambr.	ʒß.	
Essentiæ.	*cinamomi*	ʒß.	
	ligni Al.	ʒß.	in potio-
	Myrrh.	ʒß.	nibus
Elixiria	*Elix. vit. Matth.*	ʒß.	
Extracta	*Croci*	gr. v.	
	gran. cherm.	℈ß. ℈j.	in pilulis
	lign. Aloes	℈ß.	
Confectio	*Alkermes*	Dosin	in Bolo
Conservæ	*Bugloss.*	horum	&
	Borraginis	determi-	
Syrupi	*Corall.*		Electuariis
	Acetos. citri.	nant	
Balsami.	*Apoplecticus*	formu-	in Balsa-
	Citri.	læ.	mo.

CAPUT VI.

De *Pectoralibus.*

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia	*Lap. hæmat.*	ʒj.	in pulveribus
	Bol. Armen.	ʒj.	
	Cinnab. nat.	ʒß.	
	🜍.	ʒj.	illorumque
Animalia	*Sperma ceti*	ʒj.	variationibus.
	Lap. 69.	ʒj.	
	Conch.	ʒj.	
	Margaritæ.	ʒj.	
Radices	*Althææ.*	Dosin determinant formulæ.	In pulveribus & decoctis
	Ari		
	Chinæ		
	Enulæ		
	Ir. flor.		
	liquir.		
	Sarsaparill.		
	trifol. fibr.		
	tussilag.		
Ligna	*Sassafras*		
	Santalum.		
Lacrymæ & Succi.	*liquirizia*	ʒj.	In potionibus pilulis & mixturis.
	Mel		
	Myrrha	℈ß. gr. xv.	
	Sacharum.		
Folia	*Bellis*	Hanc	In infusis
	Botrys		

Natura.

Natura,	Nomen.	Dosis.	Usus
&	*Card. bened.*		
	Chærefolium		
	Hyssopus		
	pulmonaria		
Herbæ	*Rorella*		
	Scordii	deter-	&
	Tussilaginis		
	Veronicæ		
	Card. bened.		
	Crocus		
	Hyssopi		
Flores	*Pap. errat.*	minant	decoctis.
	Scabiosæ		
	Tussilaginis		
	Violarum.		
	Amygd.		In
	Pineæ		Emulsionibus,
	Pistaciæ		Morsulis.
Fructus	*Caric. pingu.*		
	Dactyli.	for-	
	Jujubæ		
	Sebest.		In decoctis
	Passulæ		
	Card. bened.		in emulsio-
	pap. alb.	mulæ.	nibus
Semina.	*IV. frig. maj.*		
	Anis.	Dosin	in infusis
	fœnic.		&
	lini.	deter-	decoctis
	Asthmatica	mi-	in potioni-
Aquæ	*fœnic. ~-tuos.*	nant	bus

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
&	*Herb. supr. dict.*	formu-	&
	Veron. ♎-tuosa	læ.	emulsioni-
Aceta	*acet. scilliticum*		bus
Spiritus	*Hyssopi*	ʒß.	in potio-
	⊖ ✱ anisatus	ʒß.	
	♀is.	gr. v.	
Tincturæ	*papav. errat.*		ni-
&	*anodyn.*	ʒß.	bus
Elixiria	*propriet.*	ʒß.	
	pectorale.	ʒß.	
Extra-	*Croci*	gr. v.	in pilulis
cta.	*Helenii*	℈j.	
	Ir. flor.	℈j.	&
	Laud. op.	gr. ß. j. ij.	
	liquir.	℈j.	
	papav. errat.	℈j.	potioni-
	scabios.	℈j.	bus
	Veronicæ.	℈j.	
Electua-	*Oximel. scillit.*	Dosin	in Bolis
ria	*Diacod. Mont.*		
	Rosarum		Mor-
	Botryos		sulis
Conser-	*Scordii*	deter-	
væ	*pap. errat.*		&
	scabiosæ		
	violarum		Ele-
	rorellæ	mi-	ctuariis
Unguen-	*rubrum potab.*		in Unguen-
ta	*pectorale*	nant	tis
Empla-	*dia ♀is.*		&
stra.	*de meliloto.*	formulæ.	Emplastris.

CAPUT

CAPUT VII.

De Aperientibus, hepaticis, spleneticis, antiscorbuticis.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia	*Mars*	ʒj.	In pulveribus
	⊕		
	Corallia	ʒj.	
	Cinnab. nat.	ʒß.	illorumque
	♃*ii.*	ʒß.	
	lapis Lazuli	ʒß. ʒj.	variationibus.
	Creta.	ʒj.	
Animalia	*Ebur.*	ʒj.	In pulveribus
	Lap. 69.	ʒj.	illorumque
	Mater. perl.	ʒj.	variationibus
Radices.	*Raphani rust.*	Dosin deter-	in infusis
	caryophyllat.		
	Helenii		
	Angel.		
	Rhabarb.		
	Ari.		
	Acetosæ	minant	&
	Cichorei		
	graminis		
	plypodii		
	V. aperientes		
	Pimpinellæ		
	Curcumæ		
	Filicis	formulæ.	decoctis.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Lacrymæ	*Aloe*	ʒj.	in pilulis
&	*Ammon.*	ʒj.	
Succi	*Myrrha*	℈ß. gr. xv.	
	Cochlearia	Dosin	in infusis
	Nasturtium		
	bellis minor.		
Folia	*Trifol. nob.*		
	Fumaria		
	Absinthium		
	Chelidon.		
	Trifol. fibr.		
	cichor. sylv.	deter-	
&	*Tarax.*		
	cent. min.		
	Agerat.		
	calaminth.		
	capill. ♀.		
Herbæ	*Cuscut.*	mi-	&
	Hepat. nob.		
	Spic. nard.		
	Agrimon.		
	Beccabunga		
	Nummularia	nant	
	Piperitis		
	Veronica		
	Lingua cerv.		
	Acaciæ		
	Bellidis		
Flores	*cent. min.*		
	Fumar.		
	Hepat. nob.		

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Flores	*Cichor.*	formulæ.	decoctis.
	Pini		
	Genistæ		
	Buglossæ		
	Borraginis		
	Epithymi		
Cortices.	*Costus verus*	℈j. ʒß. ʒij.	in pulv. & infus.
	cort. cappar.	ʒij. ℥ij.	in infuso
	tamarisc.	ʒij. ℥ij.	in infuso.
	cinamom.	ʒß. ʒj.	in subst. infus.
Fructus & Semina.	*Schænant.*	Dosin formulæ determinant.	In infuso & decocto.
	pom. citri		
	Sem. sinapi		
	fraxini.		
Aquæ & Aceta.	*Fl. acac.*	Dosin determinant formulæ.	In potionibus & emulsionibus Julapiis.
	Chelidon.		
	Fumar.		
	cochlear.		
	Piperit.		
	Veron.		
	Cichor.		
	hepat. nob.		
	Fragar.		
	🜊 *destill.*		
	↥ 🜖.		
Olea.	*Nuc. Mosch.*	formulæ.	In Balsamis & linimentis
	Myrrh.		
	Anisi		
	cumini		
	Cappar.		
	Absinth.		

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
	🜖.	gt. v.	per se
	⊖.	gt. v.	
	Aper. Pœnoti		
Spiritus.	⊖ 🜿.	ʒß.	& in
	Mineralis		
	⊖ *.	ʒß.	
	Mixt. simpl.	ʒß.	potionibus
	🜖 ♂*tis.*	℈ß.	
	Crystall. 🜿.	ʒß.	
	Crem. 🜿.	ʒß. ʒiij.	
Salia	*Hepat. rubr.*	ʒß.	in pulveribus
	🜿 🜖*atus*	ʒß.	
	Arcan. dupl.	ʒß.	
	absinth.	ʒß.	
	Cent. min.	ʒß.	
Tincturæ	*Fl. bellidis*	ʒß.	per se
	♁ 🜿*sata*	ʒß.	& in
	♂*tis.*	ʒß.	potionibus
	Aper. Mœbii	ʒß.	
Essentiæ	*Corall.*	ʒß.	per se
	Absinth. comp.	ʒß.	& in
	Lignorum.	ʒß.	potionibus
Elixiria	*Elixir. propr.*	ʒß.	
Calcinata	*Martis*	ʒß.	in pulveribus
	Bez. ♂*tiale*	℈ß.	
Sublimata.	*fl.* ⊖ *.	ʒß.	in bolo &
	☿ *dulcis.*	ʒß.	pil.
Electuarium	*Diacor.*	Dosin determinant formulæ.	In bolo & Electuariis.
Rob.	*Ebuli.*		

CAPUT

CAPUT VIII.

De Stomachicis & Carminativis.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia	*Cinnab. nat.*	ʒß.	in pulveribus
	Corall. rubr.	ʒj.	
	Creta.	ʒj.	illorumque
Animalia	*Conchæ*	ʒj.	mutationibus
	Ebur.	ʒj.	
	Zibethum.	ʒß.	in Elect.
Radices	*Ari*	ʒß. ʒj.	In substantia
	Acori	gr. v. xv.	
	Zinziberis	gr. v. xv.	
	Galang. min.	℈ß. ℈j.	
	Pimpinellæ.	ʒß.	
	Zedoar.	℈ß. ℈j. ʒj.	in subst. cond.
	Carlinæ	ʒß.	infusis.
	Mei	℈ij.	in subst.
Lignum & Cortices	*Aloes*	Dosin	in subst.
	citri		
	aurant.		&
	Cinamomi.		infuso.
Folia & Herbæ	*Absinthium.*		In infuso
	Anethum.		
	Cent min.		
	Mentha.		

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Flores	*Anethi* *Chamomillæ* *cent. min.* *ros. rubr.* *spicæ*	determi-	Tragæa
Fructus	*Baccæ Lauri* *Juniperi* *caryoph.* *Cardamomum.* *Nux Mosch.* *Piper.*	nant	&
Semina.	*Carv.* *Coriandri* *Fœniculi* *IV. calida.*	formu- læ.	decocto.
Aquæ	*Fœniculi* *Menthæ* *Melissæ* *Azori* *Cinamomi* *Zedoar.* *contra flatus.*	Dosin deter-	In potio- nibus & emulsioni- bus
Olea de- stillata	*Absinthii* *Anethi* *Anisi.* *Carvi* *Cumini.* *Caryoph.* *Cinamom.* *fœnic.*	minant	in Balsamis

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Expressa	*Bacc. lauri*	formu-	in Unguen-
	Nucis Mosch.	læ.	tis
infusa.	*Absinth.*		
Spiritus.	*Absinthii*	ʒß.	per se
	Mastich.Compos.	ʒß.	
	⦶ *dulcis*	gt. v.	& in
	⊖ *dulcis*	gt. v.	
	*	ʒß.	potioni-
	Ⓡ.	gt. v.	bus.
Salia	*vol.* ⊖ *.	℈ß.	In pulveri-
	Absinth.	ʒß.	bus
	Cent. min.	ʒß.	
Essentiæ & Elixiria	*Absinth.*	ʒß.	per se
	Cort. citri	ʒß.	
	Ambræ	ʒß.	
	Stomach.	ʒß.	& in
	Propr.	ʒß.	
	Ⓡ.	ʒß.	potioni-
	vit. Matth.	ʒß.	bus
Syrupi.	*Acetos.*	Dosin	in Bolis
	Corall.		
Condi-tura	*Z. Z.*	determi-	&
	Nuc. Moscat.		
Conservæ	*Ros.* Ⓡ*at.*		
	Menth.	nant	
	Acetos.		

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Electuaria	*Diacori* *Mithridat.* *Theriaca*	formu-	Electuariis
Emplastra.	*de crusta panis* *de baccis lauri* *Stomach.*	læ.	in Emplastris.

CAPUT IX.

De *Uterinis.*

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus
Mineralia	*Borax* *Cinnab. nat.* *Succinum*	ʒj. ʒß. ʒj.	In pulveribus
Animalia	*Hepar. & fel. angvillæ* *Mater perl.* *Ebur.* *Castoreum* *Zibethum.*	ʒj. ʒj. ʒj. ʒß. ʒß.	in pulveribus & electuariis
Radices	*Aristol. rot.* *Bryon.* *Diptamni* *Galang.* *Pæon.* *Zedoar.*	 ℈ß. ℈j. ℈ß. ℈j. ʒj.	infuso subst. subst. infus.

Natura.

Natura.	Nomen.	Dosis.		Usus in
Cortices.	*Costus verus*	ʒß.	ʒij.	subst. infuso
	Cassia lignea	ʒj.	ʒij.	subst. infuso
Lacrymæ & Succi.	*Galbanum*	ʒj.	ʒij.	subst. emuls.
	Thus	gr. iij.	iiij.	& pilulis.
Folia & Herbæ.	*Abrotan*			In infusis
	Artemisiæ			
	Diptanm Cret.			
	Lavendula			
	Matricaria			
	Melissa			
	Nepethum			
	Pulegium			
	Rosmarinus			& decoctis.
	Sabina			
	Serpillum			
Flores	*Anthos*			
	Calendulæ			
	Cheiri			
	Crocus	℈j.		in substantia.
Fructus & Semina.	*Anthophylli*			in Tragæis
	bacc. laur.			
	Caryophylli.			
	Anisum			
Aquæ & Aceta,	*Apoplect.*			in potionibus
	Bals. Embr.			
	Herb. supr. dict.			
	Meliss.			&
	Puleg.			
	Uterinum.			mixturis

Natura.	Nomen.	Dosis.	Usus in
Olea.	*CC. fœtid.* *Cheiri.* *Laur.* *Lil. alb.* *Menth.* *Sabin croc.* *Succini.*		Unguentis & linimentis.
Spiritus	*Salis* *Succini* *Zedoar.*	ʒß. ʒß. ʒß.	per se & in potionibus.
Essentiæ & Elixiria.	*Carminat.* *Castor.* *Myrrh.* *Succini* *uter. Wedelii.*	ʒß. ʒß. ʒß. ʒß. ʒß.	per se & in potionibus.
Calcinata.	*Antihect. Poter.* *Bez. ♃iale.*	ʒß. ʒß.	in pulveribus.
Electuaria.	*de sucin. c. Cast.* *de baccis lauri* *Theriaca.*		In bolo & Electuariis.
Emplastra.	*de Galbano.* *Tacamahac.* *bacc. laur.*		in Emplastris.

INTRO-

INTRODUCTIO IN CHYMIAM MEDICAM.

INDEX CAPITUM.

SECTIO I.

De

Natura Chymiæ.

SECTIO II.

De

Effectibus Chymiæ Fluidis.

SECTIO III.

De

Effectibus Chymiæ mediis.

SECTIO IV.

De
Effectibus Chymiæ solidis.

PROOEMIUM.

NAturam & vires medicamentorum hactenus lustravimus: nunc ad illorum præparationem accedimus. Duplex illa autem utplurimum esse deprehenditur: una *crudior* est, & *pharmaceutica* seu *Galenica* dicitur, altera vero *selectior chymica* nuncupatur. Relicta illa pharmacopœis, de selectiore hoc loco tantum erimus solliciti, ad medicos potissimum pertinente; in quam in sequentibus *ad ductum* CHRIST. JOH. LANGII *brevem dabimus introductionem*. Et hoc dum facere molimur numinis divini supplices imploramus auxilium.

INTRO-

INTRODUCTIONIS AD CHYMIAM MEDICAM.

SECTIO I.

De *Natura Chymiæ.*

THEOREMATA.

CHymia est ars concreta naturalia solvendi & coagulandi, & in usum medicum præparandi.

II. Objectum chymiæ sunt concreta naturalia ex triplici naturæ regno desumpta, ex minerali nimirum, animali & vegetabili.

III. Instrumenta chymiæ sunt duplicia activa & passiva.

IV. Ad instrumenta chymiæ activa aer pertinet, ignis, & menstruum: passiva autem furni & reliqua vasa constituunt.

V. Menstrua sunt triplicia aquea sulphurea & ⊖ina.

VI. Ad aquea ▽communis refertur, roris majalis, & reliquæ destillatæ, ad sulphurea ♎ ardentes & olea; ad ⊖ina autem salia alcalica, acida & media, eaque tam fixa, quam volatilia.

VII. Finis chymiæ duplex est internus & externus. Internus est concretorum solutio & coagulatio: externus autem medicamentorum præparatio.

VIII. Partes chymiæ sunt solutio, & coagulatio.

IX. Solutio partes unitas dividit, & dispergit, quas coagulatio iterum addit, & in unum colligit.

X. Effectus chymiæ sunt medicamenta fluida, media & solida.

PROCESSUS I.

⊖ia acida, & alcalica ab invicem secernere.

Optime hoc fit visu mediante, cum tactui aut gustui illa non semper sint committenda.

II. Lapidem lidium, ad quem ⊖ia referenda constituit 1) Solutio ☿ 2) syrupus violarum & 3) solutio ♀.

III. Limpida ☿ solutio ab alcali affusione turbatur ab acidis autem, & ⊖sis illud non contingit: unde oritur

Reg. I. *Quicquid limpidam ☿ solutionem turbat est alcali.*

Reg. II. *Acida, & ⊖sa illam non immutant.*

IV. ⊖ia acida syrupum violarum mutant in rubicundum, alcalica in viridem. Hinc

Reg. III. *Quicquid syrupum violarum rubicundum efficit, est acidum.*

Reg. IV. *Omne alcali producit colorem viridem.*

Reg. V. *A perfecte ⊖sis non mutatur nisi acidum in illis, aut alcali superet.*

V. Limpida ♀ solutio ab alcali fixo mutatur in liquorem rubicundum, a volatili autem in album, aut luteum & proindo notanda.

Reg. VI. *Quicquid limpidam ♀ solutionem in liquorem rubicundum vertit illud est alcali fixum.*

Reg. VII. *Omne alcali volatile album producit aut flavum colorem.*

Reg. VIII. *Hæc solutio nec à ⊖sis mutatur, nec ab acidis.*

INTRO-

INTRODUCTIONIS AD CHYMIAM MEDICAM.

SECTIO II.

De Effectibus chymiæ fluidis.

CAPUT I.

De Aquis destillatis.

THEOREMATA.

PRimarium aquarum subjectum sunt herbæ omnis generis, & flores odorati.

II. Parcius aquam fundunt radices, fructus, cortices, semina, & ligna.

III. Aquæ rarius ex animalibus destillantur nisi admodum sint serosa.

IV. Mineralia spiritus præbent & phlegma, minus aquas destillatas.

V. Frustra destillantur stiptica, amara, dulica gelatinosa & purgantia.

VI. Aquæ nutrientes mera sunt figmenta.

VII. Aquæ commode destillantur ex MB. & vesica.

VIII. Ignis regimen accurate est servandum, nec vesica tota replenda.

IX. Fructus succulenti exprimuntur & in MB. destillantur.

X. Herbæ & flores recentes destillantur per se; siccæ autem affusa aqua ad digerendum ponuntur.

XI. Aff nditur etiam quibusdam sucus proprius aut alienus.

XII. Loco

XII. Loco aquæ aut ſucci affunditur interdum vinum vel etiam ſerum lactis.

XIII. Caput mortuum non debet rejici; ſed ſyrupus ex illo poteſt parari, extractum, & ſal.

PROCESSUS II.

Aquam ex herbis & floribus recentibus deſtillare.

Enchireſes.

I. ℞. herb. aut flor. q. v.

II. Cum his g. m. contuſis impleatur alembicus vitreus ſtanneus, aut terreus ad dimidium.

III. Ponatur in aquam calidam ſ. in catino, ſ. aliis modis aſſervatam cum corolla ſtraminea.

IV. Applicetur recipiens, & calore aquæ propellantur partes evaporabiles.

Monita & cautelæ.

1. *Niſi unica deſtillatione ſufficienter viribus impraegnata ſit aqua, novis herbis, aut floribus affundatur, & denuo deſtilletur.*

2. *Si aquæ deſtillatæ non ſtatim inſit deſiderata fragrantia poſt deſtillationem aliquamdiu aſſervata illam obtinebit.*

PROCESSUS III.

Aquam ex herbis, floribus, radicibus, ſeminibus, & aliis vegetabilium ſiccis partibus deſtillare.

Enchireſes.

I. ℞. unum ex his in ſ. q.

II. Groſſo modo inciſo affundatur ſ. q. ▽ ſimplicis & reponatur ad digerendum.

III. Peracta digeſtione deſtilletur ex veſica lento ignis gradu.

Monita

Monita & cautelæ.

1. *Aqua concedit vehiculum particulis sapidis & odoratis.*

2. *Aqua semper potest affundi ad empireuma præcavendum.*

3. *Loco vesicæ communis Zwælfferi instrumentum etiam in usum potest vocari.*

4. *Aqua refrigeratorii calida cum frigida sæpe est mutanda.*

5. *Capiti alembici imponantur linteamina aqua frigida madefacta, quæ subinde sunt mutanda.*

PROCESSUS IV.

Aquam ex succis propriis aut alienis destillare.

Enchireses.

I. Prius contingit si succulenta vegetabilia contunduntur, & succus manibus, aut torculari inde expressus ex MB destillatur.

II. Posteriori modo aqua Cinamomi cydoniata, borraginata, buglossata, &c. destillatur. v. g.

℞. *Cinamom. acut.* ℔ß.
succ. Cydon. l. borrag.
aut Bugloss. ℔iij. l. iv.
M. dest. ex cucurbita vitrea.

Monita & cautelæ.

1. *Succi vegetabilium non totam illorum continent crasin.*

2. *In fructibus & magis succulentis destillandis hic modus procedendi observari potest.*

3. *Caput mortuum a Cinnamomo hoc modo destillato syrupum satis elegantem constituit.*

PROCESSUS V.

Aquam cum vino, aut alio liquore destillare.

Enchireses.

I. ℞. Cinnamom. lavend. lil. convall. menth. meliss. aut aliam plantam aromaticam.

 II. Huic

II. Huic g. m. contusæ affundatur loco aquæ communis s. q. vini generosi, ponatur indigestionem, & destilletur l. a. ex vesica.

Monita & cautelæ.

1. *Aquæ hoc modo destillatæ mediæ sunt inter aquas & spiritus.*

2. *In harum præscriptione semper additur destillandi modus.* v. g. ℞. ▽ menth. c. vino. &c.

3. *In febribus hujusmodi aquæ non semper tuto adhibentur.*

4. *Vinum est commodum aromaticorum vehiculum.*

5. *Lento ignis gradu destillatio peragenda est cum ♌-tuosa caput alembici sæpius abjiciant, & aquæ empyreuma inde contrahant nunquam delendum.*

6. *Ad hunc modum destillantur aquæ cum aliis liquoribus.*

CAPUT II.

De Spiritibus ardentibus & aquis spirituosis.

THEOREMATA.

SPiritus ardentes parcius destillantur ex herbis ⊖e volatili oleoso præditis.

II. Copiosius spiritus suppeditant fructus & semina.

III. Spiritus ardentes per fermentationem parantur, aut abstractionem ▽. l. etiam vini generosi.

IV. Priores sunt spiritus ardentes vegetabilium: posteriores autem aquæ spirituosæ.

V. Spiritus ardentes ex vesica destillantur ut aquæ simplices.

VI. Si prima destillatione phlegmaticus prodit spiritus destillatione aliquoties iterata a phlegmate depurandus est.

VII. Idem contingit per adjectionem ⊖ alcalisati.

VIII. Aquæ spirituosæ ex subjectis sapidis, & odoratis parantur affuso menstruo spirituoso.

PRO-

PROCESSUS VI.

Spiritus ardentes vegetabilium per fermentationem parare.

Enchireses.

I. ℞. succos vegetabilium, folia, radices, cortices & semina in s. q.

II. Conquassatis & comminutis affundatur s. q. ▽. communis fermento imprægnatæ.

III. Reponantur in dolio querno aperto in locum calidum usque dum acidum, & vinosum de se spirent odorem.

IV. Hoc observato destilletur massa fermentata l. a. ex cucurbita.

Monita & cautelæ.

1. *Succi per se reponuntur, aut, si opus ▽. ulterius diluuntur.*

2. *Frumenta in aqua prius debent macerari, germinare, & comminuta fermentari.*

3. *Fermenti nomine flos vini aut cerevisiæ venit, feces, saccharum aut ⊖ia alcalica.*

4. *In vase aperto massa reponenda est ut exitus exhalationibus, & aeri externo aditus pateat.*

5. *Signa completæ fermentationis sunt 1.) defectus aliqualis spumascentiæ. 2.) motus intestini remissio. 3.) fecum ad fundum secessio, & sub spumæ forma ad superficiem elatio & 4.) odor vinosus, quem massa spirare incipit.*

PROCESSUS VII.

Spiritus phlegmaticos a phlegmate depurare.

Enchireses.

I. Methodus optima est si per cucurbitam lento △e denuo destilletur, & recipiens removeatur antequam guttulæ appareant.

II. Idem fit sine △e sumendo ad ♎ phlegmatici ℔j. ℔ß. ⊖is alcalici, & spiritum superiora occupantem decantando.

Monita & cautelæ.

1. *Si prima vice omnis aquositas non sit soluta decantato ♒ ⊖ denuo admisceatur donec solutum in fundo non amplius veniat in conspectum.*

2. *Signa bonitatis sunt si 1) deflagrat in cochleari nullius humiditatis vestigium relinquens 2) Gossispium illo imbutum in cineres vertit, & 3) pulverem pyrium accendit.*

3. *Saporem nauseosum emendabit 1) digestio per XII. horas, qua mediante ⊖ia soluta ad fundum turbantur. 2) affusio ♒ acidi ⊖ ad fundum præcipitantis, relicto ♒ supranatante.*

PROCESSUS VIII.

Aquas quasvis spirituosas destillare.

Enchireses.

I. Totum negotium in eo consistit ut. 1) Seligantur vegetabilia sapida & odorata. 2) His affundatur menstruum spirituosum & 3) facta digestione ex vesica destillentur.

II. Ita ex cephalicis parari possunt ▽ apoplecticæ, & ex aliis infinitæ aliæ pro lubitu & intentione medici varia.

EXEMPLA.

Aqua apoplectica.

Rec. *Hb.* *puleg.*
mar. ver.
serpill.
rut. aa. m. ij.
fl. *anth.*
lil. convall.
Spic.
lavend. aa. p. ij.

contus.

contus. gr. m. *affund.*
vini Rhenani ℔iij.
🜄 ℔iß.

Facta per III. δρ digestione destill. Infund. in liquore prolecto.

Cubeb.
Cardamom.
Zedoar.
caryoph. aa. ℥iß.

Fact. digest. destill. & ▽primo egrediens servetur ad usum, reliqua excipiatur seorsim.

Aqua pectoralis.

Rec. *Rad. Enul.* ℥j.
tussilag.
trifol. fibr. aa. ℥ß.
Hb. veron.
scabios.
Hyssopi.
scord. aa. mj.
fl. scabios.
pap. errat. aa. p. j.
sem. anis.
fœnic.
cinnamom. aa. ℥ß.
cardamom.
croc. aa. ℈ij.

Incis. contus. infund. per III. dies in vin. Hispan. ℔vi. destill. ex ∴ aut MB.

Aqua Stomachica.

Rec. *Rad. Galang.*
pimpinell.
Zedoar.
Carlin. aa. ℥j.
Hb. menth.
cent. min. aa. mj.
fl. chamomel.
aneth. aa. p. j.
ſem. aniſ.
fœnic.
carv.
cumin. aa. ʒij.
cort. citr.
aurant. aa. ℥ß.
cinamom.
cardamom.
cubeb. aa. ʒij.

Inciſ. & contuſ. infund. per III. dies in 🜄 ℔ viij. deſtilletur & ſervetur ad uſum.

Aqua Hyſterica.

Rec. *Rad. bryon.*
Zedoar. aa. ℥j.
Hb. puleg.
meliſſ.
matric.
ſabin. aa. mj.
fl. cheir.
calend. aa. p. ij.

bacc.

bacc. laur.
Junip. aa. ℥j.
Anthophyll.
Myrrh. aa. ℥ß.

Incis. contus. infund. in 🜆 ℔iij. ▽ menth. meliss. cum vino aa. ℔j. destil. l. a.

Aqua nephritica.

Rec. *Rad. ononid.*
rub. tinct.
Bardan. aa. ℥ß.
Hb. apii.
hedr. ∀str.
virg. ☉ aa. mj.
fl. anth.
genist. aa. p. ij.
Baccar. Junip.
Alkekeng. aa. ℥j.
sem. urtic.
saxifr.
fœnic. aa. ℥ß.
Cinnamom.
macer. aa. ʒij.

Incis. & contus. infund. per III. dies in vini Rhenani ℔iij. succ. frag. raphan. aa. ℔. destill. l. a.

Spiri-

Spiritus balſamicus.

Rec. *Succin.*
Maſtich. aa. ℥iv.
balſ. peruv.
copaiv. aa. ℥j.
⊖♀ ℥iiij.

Pulveriſata miſceantur exacte addantur 🜄 ♀ſati ℔iij. & prævia eligeſtione deſtilletur in 🜂 balſamicum nervinum roborantem, & diureticum.

Spiritus Maſtiches Compoſitus.

Rec. *Maſt. ſelect.* ℥iij.
cardamom. min.
cinam. acerr.
Galang.
Zedoar. aa. ℥ß.
coſt. Arab.
lign. Hl.
mac. aa. ʒij.
caryoph. Ind. ℈iß.
🜄. *gall.* ℔iij. *pond. civil.*

Diger. per III *dies* in loco calido deſtill. adſiccit. edulc. ſ. q. 🜕 oſach. citr. ſerv. ad uſum.

CAPUT

CAPUT III.

De Spiritibus urinosis.

THEOREMATA.

SPiritus urinosi parcius ex vegetabilius destillantur excepto ♀.

II. Magna in copia obtinentur ex animalibus tam integris, quam illorum partibus, nec non ex ⊖✱.

III. Spiritus urinosi per se destillantur, aut cum additamento.

IV. Per se animalia destillantur in ♎ & ⊖ volatile.

V. ♀ continet duplex ⊖ alcalicum & acidum, & duplicem largitur ♎ m.

VI. ⊖✱ est ⊖ urinæ coagulatum.

VII. Ad acidum retinendum adduntur alcalica.

VIII. ♎ urinosi simplices sunt, aut compositi.

PROCESSUS IX.

Spiritum ♀ volatilem urinosum cum additamento destillare.

Enchireses.

I. ℞. ♀ crud. ℔j.
     ☍ ♀ per deliquium ℥iiij.

II. ♀ pulverisatus humectetur cum ☍ ♀ per deliquium.

III. Destilletur ex retorta l. a. servatis △ gradibus.

Monita & cautelæ.

1. *Si ♀ crudi loco crystalli sumuntur ☍ nec adeo fœtidum erit, nec tanta in copia transibit.*

2. *Proventum ☍ impedit accali adjectum.*

3. *In principio destillationis ignis accendatur lenissimus.*

4. *Superato primo impetu △ augeri potest.*

5. *Receptaculum cum retorta probe loricandum & agglutinandum est, ne ∽ in auras abeat.*

6. *Caput mortuum ulterius calcinatum & elixiviatum ⊖ ♀ exhibet.*

PROCESSUS X.

∽ ♀ ab °o & acido depurare.

Enchireses.

I. Oleum separatur filtrando spiritum per chartam bibulam ▽ prius madefactam.

II. Acidum detinetur si supra caput mortuum, Ψ, ⊬, aut panem biscoctum similagineum rectificatur.

Monita & cautelæ.

1. *Oleum duplex est 1) crassum & fœtidum quod fundum petit. 2) subtilius quod ∽ supernatat.*

2. *Oleum cum ▽ simplici destilletur aut fragrante, vel etiam supra cineres ♀, & mutabitur ejus color & fœtor.*

PROCESSUS XI.

Spiritum ♀ urinosum per fermentationem parare.

Enchireses.

I. ℞. °o ♀ per deliquium, vel saltim solutionis ⊖ ♀ q. p.

II. Ponatur in vase amplo supra carbones donec liquor incalescat.

III. Hoc facto ♀ crudus pulverisatus aspergatur.

IV. Continuetur hic labor donec nullus amplius strepitus occurrat.

V. Hoc cessante liquor destilletur ex cucurbita alembico ferreo munita in ∽ summe volatilem.

Monita

Monita & cautelæ.

1. *Parca manu injiciendus est ♀ ne massa terminos vasis transeat.*

2. *Hæc fermentatio oritur a ⊖ibus contrariis.*

3. *Alembicus ferreus linteaminibus madidis frigidis inter operandum est cooperiendus.*

4. *Substantia ♀ hoc modo ita immutatur ut nihil in cucurbita remaneat; sed omnis liquor sub ♎ forma supra alembicum feratur.*

PROCESSUS XII.

Spiritum salis ammoniaci simplicem destillare.

Enchireses.

℞. ⊖ ✱ ℔ß.
♃ ℔j.
▽ comm. ℔iij.
Misce destillentur △e lento.

Monita & cautelæ.

1. *Alcali additur ut acidum absorbeatur partes volatiles detinens.*

2. *Loco ▽ simplicis poterit etiam ♈ phlegmaticus adhiberi ut nimia acrimonia in hoc ⊖e peccans mitigetur.*

3. *⊖ia in vase ▽eo prius sunt commiscenda ne vitrum rumpant.*

PROCESSUS XIII.

Spiritus urinosos compositos præparare.

Enchireses.

♎ urinosi facile cum ⊖ibus miscentur nec non cum balsamicis, oleosis & aromaticis.

EXEMPLA.

♎. C. C. *ſuccinatus.*

℞. ♎ CC. Eſſentiſ. illique ⊖ volatile ſuccini pedetentim inſtilla donec ſtrepitus ceſſet, poſt affundatur 🜄 aut ♎ ceraſorum nigrorum ardens, & deſtilletur ex cucurbita.

Monita & cautelæ.

1. *Proportionem utriusque ⊖is punctum ſaturationis determinabit.*

2. *Si tædioſa eſt deſtillatio poteſt ſtatim poſt ſauturationem ad uſum reponi.*

♎ C. C. *balſamicus.*

Rec. *Succin. pp.* ℥iiij.
balſ. peruv. ℥j.
ciner. clavellat. ℥iij.
⊖ *vol.* CC. ℥j.
✱. ℥ij.
🜄 *rectif. menſ.* I.

Miſc. f. extract. & deſtillatio.

♎ ⊖✱. *aniſatus.*

Rec. *ſem. aniſ. pulv.* ℔ß.
⊖♀ ℔j. *humect. ſ.q.* ▽.*com.*
diger. per aliquot dies, adde

⊖✱ ℔j.
deſtill. ſ. a.

♎ ⊖✱. *aromaticus.*

I. Rec. Rad. Angel.
fol. menth.
major. aa. ℥iij.

ſem.

sem. fœnic.
bacc. Junip. aa. ℥j.
cinnamom. acer. ℥ß.
NM.
Croc.
origan. cret. aa. ʒiij.
spic. Nard.
cardamom. maj. aa. ʒj.
f. ♀ *grossus.*

Infundantur in ⊖ ✱. triti & in
🜄 ℥iiij. soluti.
⊖ ♀. *in vini generosi* ℥xij.
soluti aa. ℔ß.

M. dest. ex arena.

II. vel ℞. 🜄. super aromata digesti, aut destillati ℥viij. ♎ ⊖ ✱. ℥j.

III. ℞. °° ♌. aromatum, aut vegetabilium spicæ, lavendulæ, caryoph., combinentur 🜄 rectificatissimo & ♎ ⊖✱. citra cohobationem, aut destillationem.

Monita & cautelæ.

1. *Olea in nimia quantitate non sunt admiscenda, alias integra mixtura lactescit post* ♎ ⊖ ✱ *affusionem.*

2. *Facta mixtura massa pro lubitu destillari aut digeri potest.*

3. *Destillatione non opus est sufficit sola digestio.*

CAPUT IV.

De Spiritibus acidis.

THEOREMATA.

SPiritus acidi ex triplici naturæ regno desumuntur.

II. Vegetabiles ex ♀ parantur, lignis, herbis & seminibus viridibus, nec non ex resinis & gummatibus.

III. 🜁 acidos animales formicæ suppeditant, & mel.

IV. 🜁 acidi minerales fluidi sunt, gummosi aut clyssiformes.

V. Fluidi ex terris destillantur, & ⊖ibus v. g. ⊖e com. ⦶, 🜖, ○e & ♀e.

VI. ⦶ia cum triplo boli miscentur ne fluant excepto 🜖 & ○e, quæ partes ochreas & 🜃eas continent.

VII. ♀ per campanam in 🜁 destillatur.

VIII. 🜁 gummosus sive butyrum ♄ cum ☿♄ acquiritur.

IX. Spiritus clyssiformes ex retorta tubulata parantur.

PROCESSUS XIV.

Spiritus acidos vegetabiles magna in copia destillare.

Enchireses.

I. ℞. Lign. herb. & sem. virid. q. v.

II. g. m. incisis impleatur retorta 🜃ea ad collum & destillentur igne conveniente.

III. Ad eundem modum destillantur gummata per se aut cum additamento.

IV. Ita potest etiam panis destillari & frumenta antea fermentata.

Monita & cautelæ.

1. 🜁 *lignorum herbarum & seminum viridium majore in copia parantur in furno Glauberiano p. II. p. m. 31. descripto.*

2. 🜁

2. *♈ acidi vegetabilium °o ∇estri, & empyreumate insigni semper sunt inquinati.*

3. *Manna cum stupa est destillanda.*

4. *Bolus resinis & gummatibus addi potest, nec non arenâ, pulvis silicum, & ⊖ commune.*

5. *Semper retorta amplissima est sumenda.*

6. *Idem faciendum si hæc concreta cum additamento destillantur.*

7. *Ignis in principio lenis dandus est in fine autem fortior.*

8. *Impetratur media ♈ acidi quantitas, major autem olei copia.*

9. *Non magna inter acetum commune & chymicum intercedit differentia.*

PROCESSUS XV.

Spiritum Benzoes post flores destillare.

Enchireses.

I. ℞. Benz. pulv. ℔j. immittatur retortæ amplissimæ longo collo præditæ.

II. Affundantur 🜈 optimi ℔iij. & massa ponatur in locum calidum ad digerendum.

III. Digestione peracta in △e abstrahatur 🜈, sublimentur flores, & denique ♈ destilletur cum oleo.

Monita & cautelæ.

1. *Spiritus vini affunditur ut partes gumnosæ, & spirituosæ uniantur, & gummi discontinuetur.*

2. *🜈 egressus removeatur, & vas recipiens mundum, & siccum apponatur.*

3. *Flores sublimati removeantur & subsequens ♈ cum °o excipiatur.*

4. *Spiritus ab oleo separetur & ut acetum rectificetur.*

PRO-

PROCESSUS XVI.

Acetum, & Alios spiritus acidos rectificare.

Enchireses.

I. ℞. aceti vini q. v. & illo retorta impleatur ad tertiam partem.

II. Apponatur alembicus vitreus & cucurbita magna loco recipientis.

III. Adhibitis ignis gradibus l. a. destilletur.

Monita & cautelæ.

1. *Acetum ex cerevisia, succis pomorum, & omphacio paratum destillatione nunquam acrius efficitur.*

2. *Aceta spirituosa non sunt destillanda.*

3. *Acetum ad siccitatem non est abstrahendum.*

4. *In destillatione prodit primo phlegma, succedit acetum relicto infundo liquore crasso, & nigro.*

5. *Eundem in modum rectificantur* 🜋 *acidi vegetabilium.*

6. 🜋 *acidi vegetabiles ab omni empyreumate nunquam liberari possunt.*

PROCESSUS XVII.

Mel, & formicas in 🜋 *acidum destillare.*

Enchireses.

I. ℞. mellis ℔v.
▽ simpl. ℔xii.
Fec. cerevis. cochl. j.
cin. clav. ℥viij.

II. Ponantur per viii. dies in digestionem donec motus fermentativus cessare, & massa odorem vinosum spirare incipiat.

III. Hoc observato massa ex vesica destillanda est ut 🜋 ardentes vetegabilium.

IV. ℞.

IV. ℞. formic. maj. & immittantur vivæ in cucurbitam vitream s. q. 🜄 repletam.

V. Digerantur paululum & destillentur ex arena.

Monita & cautelæ.

1. *Loco saporis dulcis acidus in melle observatur post fermentationem.*

2. *Mel destillatur ex cucurbita cum stupa conglobata, aut tantillo butyro.*

3. *Spiritus formicarum post* IV. *septimanas tantam acquirit aciditatem ut etiam metalla corrodat.*

4. *Si formicæ vehementer △e tractantur aut post destillationem putrescunt ♎ urinosum præbent.*

5. *♎ formicarum animositatem conciliat, ♎ debiles, & ♀ imbecillem roborat.*

6. *Paratur etiam ▽ magnanimitatis ex formicis hunc in modum*

℞. formic. in cucurbita
🜄 immissarum q. v. adde
Confect. Anacard. ℥ij
Castor. ℥j
Hb. bugloss.
Anthos aa. m. j.
Cinamom. opt. ℥j.

Digerantur & destillentur l. a. in ♎-um.

PROCESSUS XVIII.

Spiritum ⊖ comm. & ⦶ destillare & dulcificare.

Enchireses.

I. ℞. ⊖ comm. aut ⦶ q. v.

II. Solvatur in s. q. ▽ communis impastetur cum triplo boli, & in globulos formetur exsiccandos.

III. His impleatur retorta terrea, & △e nudo destillentur in ♎.

IV. Dulcificantur hi 🝐 si cum tribus partibus 🜈 miſcentur & ſæpius ex arena deſtillantur.

Monita & cautelæ.

1. *⊖ commune prius eſt decrepitandum.*

2. *🝐 ⦶ ſemper mixtus eſt partibus aqueis, & ideo denuo deſtillandus donec vapores flavi aſcendere deſinunt.*

3. *🝐 ⦶ & vini ſenſim miſcendi ſunt, & guttatim ne vaſa rumpant.*

4. *Sæpius deſtillatio eſt iteranda donec 🝐 ⦶ prodeat plane volatilis.*

5. *Facili negotio & 🝐 ⦶ & ⊖ ex arena deſtillantur ſi illorum ſolutioni °° 🜖 inſtillatur.*

6. *🝐 ⊖ dulcis obtinetur ſi ⊖ extreme calcinati ℥ IV. in retorta alcohol vini ℥iiij & °° 🜖 guttatim affunduntur, & deinde hac maſſa ex arena deſtillatur.*

PROCESSUS XIX.

Reliqua mineralia in 🝐 fluidos deſtillare.

Enchireſes.

I. 🝐 🜖 igne nudo deſtillatur phlegmate prius in MB. abſtracto.

II. Ad eundem modum paratur etiam 🝐 ○ is.

III. Ex ⦶ & 🜖 partibus æqualibus ad albedinem calcinatis deſtillatur 🜅.

IV. 🜆 oritur ſi ⊖ commune additur.

V. Per ſe etiam ex retorta terrea ∀ medicatæ deſtillantur.

Monita & cautelæ.

1. *🜖 ad albedinem prius eſt calcinandum in MB aut radiis ☉aribus.*

2. *Retorta adhibeatur collo non adeo incurvato.*

3. *Ignis gradu leni destilletur donec nebulæ apparent: quibus visis extreme urgeatur ut* ⁰₀ *prodeat.*

4. *Phlegma in* MB *abstrahitur,* ♎ *in arena, &* ⁰₀ *in capella vacua.*

5. 🜂R *ex tempore habetur si* 🜄 ℔j & ⊖✳ ℥iij. *uniantur.*

6. *Si* ○i ♆ *admiscetur prodit* ♎ *urinosus.*

7. *Ex* 🜄 *medicatæ* ℔ij *prodit* ℥j ♎ *aciduli.*

PROCESSUS XX.

Spiritum 🜍*is per campanam parare.*

Enchireses.

I. Adaptetur campana hunc in finem excogitata.

II. Huic supponantur vascula 🜍 continentia in patina aqua repleta.

III. 🜍 ferro candente accendatur ut fumus iterum decidens 🜄 excipiatur.

IV. Liquor abstracta humiditate in stagma acidum mutetur.

Monita & cantelæ.

1. *Sulphur nunquam nisi in aere liberiore incensum* ♎ *demittit.*

2. *Parandus hic* ♎ *in aere nebuloso aut in locis subterraneis.*

3. *Fuga exhalationum* 🜍*earum impeditur ab aeris adstantis crassitie.*

4. *Acidum hoc stagma ob consistentiam, & colorem dicitur ab aliis oleum* 🜍*is.*

5. *In defectu campanæ hunc in modum possumus procedere.*

I. Sumatur dolium capax illique tantum 🜄 mittatur ut patellæ ligneæ innatare queant.

II. Hæ patellæ 🜍e impleantur & adjectis frustis ferri candentibus 🜍 accendatur.

III. Orificium linteo denso claudatur tentorii instar formato, quod 🜄 semper humectandum.

IV. 🜍 injectis subinde frustis ferri candentis iterum accendatur.

V. Stagma collectum ut supra rectificandum est.

PROCESSUS XXI.

Butyrum ♄ diversis modis destillare.

Enchireses.

I. ℞. ♄ crud. 🜍at. ℔j.
🜹 ℔ij.

II. Pulverisata misceantur exacte & massa ex arena destilletur servatis △ gradibus.

III. Liquor gummosus prodiens auræ humidiori exponatur ut solvatur, & partes uliginosæ ad fundum secedant.

Monita & cautelæ.

1. *Butyrum ♁ destillando ♁ simul acquiritur.*

2. *♎ ⊖ ☿ admixtus pristinum deserit hospitem, & novum adoritur.*

3. *Qui de butyro tantum est solicitus poterit in hunc modum procedere.*

℞ ♁ crud. pulv.
⊖ comm. decrep. aa ℔j.
🜿 ad alb. calc. ℥iij.

M. dest. ex retorta ▽ea △e aperto.

4. *Citius negotium hunc in modum succedit*

℞ ♎ ⊖ ℥vj.
♁ *pulv.* ℥ij.

♎ ⊖ ♁ *affundatur in alembico △i arenæ committendo.*

5. *Butyrum ♄ ▽ ⚗tatum & edulcoratum ☿um vitæ constituit.*

6. *▽ ⚗tationi inserviens filtrata evaporata, & rectificata ♎ 🜿 phil. appellatur.*

7. *♎ 🜿 philos. est ♎ ⊖ 🜹 antea conjunctus, nunc ab illo separatus.*

PRO-

PROCESSUS XXII.

Spiritus clyssiformes in retorta tubulata parare.

Enchireses.

I. Clyssus ♁ 🜍atus ex his constat ingredientibus v. g.

℞ ♁ ℔j.
⦶ ℔ij.
🜍 ℥iiij.

II. *Clyssus* 🜖*eus* ex his conflatur ingredientibus & a *Boyleo chym. sceptic.* p. 378. ⊖ 🜖 *fugitivum dicitur.*

℞ ♁
⦶
🜖 aa ℔j.

III. ✱*calis* majoris est apparatus.

℞ ♁
🜖
silic. calc. aa ℔j.

IV. Huc pertinet etiam *Tr. nephritica Amelungii,* ex 🜖, ⦶, ♁, & silicibus ☉aribus paranda.

V. Agmen claudit ∿ *carminativus de tribus* ex ⦶ 🜖 aa ℔j. *&* 🜔 ℔j. constans.

Monita & cautelæ.

Ut hi clyssi rite parentur sequentes regulæ notandæ sunt.

Reg. I. *Singula clyssi quem parare intendis ingredientia seorsim pulverisentur, exsiccentur, & ad unguem misceantur.*

Reg. II. *In ignem ponatur retorta tubulata ut probe candefiat.*

Reg. III. *Hujus collo capax recipiens s. q.* ▽ *repletum agglutinetur ut* ∿ *exhalans corpus inveniat cui se insinuet.*

Reg. IV. *Retortæ candefactæ per vices* ʒß *pulveris ingeratur ne rumpat.*

Reg. V. *Tubus retortæ globulis ex luto confectis post ingestionem sedulo obduretur.*

Reg. VI. *Ventri retortæ vacuo nova ingeratur materia ad finem usque.*

Reg. VII. *Spiritus hoc modo collectus rectificetur, & ad usum servetur.*

CAPUT V.

De Oleis destillatis.

THEOREMATA.

OLea commode destillantur ex concretis odore & sapore prææditis.

II. Parcius illa fundunt ligna, cortices, folia & fructus: copiosius ex seminibus obtinentur.

III. Olea sunt duplicia 1.) volatilia &ætherea, 2.) fixa & terrestria.

IV. Olea ætherea a ⊖e volatili urinoso oriuntur ♀i maritato; fixa autem ab acido.

V. Olea ætherea supra aquas natant, fixa fundum petunt.

VI. Ætherea e vesica, aut MB prodeunt, terrestria ex retorta sunt destillanda.

VII. Ligna resinæ, gummata & pinguedines ex arena, aut △e aperto oleum præbent.

VIII. Concreta aqua prius sunt maceranda l. etiam pro majori reclusione in fimum equinum ponenda.

IX. Olea destillata alba sunt, flava, aut rubra. Sola chamomilla vulgaris ℴ̊ sapphirinum præbet.

X. Per se liquabilia addito bolo, cineribus cribellatis, aut cum alio corpore per retortam destillantur.

XI. Olea expressa cum corpore 🜄 estri aut ⊖ino possunt rectificari.

PRO-

PROCESSUS XXIII.

Olea ex MB, aut vesica destillare.

Enchireses.

I. ℞ Sumit. herb. cort. aut aromata in s. q.

II. g. m. Incisa & contusa imittantur s. q. ▽ communis.

III. Per aliquot dies macerata destillentur per vesicam aut etiam ex MB.

IV. Cum vehiculo aqueo prodeunt guttulæ oleosæ per vitrum hypolepticum aut cum bombace separandæ.

Monita & cautelæ.

1. *Hac methodo destillantur omnia olea vegetabilium supra dictorum.*

2. *Cortices citri & aurantiorum recentes esse debent, & sine putrefactione, aut maceratione destillari.*

3. *Flores chamomillæ vulgaris sumendi sunt dum semina habent in capitulis. In horum destillatione ad* ℔ x. ▽ ℥j. ☍ *petræ potest affundi.*

PROCESSUS XXIV.

Olea ex lignis, resinis, gummatibus & pinguedinibus destillare.

Enchireses.

I. ℞. Lign. in s. q. in scobem redacta macerentur in aqua communi, & destillentur ex vesica.

II. Ceræ, resinis, gummatibus, & pinguedinibus liquatis arena cineres cribellati, & ossa addantur ad humidi consumtionem, & destillentur △e conveniente per retortam ex arena.

Monita & cautelæ.

1. *Lignum Rhodinum per duos menses, & ulterius macerandum est.*

2. *Ligno*

2. *Ligno sassafras aqua bulliens affunditur & juncturis probe lutatis statim destillatur.*

3. *Camph. p. j. addantur 🜃 sigillatæ aut Lemn. p.* ij. *& sæpius ex retorta destillentur.*

4. *Cera, resinæ, & gummata cum arena miscenda, & per retortam △e ∴ destillanda sunt.*

5. *Pinguedines liquatæ cum ossibus propriis in tigillo candefactis miscendæ sunt, & ex retorta destillandæ, ubi* ℴ *prodit ab empyreumate liberandum.*

PROCESSUS XXV.

Olea Empyreumatica rectificare, & ab empyreumate liberare.

Enchireses.

I. Ut hoc obtineatur olea cum aqua miscenda sunt, & denuo destillanda:

II. Idem contingit per reiteratam destillationem cum cineribus, ♆, c. c. usto, aut alio ⊖e alcalico.

Monita & cautelæ.

1. *Olea ætherea nulla egent rectificatione.*

2. *Olea empyreumatica cum spiritibus prodeunt excepto oleo pinguedinum.*

3. *Si una rectificatio non sufficit sæpius illa est reiteranda.*

4. *Rectificatio cum* ▽ *ex retorta brevi collo prædita est adornanda. Prodit* 1. ⊖ *volatile, succedit* ♎, *&* ℴ *æthereum relicto in fundo crassamento resinoso.*

5. *Glauberus illa cum* ♎ ⊖ *com. rectificare jubet, illumque l. priori destillationi, vel post illam affundere.*

6. ♎ *partibus terreis & metallicis impragnati olea in resinas coagulant.*

PRO-

PROCESSUS XXVI.

Olea expressa ab acido terreo liberare.

Enchireses.

I. ℞. ⚬⚬ expressi q. v. misceatur cum cineribus aut ♆.

II. Destilletur ex cucurbita vitrea breviori collo prædita.

III. ⚬⚬ phil. fit si ⚬⚬ olivarum lateres candefacti immittuntur, & ab illo per destillationem iterum liberantur.

Monita & cautelæ.

1. *Olea expressa per se destillata phlegma præbent nullum ⚬⚬ relicta in fundo resinosa substantia.*

2. *Corpus terreo-⊖inum absorbet acidum nativum terra saturatum.*

3. *Alii loco laterum sumunt carbones candentes, qui tamen peregrina facultate imbuti sunt.*

4. *⚬⚬ Laurinum rectificari potest si* ℔ij *aut* iij *⚬⚬ laur. cretæ calcinatæ aut* ⊖♀ ℔ß *additur.*

INTRODUCTIONIS AD CHYMIAM MEDICAM

SECTIO III.

De

Effectibus Chymiæ mediis.

CAPUT I.

De

Essentiis.

THEOREMATA.

ESsentiæ sunt liquores crassi medicamentosi ex vegetabilibus, animalibus & mineralibus parati.

II. Essentiæ simplices sunt aut compositæ.

III. Menstruum nunc 🜄 constituit nunc aqua ⊖ibus impraegnata.

IV. Menstruum ignobilius ad legitimam consistentiam evocari potest.

V. Essentiæ cum menstruo 🜍tuoso, aut volatili extractæ citra jacturam virtutis specificæ evaporari nequeunt.

VI. Remanentia exprimi potest ad legitimam consistentiam impetrandam.

PROCESSUS XXVIII.

Essentias vetegabilium simplices extrahere.

Enchireses.

I. ℞. Partem quamvis vegetabilem sapidam in s. q.

II. Affundatur menstruum conveniens ad eminentiam 4. digitorum.

III. Digeratur hæc massa per aliquot dies, usque dum virtus medicamentosa in liquorem transierit.

IV. Hoc facto liquor decantetur.

Monita & cautelæ.

1. *Remanentia potest exprimi ne quid pereat.*

2. *Si adhuc abundat fluiditas menstrui illud evocari potest ad melleaginis consistentiam.*

3. *Remanet essentia in fundo coloris obscuri, & turbidi.*

4. *Essentiæ menstruo spirituoso, & volatili paratæ citra jacturam virtutis specificæ non possunt evaporari.*

5. *Si spissioris consistentiæ essentia desideratur per residui expressionem illa obtinetur.*

6. *Si facultas essentialis in gummoso, aut resinoso principio consistit tuto 🜄 abstrahi potest.*

PRO-

PROCESSUS XXIX.

Essentias purgantes præparare.

Enchireses.

I. Aqueis menstruis ⊖ibus alcalicis aut acidis acuatis *radix Rhabarbari*, *Mechoacannæ*, *Helleb. nigr.* & *folia sennæ* extrahuntur.

II. Spiritus vini extrahit *Agaricum*, *Turpethum*, *Jalappam*, *Scammonium*, & *gummi guttæ*.

III. 🜍 cum ▽ dilutus extrahit *Aloen*, *colocynthidem Laureolam*, & *alia*.

Monita & cautelæ.

1. *Non cuncta purgantia unico menstruo extrahuntur.*

2. *Virtus purgans nunc sub resinoso, gummoso, aut gummoso-resinoso tegmine latitat.*

3. *Gummosa extrahuntur menstruo aqueo, resinosa parent spirituoso, media & composita compositis extrahuntur menstruis.*

PROCESSUS XXX.

Essentias animalium præparare.

Enchireses.

I. ℞ Partes animalium ex quibus Tra est extrahenda in sufficiente quantitate, l. etiam insecta.

II. Ablatis integumentis conscindantur, & menstruum conveniens affundatur.

III. Reponantur ad digestionem quousque legitimo colore menstruum tinctum sit.

Monita & cautelæ.

1. *Si unica extractione virtus non est extracta negotium reiterandum est.*

2. *Essentiam castorei spiritus vini extrahit per ♌ ⊖ ✳ c. ♆ acuatus.*

3. *Fætor essentiarum per longam digestionem emendatur.*

4. *Insectorum virulentia affuso prius* ♌ ⊖ *emendatur cui deinde s. q.* 🜄 *additur.*

PROCESSUS XXXI.

Essentias compositas præparare.

Enchireses.

I. Variant essentiæ compositæ pro illarum forma interna diversa.

II. Hinc cephalicæ parantur ex cephalicis, pectorales ex pectoralibus, & ita porro.

III. Eadem methodus hic observanda, quæ in simplicibus adhiberi solet.

EXEMPLA.

Essentia alexipharmaca.

℞. Rad. Angelic.
Carlin.
Enul.
Gentian. aa ℥j.
Hb. rut.
scord. aa mj.
fl. sambuc.
calend. aa p. j.
sem. citr.
levist. aa ʒij.
lign. sandal. rubr.
Myrrh. aa ℥j.
cort. citr.
aurant.
castor.
opii aa ʒij.

Incis. & contus. g. m. infund. in s. q. Tr. ♀ *f. l. a. essentia addendo camph. in* 🜄 *solut.* ℥ß.

Es-

Essentia anodyna.

℞. Op. thebaici
croc. or. aa ℥j.
°° ♌ cinamom.
cort. citr. aa gtt. vj. caryoph.
Vini Hispanici q. s. f. l. a Essentia.

Essentia traumatica.

℞ Rad. plantag.
rub. tinct.
scrophul. aa ℥j.
Hb. Agrimon.
Herniar.
Brunell. aa m. j.
Fl. Hyper.
Ros. rubr.
Symph. aa p. j.
Myrrh.
NM. aa ʒij.
🜄 ♀ *sat. q. s. f. l. a. Essentia.*

Essentia aperitiva.

℞ Rad. caryoph.
Enul.
Apii aa ℥ß.
Hb. cochl.
bellid. min.
trifol. fibrini. aa m. j.
Fl. anthos.
cent. min. aa p. j.
Aloes

Myrrh. aa ʒij.
♎ ⊖ ✱ ℥v.
🜄 rectif. q. s.
f. l. a. Essentia.

Essentia carminativa.

℞. Pip.
Cardamom.
Cubeb.
Cort. citr.
aurant. aa ℥ß.
sem. anis.
fœnic.
carv.
cumin. aa ʒij.
♎ menth.
absinth. aa q. s.
⊕ dulc. ad ℔j ℥j.

CAPUT II.

De Tincturis.

THEOREMATA.

Tinctura est liquor medicamentosus tinctus.

II. Tincturæ ab essentiis differunt consistentia. Illæ sunt dilutiores, hæ spissiores.

III. Characteres bonæ tincturæ desumuntur 1) *a colore* subjecto extrahendo conveniente. 2) *ab extractione* vires subjecti penitus exhauriente. 3) *ab operatione* si essentia simul extrahatur. 4) *A quantitate* si in exigua quantitate tinctura obtineatur.

IV. Tincturæ simplices sunt aut compositæ.

V. Utræque parantur ex mineralibus, & vegetabilibus tinctis, & coloratis.

VI.

VI. 🜍 mineralium ſolvendum prius eſt, & liquandum deinde 🜂 extrahendum.

VII. Colorem vegetabilium 🜄 extrahit acidis acuata, idem 🜂, & acetum.

PROCESSUS XXXII.

Tincturam mineralium extrahere.

Enchireſes.

I. Tinctura gemmarum paratur ſi pulvis illarum 🜔 🜕 aut alio cauſtico menſtruo ſolvitur, illoque abſtracto 🜂 affunditur.

II. Tinctura coralliorum variis modis paratur

A *Langelottus* illam parat per trituram cum 🜔 miti, quale eſt aniſi. *Obſerv.* 59. *Ann.* III. *Ephim. Germ. p. m.* 98.

B. *Maxvellus in Magnetiſmo* calcinando illa ſupra fictile ad extremum ruborem, & cum 🜂 extrahendo.

C. *Viganus* oleum ex illis prius parat & tincturam cum 🜂 inde extrahit.

D. Denique paratur per infuſionem cum cera liquida.

III. 🜍 🜕 ex 🜄 🜕 dulci paratur extrahendo illius colorem cum 🜍 ⊕ Bezoardico, & ex hoc cum 🜂 rectificatiſſimo.

IV. Tincturam 🜍is alcohol vini extrahit ex 🜍e cum ⊖e ♀, aut ⊕ ad nigredinem calcinato.

V. Succinum tincturam largitur menſtruo 🜍-tuoſo aut ⊖ſo.

VI. Tinctura Ambræ paratur ſi cum oſſe ſepiæ prius teritur, & deinde 🜂 affunditur.

VII. Antimonium tincturam largitur in ſcorias aut vitrum per ſe cum fuſione redactum.

VIII. ♄ tinctura fit ſi illius ſachari pars una cum triplo 🜔 terebinthinæ miſcetur, ac per VI dies digeritur.

IX. Tincturæ ♂tis adſtringentes per menſtrua acida extrahuntur: aperientes autem menſtrua acida leniora requirunt, aut ⊖ſa.

X. La-

X. Lapis hæmatites tincturam largitur si supra illius flores 🜈 rectificatissimus digeritur.

XI. Tinctura ♀is ultramarina paratur ex illius limatura, aut calce cum ⌒ ⊖ ✳, viridis cum ⌒ ⊖ com. Rubicunda evadit si cum ⦶ calcinatur & cum ⌒ urinoso, aut vini extrahitur.

XII. Tincturæ ☽æ & ☉is non sunt genuinæ nisi sint cum ☿ philosophorum paratæ.

Monita & cautelæ.

1. *Tinctura gemmarum nullius est usus cum ex partibus menstrui oleosi inversis oriatur.*

2. *Tinctura coralliorum Langelotti est optima tam quoad colorem, quam vires vid. autor noster p. m. 625.*

Tinctura Maxvelli nullius est momenti.

Tinctura coralliorum Viganiana ab autore describitur in medulla destillatoria p. m. 40. & veris tincturis videtur annumeranda.

3. *Vt 🜍 ⦶ rite præparetur ∇ ⦶ sit bene edulcorata, & ⌒ ⦶ bezoardicus, non alius affundatur.*

4. *Loco 🜍is calcinandi poterit etiam illius balsamus sumi, & cum ⊖ ♀, aut ⊞ misceri, exsiccari, & cum 🜈 Tra inde extrahi.*

5. *Ad tincturam succini parandam succinum eligendum est flavum, aut aurei coloris.*

6. *Menstruo ⊖so potest etiam 🜈 rectificatissimus substitui, & cum illo in leni colore tinctura extrahi.*

7. *Menstruum ⊖sum oritur si 🜈 cum ⌒ ⊖ saturatur.*

8. *Tinctura hæc succini non est vera cum illius color a particulis succini abrasis oriatur.*

9. *In confectione Tr. ♄ ex scoria succinea sequentes cautelæ probe sunt notandæ.*

a.) Scoria statim post reguli confectionem est sumenda ne per deliquium fluat.

b.) Mor-

B. Mortarium in quo trituranda ad △ flammam sit calefactum.

C. Celerrima manu tritura est perficienda.

D. Subito pulvis phiolæ committatur prius candefactæ.

E. 🜄 rectificatissimus affundatur, aut oleosus, qualis est anisatus.

F. Sæpius massa agitetur non modo in principio sed singulis etiam dimidiis horis.

10. *Tinctura ♄ ex vitro paratur hunc in modum.*

A. ℞. vitr. ♄ per se fusi q. s.

B. Affundatur menstruum acidum, & digeratur quo diutius eo melius.

C. Postquam hoc menstruo partes coloratæ satis sunt comminutæ, & a reliquis liberatæ acidæ iterum sunt evocandæ, & affuso 🜄 Tra extrahatur.

11. *Optimium acquiritur medicamentum si partibus ʒ ⁰⁰ terebint. pro Tr. conficienda ex ♃ camph. ℥j. l. ʒvj. admiscentur.*

12. *Tincturæ ♂tis adstringentes sunt particulæ ♂tis subtilissimæ una cum acidis a 🜄 susceptæ.*

13. *Menstruis acidulis ♂ solvitur; sed non saturatur.*

14. *Utrarumque enchireses in auctore nostro videri possunt, p. m. 672.*

15. *Tinctura lap. hæmatitis oculos magis delectat quam linguam.*

16. *Tinctura ♀is rubicunda hunc in modum paratur.*

A. ℞. limat. ♀ aut illius crocum cum ⊕ factum in s. q.

B. Calcinetur denuo cum decuplo ⊕ △e fortissimo usque dum tota massa cœrulescat.

C. Affundatur iteratis vicibus 🜍 urinosi s. q. usque dum sufficiens tinctura sit extracta.

D. Abstrahatur ♌ urinosus ad mellis consistentiam & cum 🜄 Tra extrahatur.

17. *Tinctura viridis & cærulea vomitus movet: ultima autem ex ⊕ oritur.*

PROCESSUS XXXIII.

Tincturas minerales compositas parare.

EXEMPLA.

Tinctura ♁ ♀ sata.

I. Misceatur regulus ♁ medicinalis cum aa. ⊖ ♀ △e fortissimo.

II. Mixtura injiciatur 🜄 super scorias regul. ♁ digesto.

III. Digestione peracta abstrahatur essentia.

Tinctura ♁ anodyna.

I. ℞. decoct. regular. ♁ medicinalis cum ♆ facti mens. 1. Opii Thebaici ℥ij.

II. Solvatur opium in lixivio leni calore, filtretur & inspissetur.

III. Magmati residuo affundatur vinum Hispanicum, aut 🜄 ♀satus & extrahatur tinctura.

Tinctura ⊕ ♂tis.

I. ℞. ∇ fol. ♀ ℥vj. & liquefiant supra △em.

II. Admisceantur ⊕ ♂tis ad rubedinem calcinati ℥iiij. & ab △e removeantur.

III. Reponatur massa in locum humidum ut efflorescat, & rubicunda evadat.

IV. Affundatur 🜄 cinamomisatus & extrahatur tinctura.

Tinctura

Tinctura antiphtisica Michaelis.

I. ℞. ⊕ ♂tis ad rubedinem calcinati q. s.

II. Impastetur ⊖ ♀ essentiali & admisceatur s. q. sachari ♄.

III. Affundatur 🜅 & fiat extractio.

PROCESSUS XXXIV.

Tincturas vegetabilium cum menstruo aqueo parare.

Enchireses.

I. ℞. Flores vegetabilium tinctos & coloratos in s. q.

II. Affundatur ▽ simplex aut destillata s. q. ♎ acidi acuata.

III. Digeratur massa in cineribus calidis donec sufficiens color ex floribus in menstruum abierit.

IV. Hoc facto liquor decantetur, & residuum exprimatur.

Monita & cautelæ.

1. *Tinctura florum per expressionem parata post factam subsidentiam filtranda est.*

2. *S. q. acidi affundatur ne liquor vapescat.*

3. *Nisi una vice menstruum satis tinctum sit denuo infundatur aut humiditas superflua evocetur.*

PROCESSUS XXXV.

Tincturas vegetabilium simplices cum 🜅 extrahere.

Enchireses.

I. ℞. partes vegetabilium coloratas & exsiccatas in s. q.

II. Affundatur 🜅 rectificatissimus ad eminentiam IV. digitorum.

III. Digerantur per aliquot dies usque dum menstruum tinctum sit.

Monita & cautelæ.

1. ♁ *menstruum tincturarum vegetabilium universale esse potest.*

2. *Non omni tempore ad colorem respiciendum est sed simul ad virtutem medicamentosam.*

3. *Loco* ♁ *menstruum alcalicum sumi potest.*

4. *Ad hunc modum parantur omnes tincturæ.*

PROCESSUS XXXVI.

Tincturas vegetabilium compositas parare.

Enchireses.

I. Parantur tincturæ compositæ cum aqua acidulata v. g. 4. fl. cord.

II. Eædem fiunt infundendo species in ♁ & tincturam ex illis extrahendo.

III. Idem contingit si ▽ ♌-tuosæ tinguntur.

Monita & cautelæ.

1. *Tinctura Bezoardica vulgaris est mixtura simplex colorata.*

2. *Aqua* ♌-*tuosæ torna* ☉, *sandalo rubro, alkanna, aut extractis coloratis tingi possunt.*

PROCESSUS XXXVII.

Tincturas vegetabilium cum aceto parare.

Monita & cautelæ.

1. *Ut tincturæ cum menstruo aqueo parantur: ita etiam cum aceto fiunt.*

2. *Tincturæ cum aceto paratæ dicuntur alias aceta medicata.*

3. *Si una vice non sufficienter tinctum sit menstruum iteretur infusio.*

EXEM-

EXEMPLA.

Acetum Bezoardicum.

℞ Rad. Angel.
Contrajerv.
Petasit. aa ℥j.
Hb. rut.
card. bened. aa. m. j.
Fl. samb.
calend.
papav. errat. aa p. j.
bacc. Junip. ℥j.
Aceti vini ℔ IV.

Acetum cephalicum.

℞ Rad. Doron.
Valer.
Irr. flor. aa ℥j.
Hb. major.
rorismar.
mar. ver. aa m. j.
Fl. lil. convall.
spic. nard.
lavend. aa p. j.
ros. rubr. p. ij.
🜊 vini q. s.

Acetum hystericum.

℞ Rad. Galang.
Zedoar.
Hb. puleg.
matric.
meliss. aa m. j.

Fl. cheir.
calend. aa p. j.
croc. ʒß.
antophyll.
cost. ver.
cass. lign. aa ʒj.

CAPUT III.

De Elixiriis.

THEOREMATA.

I. Elixiria sunt essentiæ compositæ magis concentratæ.

II. Duo requiruntur ad Elixir corpus extrahendum, & extrahens, s. menstruum.

III. Corpus extrahendum constituunt vegetabilia aromatica, minus animalia, & mineralia.

IV. Menstruum 🜍-tuosum est, aut aqueum.

V. Ad extractionem facilitandam additur tertio, aut quarto die 🜍 acidi ad 🜄 ℔j. ℥j vel ℥ß.

VI. Supplementum his addit digestio, vel etiam destillatio.

PROCESSUS XXXVIII.

Quævis elixiria præparare.

Enchireses.

I. ℞. corporum extrahendorum q. s.

II. Incisis, & contusis affundatur 🜄, aut aliud menstruum conveniens.

III. Digeratur in leni calore, vel etiam destilletur ex alembico.

Monita & cautelæ.

1. *Si ingredientia sunt resinosa 🜄, aut alius liquor spirituosus est sumendus.*

2. *Gum-*

2. *Gummosa extrahuntur aqueis, media menstruo composito.*

3. *Interdum sufficit sola digestio, eaque nunc brevior, aut longior: interdum autem destillatio in subsidium vocanda est.*

4. *Præstat extractionem iteratis vicibus instituere, quam simul sextuplam aut octuplam proportionem affundere.*

EXEMPLA.

Elixir prophylacticum.

℞ Rad. Angel.
Helen. aa ℥ß.
Hb. scord.
rut. aa m. j.
bacc. Junip.
Myrrh.
Theriac.
Lign. sandal. aa ℥j.
M. f. c. s. q. 🜄 ♀ sat. l. a. Elix.

Elixir cephalicum.

℞ Rad. Doron.
Valer.
caryophill. aa ℥ß.
Hb. rorismar.
mar. ver.
beton. aa m. j.
Fl. lavend.
stæch. Arab.
Cubeb. aa ʒj.
Lign. Al. ʒij.
Myrrh. ʒi.

Incis. & contus. irrorentur s. q. ♌ ⊕ ceph. affundatur 🜄 ♀ sati s. q. f. l. a. Elixir.

Elixir

Elixir pectorale.

℞ Rad. Enul.
trifol. fibr. aa ℥j.
Hb. ſcabioſ.
marrub. aa m. j.
Fl. pap. errat. p. iij.
hyſſop.
tuſſilag. aa. p. ij.
ſem. aniſ.
ſucc. liquir. aa ℥j.
🜅 rectif.
∽ ⊖ ✱ q. ſ. f. Elixirium.

Elix. ſtomachicum.

℞ Rad. Galang.
pimpinell.
mei aa ℥ß.
Hb. menth.
meliſs. aa m. j.
Fl. roſ. rubr.
cent. min.
ſpic. aa p. j.
Myrrh. ʒj.
NM.
lign. al.
cinamom. aa ʒij.
cort. citr.
aurant
croc. aa ʒj.
🜅 rectif. q. ſ.
∽ ℞ ad ℔j. 🜅 ʒj.

Elixir

Elixir uterinum.

℞ Rad. bryon.
pæon.
Zedoar. aa ℥ß.
Hb. meliſs.
matric.
ſabin.
puleg. aa m. ß.
Fl. calend.
cheir. aa p. j.
croc. ʒß.
Antophyll.
coſt. ver.
caſſ. lign.
bacc. laur. aa ʒij.
lign. ſandal. ℥j.
EE Caſtor. q. ſ.
f. l. a. Elix.

CAPUT IV.

De Extractis.

THEOREMATA.

I. Extracta ſunt eſſentiæ evaporatæ.

II. Extracta ſunt ſimplicia & compoſita.

III. Præſtat præparare ſimplicia & uſus tempore ex illis facere compoſita.

IV. Subjectum extractorum ſunt amara, reſinoſa viſcoſa, gummea, & alia fixiora.

V. Reſinoſa extrahuntur menſtruo 🜂eo, gummoſa 🜄eo, & quæ mediam naturam habent compoſito.

PROCESSUS XXXIX.

Extracta ex amaris, & resinosis parare.

Enchireses.

I. ℞ Amara & resinosa in s. q.

II. Grosso modo contusis affundatur 🜅, & leni calore tinctura omnis successive extrahatur.

III. Menstruum in cucurbita abstrahatur ad legitimam consistentiam.

Monita & cautelæ.

1. *Amara constant ex particulis* ⊖*linis alcalicis &* 🜍*eis sub terrearum dominio contentis.*

2. *Spiritus sunt appropriatum, & genuinum partium resinosarum menstruum.*

3. 🜅 *in Jalap. & scammon. extractione ad dimidium est abstrahendus, & resina* ▽ *præcipitanda.*

4. *Liquor tinctus post præcipitationem remanens ulterius inspissatus extractum exhibet.*

5. ℔j. *Jalap. ponderosi exhibet* ℥iiij. *resinæ ; Scammonium plures*

6. *Resina Jalap. & scammonii dicitur alias magisterium.*

PROCESSUS XL.

Concreta gummosa menstruo aqueo extrahere.

Enchireses.

I. ℞. Gumm. aut vegetabilia gummosa in s. q.

II. Affundatur ▽ ⊖ibus acuata & tinctura extrahatur.

III. Remanentia exprimatur, & menstruo evaporato ad legitimam consistentiam redigatur.

Mo-

Monita & cautelæ.

1. *Spiritus acidi sunt ▽ acuatæ.*

2. *Quæ debiliter vel plane non attingunt aquea, illa obsecundant acidis.*

3. *Acida fortiora solvunt, leniora extrahunt.*

4. *Solutio debetur ⊖ibus extractio ♀eis.*

5. *Menstruum ▽eum leni coctione evocatur.*

PROCESSUS XLI.

Concreta mediæ naturæ extrahere.

Enchireses.

I. ℞ Concreta mediæ naturæ in s. q.

II. Grosso modo contusis affundatur menstruum ex ▽ & ♎ compositum.

III. Leni calore tinctura extrahatur, quæ menstruo evocato ad legitimam consistentiam redigatur.

Monita & cautelæ.

1. *Concreta mediæ naturæ ex resina, & gummate sunt composita.*

2. *Menstruum compositum 🜄 phlegmaticus constituit, vinum, aut alii succi.*

3. *Pro diversitate substantiæ extrahendæ menstruum seligatur diversum. v. g. pro gummosa sola ▽, pro resinosa sola 🜄.*

4. *Ut menstruum ▽eum: ita etiam compositum coquendo abstrahitur.*

EXEMPLA.

EXTRACTUM OPII CYDONS.

Opium cydoniatum.

Enchireses.

I. ℞ Op. Thebaic. in particulas concisi ℔j.

II. Affundantur in cucurbita humili succi cydon. bene maturorum recentissimi ℔x. & ⊖♀ ℥j.

III. Exponatur leni calore per aliquot dies usque dum ſigna fermentationis ex bullulis aſſurgentibus appareant.

IV. Hoc viſo addantur ſachari pulv. ℥iij. ſic opium attolletur, & reſolvetur per minima.

V. Liquor coletur per manicam Hippocratis, & ad legitimam conſiſtentiam inſpiſſetur.

Monita & cautelæ.

1. *Ad hunc modum Aloe, ſcammonium, & alia Concreta media poſſunt extrahi.*

2. *Inter fermentandum gas exhalare ſolet, quod ſomnolentiam inducit, a quo cavendum eſt ſibi.*

3. *Pars impura volatilis ſub ſpumæ forma ſuperiora occupat terreſtrior autem in fundo reſidet.*

4. *Opium poteſt etiam extrahi cum aqua pluviali, reſinoſa autem cum* 🜅 *rectificato. Vid.* Charras *pharm. reg. p.* 111. *ſeqq.*

5. *Idem fit cum phlegmate aceti, aut menſtruo aqueo cum* ⊖♀ *acuato.*

6. *Menſtruum aqueum agit in partes gummoſas, alcali autem in reſinoſas.*

Extractum Aloes.

I. ℞. Aloes lucidæ q. ſ.

II. Coquatur in ſero lactis & filtretur.

III. Liquor filtratus evaporetur ad conſiſtentiam legitimam.

IV. Hæc maſſa ſolvatur in ſucco roſarum, & in extracti formam redigatur.

Monita & cautela.

1. *Reſinoſa Aloes ſubſtantia* 🜅 *extrahitur: gummoſa autem menſtruo aqueo.*

2. *Partes Aloes reſinoſæ ſero lactis ſoluta valde deprehenduntur immutatæ.*

3. *Extractum Aloes pilulas Angelicas polychreſtas conſtituit,*

INTRO-

INTRODUCTIONIS AD CHYMIAM MEDICAM

SECTIO IV.

De

Effectibus Chymiæ solidis.

CAPUT I.

De

Floribus.

THEOREMATA.

FLores ⊖ini sunt, 🜍ei, aut medii.

II. ⊖ini sunt flores ⊖ ✳ simplices, & compositi.

III. Ad 🜍eos flores 🜍 pertinent, Benzoes, & camphoræ.

IV. Mediam inter hos naturam habent flores 🜺 simplices, & compositi.

V. Flores sublimantur per se, aut addito alio corpore conveniente.

VI. Per se sublimantur flores Benzoes, 🜍is, 🜺, camphoræ: reliquis vero ⊖ commune additur, ⊖✳, aut etiam arena.

VII. Flores igne fortiori egent, compresso, & aere, exceptis floribus Benzoes.

VIII. Flores parantur in Aludel, retorta tubulata, aut alio vase.

PROCESSUS XLII.

*Flores ⊖ * ſimplices, & compoſitos parare.*

Enchireſes.

I. ℞. ⊖* probe triti, ⊖ communis, aut lim. ♂tis aa. q. v.

II. Pulveriſata miſceantur & maſſa liquore conveniente humectetur.

III. Sublimetur in flores ex cucurbita vitrea aut rerrea △e conveniente.

Monita & cautelæ.

1. *Addi etiam poteſt ⊖♀ aut lap. hæmat. pp. loco ⊖com. aut limat. ♂tis.*

2. *Flores cum ⊖com. ſublimati ſimplices dicuntur: reliqui autem compoſiti ♀ſati, ♂tiati, aut hæmatitiſati nuncupantur.*

3. *Simplices ex cucurbita vitrea △ ∴, compoſiti autem ex alembico ∀eo l. ferreo △e nudo deſtillandi ſunt.*

4. *Prodit ſimul ♒ ſeorſim excipiendus, & ſequuntur flores in capitellum elevati.*

5. *△ per gradus eſt augendus ne vaſa rumpant.*

PROCESSUS XLIII.

Flores ♀eos varii generis ſublimare.

Flores ♀is communis.

Enchireſes.

I. ℞. ♀ g. m. contuſi ℔j., injiciatur in retortam terream △i nudo comm ttendam.

II. Imponatur alembicus non lutatus.

III. Accendatur △ moderatus ut flores aſcendant.

Monita

Monita & cautelæ.

1. *Capitellum floribus repletum sæpe est mutandum.*

2. *Dum hoc mutatur orificumi retortæ alio operiatur ne flamma accendatur.*

3. *Factum incendium injectis cineribus extinguatur.*

Flores Benzoes.

Enchireses.

I. ℞. Benz. trit. q. v. & cum aa. arenæ misceatur.

II. Immittatur ollæ rotundæ & orificium duplici carta emporetica in modum pyramidis convoluta claudatur.

III. Addatur △ sublimatorius & flores nivei colligantur.

Monita & cautelæ.

1. *Duo aut plura capitella ad manus sint, quæ subinde mutentur.*

2. *Si capitellum tanquam ℴℴ madefactum apparet ab opere desistendum est.*

3. *Parantur etiam flores Benzoes cum* 🜄*: de quibus supra.*

Flores Camphoræ.

Flores Camphoræ parantur immittendo illam vasi vitreo & leni △e exponendo ut omnis camphora in flores sublimetur.

PROCESSUS XLIV.

Flores ♁ simplices & compositos sublimare.

Flores ♁ simplices.

Enchireses.

I. Imponatur retorta tubulata △ aperto ut sensim candefiat.

II. Candefactæ aliquot ℥iæ ♁ ♀sati injiciantur cum tertia arenæ parte mixtæ.

III. Ces-

III. Cessante fumo nova ♄ quantitas cum arena mixta injiciatur, & hoc tamdiu continuetur donec sufficiens florum quantitas collecta sit.

Monita & cautelæ.

1. *Flores ♄ in usu sensim esse desinunt cum tutiora habeamus remedia emetica.*

2. *Potest etiam manna accensa cum folle in recipiens agglutinatum pelli. Vid.* le Mort. *Chym. Phys.*

Flores ♄ compositi.

Enchireses.

I. ℞. Vitr. ♄, aut ♀ ☉at ♄ ℥ij. ⊖ ✳ ℔ß.

II. Singula seorsim subtilissime pulverisentur & invicem probe misceantur.

III. Immittantur cucurbitæ humili alembico vitreo munitæ.

IV. In arena lento △ gradu sublimatio instituatur.

Monita & cautelæ.

1. *Lento △is gradu sublimatio fieri debet ne flores emetici evadant alias diaphoresin excitantes.*

2. *▽ calida affusa edulcorandi sunt, & per cartam bibulam filtrandi.*

CAPUT II.

De Sublimatis.

THEOREMATA.

I. Flores & sublimata nomine magis, quam re ipsa differunt.

II. Flo-

II. Flores magis porosi sunt; sublimata autem cryſtallina

III. Repetita ſublimatione non opus eſt cum fine impetrato ab opere deſiſtendum.

IV. Inter illa ☿ eminet, ☿ dulcis, & ♁♁.

V. ☿ adulteratus inſtillatu ℘ ♀ per deliquium dignoſcitur.

PROCESSUS XLV.

Mercurium ſublimare.

Enchireſes.

I. ℞ ☿ vivi q. v. ſolvatur in ſ. q. 🜄 & in △e evocetur humiditas omnis.

II. Maſſa relicta ſubigatur cum aa ⊕ calcinati, & ⊖ decrepitati in patina lignea.

III. Injiciatur cucurbitæ terreæ & △e nudo ſublimetur.

II.

Poteſt etiam fieri in hunc modum

I. ℞ ⊖ comm. ℔ij.
⊕ ad flav. calc. ℔iß.
☿ viv. ℔j.
ſubl. ℥j.
⚹ cochl. j.

II. Conterantur in mortario lapideo per horæ ſpatium donec ☿ diſpareat.

III. Hæc maſſa immittatur cucurbitæ, & detur △ per gradus.

IV. Aſcendit 🜄 ſeorſim colligenda.

V. Quarta die elapſa augeatur △ ut elevetur materia alba compacta, ponderoſa plane cryſtallina remanente in fundo multa fecum copia.

Monita & cautelæ.

1. ♁ *additur non ut corrodat ☿ sed partibus 🜃 eis ⊖ium solutionem impediat.*

2. *⊖ commune admisceatur non aliud corpus ⊖inum.*

3. *Cave ne nimis cio △em intendas, ne sub forma pulveris albicantis ☿ ascendat.*

4. *Cave a fumo inter terendum in præparatione ascendente pulmonibus admodum nocivo.*

5. *☿ adulteratur cum arsenico: quod ∘∘ ♀ per deliquium dignoscitur.*

PROCESSUS XLVI.

Mercurium sublimatum dulcificare.

Enchireses.

I. ℞. ☿ q. v. ☿ vivi per corium trajecti & ⊖e & 🜄 loti quantum sublimatus capere potest.

II. Misceantur in mortario lapideo pistillo ligneo donec simul in pulverem cinereum abeant.

III. Immittatur hic pulvis cucurbitæ, & ex △ servatis illius gradibus sublimetur.

Monita & cautelæ.

1. *Hic ☿ dicitur dulcis non quod sachari saporem referat sed ob deficientem acrimoniam.*

2. *☿ vivus in summo hærens & 🜃 inutilis fundum occupans a media crystallina parte studiose est separanda.*

3. *Pars crystallina aqua calida elutrietur & ita non opus habet rectificatione.*

PROCESSUS XLVII.

Cinnabarim antimonii ex ☿, & ♄ præparare.

Enchireses.

I. Dum

I. Dum chymicus butyrum ♄ destillat acquirit simul ♁.

II. Circa finem itaque operationis ubi guttæ non amplius exstillant augeat ignem supra, & infra capellam.

III. Refrigeratis omnibus eximatur substantia metallica adhærens ac teratur.

IV. Si splendescentem rubedinem non præ se ferat rectificanda est.

V. Splendescens aliquoties abluatur aqua fontana ut butyrum, & ☿ vivus eluatur.

Monita & cautelæ.

1. *Helmontius* ♁ ♁ *parat ex* ♁ ♄ *cum menstruo acido facto & ☿ vivo.*

2. *VVed. Ann.* III. *Ephim. p. m.* 173. *ex* ♁ ♄ *cum lixivio saponario facto &* ☿ *parat* ♁ ♁.

3. *Assumendum est* ♄ *punctula copiosa rubicunda striis interposita ostendens.*

4. *Cinnabaris rectificatur e crucibulo arena ad medietatem repleto, in quod cucurbitulæ cinnabari modice repletæ collocantur circumpositis exterius carbonibus candentibus. Orificium ope operculi cartacei occludatur, & △ cum prudentia regatur.*

5. ♁ ♁ *colore a factitia & adulterata discernitur. In hac omni tempore rutilans, sed cum obscuritate observatur, in illa vero admodum splendescens & exaltatus.*

CAPUT III.

De Calcinatis.

THEOREMATA.

CAlces sunt pulveres per ignem producti.

II. Subjectum calcium mineralia, & vegetabilia constituunt.

III. Ignis calcinatorius actualis est, aut potentialis.

IV. Ignis actualis immediate adhibetur, aut mediantibus aliis.

V. Ignis immediatus comburit, & cineres producit.

VI. Ignis mediatus adhibetur mediante aqueo humido, acido, & ⊖e ⊕oso.

VII. Prior calcinationis species dicitur immersio, s. philosophica; posterior autem via humida, aut sicca absolvitur.

VIII. Calcinatio per ignem potentialem menstruo fit, ☿io, & cæmento.

PROCESSUS XLVIII.

Ossa & dentes igne immediato calcinare.

Enchireses.

I. ℞. Partes animalium duriores in s. q.

II. Incidantur serra, & in furno, in vase figulino igni committantur, usque dum penitus albescant.

III. Terantur in mortario & supra prophyrite affusa aqua.

IV. Particulæ satis comminutæ in parvos pyramides fastigientur.

Monita & cautela.

1. *Conchæ ab impuritatibus aceto prius sunt liberandæ, & deinde △i committendæ.*

2. *Cornu cervi, & ebur ustum post ♌, & ⊖ vol. abstractionem in △e aperto ad albedinem calcinantur.*

3. *Præparatio non absolute est necessaria modo usta satis sint comminuta.*

4. *Præparatio ▽ simplici fieri potest, vel etiam pro lubitu cum destillata.*

PRO-

PROCESSUS XLIX.

Partes animalium duriores philoſophice calcinare.

Enchireſes.

I. ℞. Cornua, oſſa, & dentes animalium in ſ. q.

II. Serra incidantur, & in aqua communi coquantur uſque dum molleſcant, & commode pulveriſari poſſint.

III. Medulla, & reliquæ impuritates cultro auferantur, & pars albicans exſiccetur.

Monita, & cautelæ.

1. *Loco aquæ communis poteſt etiam deſtillata ſumi.*

2. *Facilius & citius negotium ſuccedit cum ▽ ⊖e alcalico imprægnata.*

3. *Aqua remanens depurata, & ulterius cocta gelatinam exhibet.*

4. *Suſpendi etiam poteſt cc. in alembico, vel aliunde vapore ▽ calidæ emolliri.*

5. *Minus commode teſtacea hunc in modum calcinantur niſi accedente acido.*

6. *Gelatina partium duriorum compagem firmans coctione mediante evocatur; eaq; ſublata pulveriſari poſſunt.*

PROCESSUS L.

Antimonium via humida in calcem redigere.

Enchireſes.

I. ℞. Butyr. ♁ per ſubſidentiam depurati q. v., & immittatur parvæ cucurbitæ vitreæ.

II. Affundatur ſucceſſive ſextuplum ♒ ⊕ uſque dum butyrum ſolutum ſit, & efferveſcentia ceſſet.

III. Poſt factam butyri detumeſcentiam cucurbita in arenam ponatur & ♒ ad ſiccitatem abſtrahatur.

IV. Pulvis flavi coloris ex cucurbita eximatur, & in + ♒ ⊕ abigatur.

Monita & cautelæ.

1. ♎ ⏀ *tam diu affundatur usque dum butyrum solutum sit, & effervescentia cesset.*

2. *Pulvis tam diu calcinetur, donec substantia alba, insipida, & inodora remaneat.*

3. *Per horam unam, vel alteram hæc calcinatio continuetur donec fumum ruffum non amplius dimittat, & materia antea congrumata in pulverem tenuissimum abeat.*

4. *Hunc in finem non incongruum erit ope styli ferrei materiam in* ♁*bulo hærentem sæpius agitare.*

5. *Ad hunc modum paratur etiam ex croco metallorum, & ♎e ⊖ato ♄.*

6. *Breviori via habetur si ☿ vitæ cum triplo ⏀ calcinatur.*

7. ♎ ⏀ *bezoardicus est* 🜂 *partibus ♄ imprægnata.*

PROCESSUS LI.

Bezoardicum ☉lare & reliqua composita præparare.

Enchireses.

I. ℞ ☉ finissimi a reliqua substantia metallica probe purgati ℥j.

II, Solvatur in s. q. 🜂 vel etiam ♎ ⏀ bezoardico & solutio servetur.

III. ℞ Butyr. ♄ rectif. ℥ij. & immittatur cucurbitæ satis amplæ.

IV. Affundantur ♎ ⏀ optimi ℥vij. guttatim sub camino vel in aprico.

V. Duæ hæ solutiones misceantur & procedatur ut supra cum bezoardico simplici.

Monita & cautelæ.

1. *Ad hunc modum paratur etiam bezoardicum ☽re.*

2. ☉

2. ☉ & ☽ a partibus peregrinis metallicis probe debent esse depurata.

3. Bezoardicum ☉are tam diu calcinandum est donec colorem purpureum induat, & saporem omnem amittat.

4. Bezoardicum ♃iale, & ♂tiale ex butyro ♁ ♃viali & ♂tiali, ut simplex paratur.

PROCESSUS LII.

Antimonium via sicca cum ⊕ calcinare.

Enchireses.

I. ℞. ♁ crud. Hungar. ℔ß. ⊕ optime exsiccati ℔iß.

II. Seorsim pulverisata misceantur exacte.

III. Ponatur ✢ in furnum anemium ut probe candefiat.

IV. Huic candefacto per vices ingeratur materia supra descripta.

V. Facta detonatione calidiusculum adhuc magma in ▽ simplici olla pura excipiatur.

VI. Cum per noctem steterit sordes ✢ superiores auferantur & lixivium filtretur.

VII. Massa aqua nova affusa perfecte a ⊕ ♁iato liberetur & filtretur.

VIII. Pulvis in filtro hærens leni calore exsiccatus ad usum servetur.

Monita & cautelæ.

1. ♁ diaph. simplex ex minera ♁ parari potest, ex regulo, croco, vitro, ♀e♁, cap. mort. clyssi & ♁.

2. ♁ diaph. ex regulo paratum dicitur alias cerussa.

3. ♁ diaph. tripla ⊕ portione unica vice paratum prævalet triplicatis.

4. ♁ diaph. non diu in △e relinquendum, nec jam paratum denuo △iendum est.

5. *Vt*

5. *Vt ♁ diaph. simplex ex regulo ita antihecticum Poterii ex regulo ♁ ♃iali cum triplo ⊕ parari solet.*

6. *Lixivium remanens filtratum, & ad crystallisandum evaporatum ⊕ ♁iatum constituit.*

7. *Si massa non edulcorata statim in aqua coquitur, & præcipitatur magisterium ♁ diaphoretici oritur.*

PROCESSUS LIII.

Antimonium diaphoreticum ♂tiale cachecticum parare.

Enchireses.

I. ℞. Limat ♂tis ℔ß. exponatur △i ut extreme candescat.

II. Huic candefactæ injiciatur successive anaticum pondus ♁ pulverisati.

III. Agitetur baculo ferreo usque dum fumus ascendere desinit: quo observato materia candens eximatur, & in mortario ferreo in pulverem reducatur.

IV. Triplum ⊕ admisceatur, & procedatur ut supra cum ♁ diaphoretico simplici.

Monita & cautelæ.

1. *Massa continuo agitanda est ne fundatur, & in regulum abeat.*

2. *Fusio impeditur si orificium furni fusorii claudatur.*

3. *Vbi globuli concrescunt forcipe in ♀ frangendi sunt, aut in mortario conterendi.*

4. *Denuo igniatur hæc massa in ♀bulo donec in scorias abierit.*

5. *Si aqua frigida edulcoratur massa subnascitur subpallidæ hepaticæ rubedinis pulvis.*

6. *Si coctione mediante edulcoratio instituitur pulvis rubei coloris oritur priori longe levior.*

7. *Fit etiam ♁ diaphoreticum ♂tiatum rubrum ex croco ♂tis ♁iato detonando illum cum triplo ⊕.*

PRO-

PROCESSUS LIV.

Metalla per solutionem cum menstruis in calcem redigere.

Enchireses.

I. ℞ Corporis solvendi s. q.

II. Affundatur menstruum conveniens in VI. vel VIIIpla proportione.

III. Massa detineatur in calore debito usque dum soluta sit.

IV. Præcipitetur contrariis & si opus edulcoretur.

Monita & cautelæ.

1. *🜊 solvitur ♄, 🜅 ♃, ♂, ☿, & ☽. 🜆 autem ☉.*

2. *🜅 solvit ☉ si gemina destillatione ab æquali ⦶ portione abstrahitur.*

3. *Idem facit 🝐 ⦶ proprio ⊖e saturatus nec non 🝐 ⦶ bezoardicus.*

4. *Non sunt recipienda quæ texturam 🝐 acidorum invertunt, sed quæ illam immutant & aptiorem reddunt.*

5. *Quæcunque soluta sunt ab acidis præcipitantur per alcali, & vice versa.*

6. *☽ in 🜅ti soluta præcipitatur lamina cupreà vel ferrea solutioni immissa.*

EXEMPLA.

Aurum fulminans.

Enchireses.

I. Solvatur ☉ laminatum in s. q. 🜆.

II. Solutio præcipitetur cum 🝆 🜿 per deliquium.

III. ♀ 🝏tatus edulcoretur & exsiccetur.

Monita & cautelæ.

1. *🝆 🜿 guttatim instillandum est.*

2. *In exsiccatione caveatur a nimio calore.*

3. *Aurum fulminans majorem strepitum edit quam ♀ sclopetarius.*

4. *☉ fulminans non tantum ſurſum ſed etiam deorſum fulminat.*

5. *Pulvis fulminans ex ⦶, ♎e, & ⊖e ♀ paratus ſonum edit admodum obtuſum.*

☿ albus ☉aris.

I. ℞ ☿ depuratiſſimi q. v. & ſolvatur in ſ. q. ♎ ⦶ rectificatiſſimi.

II. Præcipitetur cum ♎ ⊖ ✳ in magiſterium ſ. q. ▽ communis edulcorandum.

III. Miſceatur cum aa croci ☉ ſubtiliſſimi.

Monita & cautelæ.

1. *Hic pulvis cum ſacharo roſato commode poteſt exhiberi.*

2. *Hic pulvis non per ſalivam; ſed tranſpirationem curat.*

PROCESSUS LV.

Metalla amalgamando cum ☿ calcinare.

Enchireſes.

I. ℞ lamell. ☉ vel ☽ q v.

II. Miſceantur cum VI. vel VIIIplo ☿ vivi.

III. ☿ exhalet ut calx in fundo relinquatur.

Monita & cautelæ.

1. *Amalgamatio ad ſolvendum a chymicis adhibetur.*

2. *Amalgamatio ad ☉ & ☽ corpus ſolvendum potiſſimum adhibetur.*

3. *Depopulatur ſervus fugitivus corpus ſibi commiſſum, & de illo aliquid ſecum rapit.*

4. *☿ cum ♂te & ♀re non bene amalgamatur.*

5. *Fragilia & friabilia reddit corpora aaatio.*

PROCESSUS LVI.

Reliqua metalla cæmentando calcinare.

Enchireſes.

I. ℞ Metalla lamellata in ſ. q.

II. Fiat

II. Fiat S.S.S. cum cæmento in pyxide cæmentatoria.

III. Committatur per aliquot horas, aut dies △i reverberatorio.

Monita & cautelæ.

1. *Cæmentum 🜃eum est, ⊖inum aut 🜍eum.*
2. *Cæmentum siccum adhibetur, vel etiam humectatum.*
3. *☉ & ☽ cæmentando purificatur.*
4. *🜍 calcinat metalla, ⊖ metalla imperfecta.*
5. *Salia volatilia exaltant, & depurant ferrum.*

CAPUT IV.

De Crocis.

THEOREMATA.

CRoci sunt calces imperfectæ.

II. Croci parantur ex mineralibus.

III. Crocus ♁ purus est, aut impurus.

IV. Crocus ♁ purus ex ♁ & ⦶ partibus æqualibus intentione primaria oritur.

V. Crocus ♁ impurus ex scoriis reguli ♁ intentione secundaria paratur.

VI. Crocus ♂tis adstringens est aut aperitivus seu alterans.

VII. Crocus ♂tis ♁iatus ex scoriis reguli ♁ ♂tialis producitur.

PROCESSUS LVII.

Crocum metallorum purum parare.

Enchireses.

I. ℞ ♁ Hungarici ⦶ aa q. v.

II. Seorsim pulverisata misceantur exacte.

III. Hæc mixtura aut simul & semel in mortario accendatur, aut successive in crucibulum ingeratur.

IV. Quam primum massa fluxerit ab △e removeatur, & ▽ calida solvatur.

V. Lixivium filtretur, & nova ▽ affundatur ad ⊖si saporis amissionem.

VI. Pulvis in filtro hærens leni calore exsiccetur.

Monita & cautelæ.

1. *Si mediam ⦶ adjeceris quantitatem majorem croci copiam obtinebis.*

2. *Detonatio potest etiam in retorta tubulata fieri ad ♎ clyssiformis salvationem.*

3. *Lixivium superstes inspissitum ⦶ ♁iatum præbet.*

4. *Crocus metallorum purus cum cremore ♀ infusus, coctus, filtratus & ad crystallisandum inspissatus ♀ Emet. constituit.*

PROCESSUS LVIII.

Crocum metallorum impurum elutriare.

Enchireses.

I. ℞. Scor. reg. ♁. q. v. affundatur ▽ simplex tamdiu donec non amplius ⊖sum saporem referat.

II. Lixivium filtretur & pulvis in filtro relictus exsiccetur.

Monita & cautelæ.

1. *Lixivium relictum non est rejiciendum cum ♀ ♀satum ♁iatum constituat.*

2. *Crocus metallorum purus collyria exhibet: uterque emeticorum parens existit.*

PROCESSUS LIX.

Crocum ♂tis ♁iatum parare.

Enchireses.

I. Exponatur scoria reguli ♁ ♂tialis in loco humido aeri liberiori, ut per deliquium fluat, & in pulverem solvatur.

II. Hic pulvis ▽calida eluatur ut ♁ diaphoreticum.

III. Pul-

III. Pulvis ſubtilis aquæ permixtus, & cum ⏀ triplo detonatus crocum aperitivum conſtituit; craſſus autem infundo remanens adſtringit.

Pulvis Antatrophicus.

Rec. Croc. ♂tis ʒiat. aper.
arcan. duplic. aa. ℥ß.
M. f. ♀. doſ. ℈ß.

Pulvis Cachecticus.

Rec. Croc. ♂t. ʒiat. aper. ʒij.
Rad. ar. pp.
Cinamom. acut. aa. ʒj.
fol. aur. no. ij.
M. f. ♀. cacheƈt. doſ. ℈j.

CAPUT V.

De
⊖ibus volatilibus.

THEOREMATA.

I. ⊖ia volatilia vegetabilia ſunt, aut animalia.

II. ⊖ia vegetabilium volatilia ex capite mortuo aquarum ulterius putrefacto, & cum cineribus mixto deſtillantur ulterius rectificanda.

III. Deſtillantur etiam per ſe ex herbis aromaticis, aut ſine putrefactione ex ſeminibus.

IV. ⊖ia animalium volatilia ex integris animalibus parantur, aut ex illorum partibus præmiſſa putrefactione.

V. Idem impetratur ſi animalia integra, & humores exſiccentur, partes ſicciores autem ante deſtillationem comminuantur.

VI. ⊖ia volatilia ab ⁰⁰⁰ ſeparantur per tritorium, & a ♒ ſuper cineres illa rectificando.

VII. Paratur etiam ⊖ volatile ex ſuccino deſtillando illud ex retorta.

PROCESSUS LX.

⊖ volatile plantarum prævia putrefactione destillare.

Enchireses.

I. ℞. Massam herbarum pultaceam post destillationem ex vesica.

II. Includatur vasculo ut putrescat.

III. Siccata, l. humida adhuc cineribus permisceatur, & ex cucurbita vitrea destilletur.

IV. Prodibit 1) phlegma 2) nebulæ in quibus ⊖ volatile latitat & 3) ☍ 🜄estre, & fœtidum.

V. Liquor prolectus ab ☍ per tritorium separetur, & ex cucurbita △ arenæ rectificetur.

Monita & cautelæ.

1. *In destillatione augeatur △ per gradus circa finem ut omne ⊖ volatile expellatur.*

2. *Si herbæ putridæ magna in copia adsunt in △e aperto ex cucurbita 🜄ea operatio perficiatur.*

3. *Post primam destillationem ♎ ♀eus prolicitur spirans odorem vegetabilis specificum.*

4. *Si altera vice destillatur major acrimonia deprehenditur quam antea.*

5. *Tertia & quarta destillatione omnem vim specificam amittit, & in ⊖ volatile perfectum mutatur.*

6. *Nicotiana, Satureja, ruta, Majorana, rosmarinus sine ullo additamento in ⊖ volatile destillantur.*

7. *Pauxillum ☉ post harum destillationem remanet.*

8. *In retortis odor fragrans remanet moschum referens nullo modo ex vase delendus.*

PRO-

PROCESSUS LXI.

⊖ volatile ſeminum ſine putrefactione deſtillare.

Enchireſes.

I. ℞. ſem. ſinap. eruc. fraxin. rut. gran. pip., & bacc. Junip.

II. Prout ſunt integra immittantur in retortam vitream in arena poſitam.

III. Detur △ per gradus & circa finem extreme augeatur.

IV. Prodit 1) phlegma, 2) ♌ & 3) ℴℴ fœtidum.

Monita & cautelæ.

1. *Si non ℴℴ ſed ⊖ volatile in forma ſicca deſideras blandiſſimo △e deſtillationem inſtituas.*

2. *Prodibit hoc modo ⊖ volatile, & ℴℴ penetrantiſſimum.*

3. *⊖ volatile prolectum ſeorſim poteſt colligi, aut ope 🜄 a lateribus recipientis ablui.*

4. *⊖ hoc modo prolectum nulla opus habet rectificatione.*

PROCESSUS LXII.

⊖ volatile animalium putrefactorum deſtillare.

Enchireſes.

I. ℞. Partes animalium putrefactas in ſ. q.

II. Deſtillentur ex retorta vitrea longioris colli igne blandiſſimo in liquorem fœtidum.

III. Liquor prolectus per rectificationem repetitam cum ▽ ſimplici, 🜃eo, aut ⊖ino corpore rectificandus, & deparandus eſt.

Monita & cautelæ.

1. *Idem de cantharidibus & aliis inſectis obſervandum eſt.*

2. *Lumbrici 🜃eſtres ▽ ſimplici prius lavandi ſunt, in manipulum ſtupæ cannabinæ reponendi ut terram antea devoratam rejiciant, & rejectis exuviis in liquorem fœtidum abeant cum manipulo ſtupæ cannabinæ deſtillandum.*

3. *Ad*

3. *Ad eundem modum destillatur ⊖ volatile cerebri humani, secundinæ humanæ, aliarumque mollioris texturæ partium, quæ per V. l. VI. dies, in loco tepido asservatæ simili modo destillantur excepta stupa, quæ omitti potest.*

PROCESSUS LXIII.

⊖ volatile ex animalibus integris, humoribus, & partibus solidis non putrefactis producere.

Enchireses.

I. Animalia integra prius exsiccanda, & deinde ex retorta nunc △ aperto, nunc △e arenæ levi flamma destillanda sunt.

II. Partes fluidæ facili negotio in ⊖ volatile destillari possunt. Sanguis enim exsiccandus est, & urina ad melleaginis consistentiam evaporanda.

III. Idem succedit in partibus solidis. Hæ enim vel integræ vel comminutæ ex cucurbita terrea destillantur in vas recipiens paululum amplum.

Monita & cautelæ.

1. *Urinæ massa cum ♆ ♃ clavellatis, aut vulgaribus est per miscenda.*

2. *Sanguis vena emissus ♈ potest misceri & præmissa digestione in ⊖ volatile suavissimum destillari.*

3. *Ignis regimen probe est observandum, primoque blandus supponendus quousque demum undiquaque candefacta retorta appareat.*

4. *Recipientis loco adhiberi potest cucurbita capacitatis mediocris.*

5. *Prodit 1) phlegma 2) ☍ & denique 3) ⊖ volatile sub nivis forma.*

6. *Retorta ∀ea cum recipiente immediate non est conjungenda sed complicata carta scriptoria interponenda; aut* Ein Anstoss *prius est agglutinandum.*

PRO-

PROCESSUS LXIV.

Sal volatile ab °° & ⏜ ſeparare.

Enchireſes.

I. Liquor prolectus cum Sale confundatur, & recipiens cum exigua ▽ quantitate eluatur.

II. Per filtrum trajiciatur ▽ prius madefactum ut °° remaneat.

III. Additis oſſium cineribus calcinatorum miſceatur ut omnis liquor ab illis abſorbeatur.

IV. Hæc maſſa retortæ immittatur præaltæ, & lento △e in ⊖ depuratum ſublimando reducatur.

V. Sal depuratum per ſe, aut a ſubſequente phlegmate ⊖ino dilutum conjunctim ſervetur.

VI. Oleum cum cineribus ad eundem modum rectificetur.

Monita & cautelæ.

1. *Poteſt etiam absque cineribus in MB rectificatio fieri; ſed quam primum ⊖ ſublimatum eſt eximatur, ne a ſubſequente ⏜-tu ſolvatur & deliqueſcat.*

2. *Si ſanguis ſiccatus ex cucurbita oblongioris colli deſtillatur Salvolatile ſub forma ſicca apparebit.*

PROCESSUS LXV.

Sal volatile ſuccini deſtillare, & rectificare.

Enchireſes.

I. ℞. Fragment. ſuccini q. v. deſtillentur ex cucurbita △e ∴ gradatim aucto quousque prodeat °° flavum cum ⏜ acido ſub forma nebularum ac tandem °° craſſum.

II. Affundatur ▽ calida in recipientem, & agitetur tamdiu donec Sal omne in ſe ſuſceperit, olea vero partim fundum partim ſuperficiem ocupent per tritorium ſeparanda.

III. ℞. Liquorem ab ♂ separatum, evoca ex cucurbita humiditatem, mutatoque excipulo ♌ destillantem acidum seorsim & postmodum sub forma sicca ⊖ volatile.

Monita & cautelæ.

1. *Si hoc ⊖ prima vice non sufficienter a ♀eis, & empyreumaticis particulis repurgatum videtur denuo solvatur ▽, & sublimetur donec summe repurgatum apparet.*

2. *Potest etiam hunc in modum rectificari si statim post primam destillationem ♂ fœtido inquinato admiscetur ⊖ decrepitatum quousque massa fiat acida. Hoc facto ex vasculo terreo, l. testa ∀ea pyramide cartacea munita evocetur ⊖ volatile elegantissimum, & ab omni fœtore liberum.*

3. *Hoc ⊖ est acidum & contra naturam reliquorum volatilium ultimo loco ascendit.*

4. ♂ *optime rectificatur supra ♆, elegans inde redditur aspectu, & penetrans ut instar ⊖ ✱ nares potenter feriat.*

5. *Potest etiam aliquoties destillari cum ♌ ⊖ sed maxima pars virium perit a ♌ ⊖.*

CAPUT VI.

De Salibus Fixis.

THEOREMATA.

I. ⊖ia fixa potissimum ex regno vegetabili desumuntur, raro ex animali. Ex minerali ⊕ adest.

II. ⊖ia fixa sunt merum artis opus, & parantur ex cineribus plantarum elixiviatis.

III. Hunc in finem seliguntur vegetabilia sapida aromatica plus minus amaricantia.

IV. Hæ plantæ in cineres rediguntur △c non adeo extremo.

V. Assun-

V. Affunditur ▽ simplex frigida per noctem & diem, & massa cum baculo ligneo frequenter agitatur.

VI. Aqua evaporatur non tamen omnis, ne vasa a ⊖ibus coagulatis rumpantur.

VII. Ad metum deliquii tollendum affunditur ♎ acidus maxime proprius.

VIII. Nisi post primam inspissationem ab omni impuritate fuerint repurgata solutio & inspissatio repetitur donec partes peregrinæ sint remotæ.

IX. Huc pertinet etiam ⊖ ♀ ex ♀ crudo per calcinationem parandum, & ⦶ variis modis depurandum.

PROCESSUS LXVI.

Herbas incinerare, elixiviare, & in ⊖ia crystallina coagulare.

Enchireses.

I. ℞. Herb. recentium antequam in semen abierint. q. s.

II. Exstruatur furnus pistorio similis, qui injectis lignis calefiat.

III. Cineribus eversis herbæ injiciantur, spiracula aperiantur ut herbæ sponte accendantur, & incinerentur.

IV. Cum subsederint novæ herbæ addantur furca interdum elevandæ donec sufficiens quantitas cinerum parata sit.

V. Cineres exempti cribrentur rejectis carbonibus ulterius calcinandis.

VI. Cineribus hoc modo paratis affundatur aqua frigida, stent per diem & noctem, & baculo ligneo sæpius agitentur.

VII. Lixivium saturatum decantetur, & nova ▽ affundatur donec omne ⊖ extractum sit.

VIII. Lixivium l. a. ad cuticulæ apparentiam evaporetur, & in locum frigidum ad crystallisandum reponatur.

Monita & cautelæ.

1. *Ad ⊖ium præparationem assumantur vegetabilia sapida, & viridia.*

2. *In loco aperto non ſunt calcinanda nec in fornace exacte clauſo.*

3. *Cineres igne adeo forti non ſunt calcinandi, ſed ſufficiunt adhuc impuri modo accedat filtratio.*

4. *Evaporatio in cucurbita decollata melius ſucceditam in vitro evaporatio.*

5. *Ob metum deliquii acidum herbarum proprium affundatur.*

6. *Pro depuratione ſufficit crebrior ſolutio, & cryſtallorum collectio.*

PROCESSUS LXVII.

Tartarum calcinare & ⊖ fixum inde parare.

Enchireſes.

I. ℞. ♀ crud. q. v. & calcinetur ad albedinem.

II. Solvatur ♀ albicans ▽ affuſa, & remanebunt multæ partes ∀eſtres.

III. ⊖ in ▽ ſolutum invaſe conveniente coaguletur.

IV. Si prima ſolutione non rite depuratum ſit calcinetur denuo, ſolvatur, & inſpiſſetur.

Monita & cautelæ.

1. *Calcinatio inſtituitur in crucibulo, furno figulino, cucurbita, aut △e aperto.*

2. *Idem obtinetur ex ⊗ poſt deſtillationem ♎ ulterius ad albedinem calcinato.*

3. *In calcinatione non eſt excedendum ob jacturam partium △earum, ac ⊖ino-volatilium.*

4. *Breviori via ⊖ ♀ obtinetur accendendo ♀ cum ⦶ permixtum. ⊖ ♀ hoc modo paratum non eſt genuinum ⊖ ♀ ſed mixtum. Solvendum propterea illud eſt, filtrandum & inſpiſſandum priusquam in ⊖is formam abeat.*

5. *Si una vice ⊖ ♀ depuratiſſimum expetis fac ut fluat per deliquium.*

6. *⊖ ♀ per deliquium ſolutum dr. ℴℴ ♀ per deliquium.*

PRO-

PROCESSUS LXVIII.

⦶ ab heterogeneitatum mixtura depurare.

Enchireses.

I. ℞ ⦶ vulgaris q. v. & solvatur in cacabo æneo.

II. Liquor post sufficientem evaporationem ad cuticulam inspissetur.

III. Ponatur in locum frigidum ut in crystallos elegantes, & magnos abeat.

Monita & cautelæ.

1. *⦶ purum carbonibus ignitis injectum cum strepitu deflagrat, nec quicquam relinquit heterogenei : impurum autem semper ⊖ acre relinquit.*

2. *In evaporatione ℔is singulis ⦶ soluti ✠ ℥iij. vel totidem ○ admisceantur, ac spuma ad superficiem ascendens removeatur.*

3. *Ahenum linteaminibus undiquaque tectum in locum frigidum ad crystallisandum reponatur.*

4. *Negotium etiam succedit si ⦶ in crucibulo liquefacti ℔j. ○ & ⊖ ✳ aa ʒij. adjiciantur, remotisque a superficie sordibus illud sol- & crystallisetur.*

5. *Idem fit fundendo ⦶ in crucibulo, & dum in fluore est in vatur, vas ligneum lixivio communi repletum effundendo.*

PROCESSUS LXIX.

⊖ia vegetabilium essentialia parare.

Enchireses.

I. ℞ Vegetabilium succulentorum q. v. & succus exprimatur.

II. Succus per subsidentiam depuretur a partibus crassioribus 🜃estribus, & liquor decantatus in MB ad melleaginis consistentiam inspissetur.

III. Reponatur in locum frigidum ad crystallisandum.

Monita & cautelæ.

1. *⊖ia vegetabilium essentialia rectius ad succos inspissatos pertinent, quam ad ⊖ia.*

 2. Succus

2. *Succus vegetabilium variis modis elicitur 1 sola incisione ut ex vulneribus exstillet. 2. compressione manuum. 3 contusione & per prælum expressione.*

3 *Depuratio fit variis modis 1. filtratione 2. per subsidentiam & 3. rarius in subsidium vacatur destillatio.*

CAPUT VII.

De
Reliquis 🜔ibus.

THEOREMATA.

I. 🜔ia acida regnum minerale suppeditat, sed possunt etiam ex aliis fieri.

II. Ad 🜔ia acida pertinent 🜔 comm. 🜕, 🜖, O, & alia.

III. 🜖 est duplex ♂tiale, & hermaphroditicum.

IV 🜖 ♂tiale naturale est, aut artificiale, Illud dicitur Romanum: hoc autem ex vulgari paratur, vel ex minera ♂tis ☉ari Hassiaca.

V. Quæ mediam inter acida & alicalica habent naturam dicuntur 🜔ia media seu enixa.

VI. Si acidum in illis superat dicuntur acido 🜔sa, sin alcali alcalico-🜔sa.

VII. Acido 🜔sa sunt 🜔 commune, fossile & marinum 🜕, O, cremor ♀, crystalli ♀, ♀ 🜖latus, 🜃 foliata ♀, arcanum duplicatum, & alia.

VIII. Alcalico-🜔sa in liquore CC. succinato, & ♎ aper. Pœnoti deprehenduntur.

PROCESSUS LXX.

Vitriolum commune in ♂tiale mutare.

Enchireses.

Solutioni 🜖 Goslariensis, & Geirensis tanta copia limaturæ ♂tis

♂tis injiciatur ut ♀ omnis ex illa præcipitetur : quod cognoscitur si ferrum politum solutioni immersum non amplius tingitur.

Monita & cautelæ.

1. *Ab aliis paratur lim. ♂tis ♎ 🜊, vel 🜔is triplo ▽ dilutum successive affundendendo ut ♂ solvatur : quam solutionem deinde filtrant, & crystallisant.*

2. *Hartmannus crocum ♂ cum 🜔e accenso in 🜊 corrodit.*

3. *Alii denique mineram ♂tis ☉arem per annum aeri liberiori exponunt ita tamen ne a pluvia, aut radiis ☉aribus tangatur. Huic deinde affundunt sufficientem quantitatem roris Majalis vel ▽ pluvialis destillatæ. Digeritur, & filtratur liquor ♂tis ☉aris, & inspissatur.*

PROCESSUS LXXI.

Ex ♀ & 🜊 ♂tis fit ♀ 🜊latus Tachenii.

Enchireses.

I. ℞ 🜊 ♂tis q. s. & solvatur in s. q. ▽ simpl.

II. Infundatur ☍ ♀ per deliquium ad punctum saturationis.

III. Liquor filtretur & inspissetur.

Monita & cautelæ.

1. *Sufficiens quantitas ▽ simplicis est affundenda ut partes metallicæ ad fundum secedere possint.*

2. *Facta commixtione per* III. *dies in loco quieto reponantur.*

3. *Accurate liquores sunt saturandi : quod syrupus violarum, tanquam lapis Lydius declarabit.*

4. *Hoc modo possunt omnes ♀eæ partes separari etiam cum aliis liquoribus alcalicis.*

5. *Qui vulgari methodo hoc medicamentum parare intendit recipiat ♎ 🜊 ♂tis, aut communem probe rectificatum.*

PROCESSUS LXXII.

⊖ ♀ 🜅 saturare ut in 🜄m foliatam abeat.

Enchireses.

I. ℞ ⊖ ♀ albissimi q. v. affundatur 🜅 acerrimum ad eminentiam 3. vel 4. digitorum digeratur & destilletur.

II.

II. Hoc negotium tamdiu repetatur donec acetum affusum non alteratum ascendat.

III. Hoc observato 🜄 affundatur ut in illo solvatur, filtretur, & lenissimo △e ex MB destilletur.

IV. Exsiccata materia aliquoties in 🜄 solvatur donec materia alba appareat & foliorum instar concrescat.

Monita & cautelæ.

1. *Saturatio in vasis clausis peragenda est.*

2. *Assumendum est 🜊 non destillatum acerrimum.*

3. *Si acidum ♀ simul assumitur non æque facile solubilis est quam si solo 🜊 paratur.*

4. *Vbi aciditas sentitur in 🜊 abstracto desistendum est a nova affusione ne materia ebulliat.*

5. *Rarius in forma solida existit; sed soluta in 🜄 aut per deliquium servatur arcani ♀ nomine.*

PROCESSUS LXXIII.

⦶ cum 🜕 jungere ut arcanum duplicatum constituat.

Enchireses.

I. ℞ 🜕 comm. ℔ j. ⦶ ℔iij.

II. Contusa, & commixta successive committantur 🜊 △ito usque dum omnis quantitas deflagrata sit.

III. Hæc materia paululum relinquatur in fluore.

IV. Dissolvatur massa in 🜄 frigida, filtretur, evaporetur, & reponatur ad crystallisandum.

Monita & cautelæ.

1. *Mynf. & Schræderus arcanum duplicatum ex 🜿 🜄 parant: ex quo tamen ob 🜍 🜕 medicamentum tutum non paratur, nisi partes 🜕licæ calcinatione prius abigantur.*

2. *Inferius furni orificium probe est obdurandum, ne materia terminos 🜊 transcendat.*

3. *Calida & fervens aqua non est adhibenda, ne partes metallicæ solvantur.*

CAP.

CAPUT VIII.

De Regulis.

THEOREMATA.

I. Regulus ♁ est pars ♁ metallica a 🜍e separata.

II. Regulus ♁ est duplex medicinalis & vulgaris.

III. Regulus ♁ medicinalis ex ♁ cum ⊖. com., & alcali funditur.

IV. Regulus ♁ vulgaris simplex est, aut compositus.

V. Simplex funditur ex ♁ cum ⊖ibus fusoriis.

VI. Pulveres ex regulina ♁ substantia exusti cum ⊖e alcali & carbonibus in pristinum corpus reducuntur.

VII. Regulô ♁ varia combinantur metalla, & dicitur compositus.

VIII. Striata figura in superiore reguli parte scoria decussa apparens stella dicitur.

IX. ⊖ & 🜍 conjunctum scoriam reguli ♁ constituunt.

PROCESSUS LXXIV.

Dato ♁, ⊖ comm. & alcali regulum ♁ medicinalem fundere.

Enchireses.

I. ℞. ♁ crud. ℥viij. ⊖ com. ℥vj. ⊖ 🜿 ℥j.

II. Seorsim pulverisata & trita misceantur exacte.

III. Crucibulo committatur materia, & △e fundatur.

IV. Regulus a scoriis separatus teratur & edulcoretur.

Monita & cautelæ.

1. *Regulus a scoriis separatus instar ferri politi apparet.*
2. *Loco ⊖ 🜿 🜾 clavell. aut aliud alcali poterit adhiberi.*
3. *▽ calida edulcoratus rubicundior evadit porosior & levior.*
4. *Si cum ▽♆ coquitur & lixivio ~ 🝁 infunditur 🜍 præcipitatur correctum satis, & panaceæ Connerdingianæ simile.*
5. *Si △e fortissimo cum aa. ⊖ 🜿 portione miscetur tincturam ♈︎ elegantissimam largitur.*

PROCESSUS LXXV.

Regulum ♁ simplicem vulgarem parare.

Enchireſes.

I. ℞ ♁ Hungar. & metall. ℔j. ⊕ & ♀ aa. ℔ß. pulveriſentur, & miſceantur.

II. Hæc mixtura per vices ingeratur crucibulo candefacto, & detonetur ad finem usque continuando.

III. Omnibus ingeſtis detur △ fuſoribus tam diu continuandus donec ſtellæ micantes & in + rotantes appareant.

IV. His viſis in conum fuſorium, aut mortarium effundatur, l. m. in crucibulo relinquatur.

V. Omnibus refrigeratis regulus a ſcoriis ſeparetur.

VI. Scoria pulveriſetur & fervide elixetur.

VII. Pulvis in filtro relictus cum dimidio ⊕ miſceatur in + detonetur, & ſucceſſiva carbonum ingeſtione in regulum reducatur.

Monita & cautelæ.

1. *Conus fuſorius aut mortarium candela ſebacea prius eſt inungendum, & ad focum calefaciendum.*

2. *Regulum cum pice parare non quidem de nihilo; ſed admodum operoſum eſt.*

3. *Sola fuſio ♁ cum pulvere carbonum fruſtra utplurimum inſtituitur.*

PROCESSUS LXXVI.

Subſtantias pulverulentas ex regulina ♁ parte productas in priſtinum corpus regulinum reducere.

Enchireſes.

I. ℞. Subſtantias pulverulentas ex regulina ♁ parte productas q. ſ.

II. A ⊕ ♁iato liberentur, & cum dimidio ⊕ recentis permiſceantur.

III. Detonentur in crucibulo, & ſucceſſiva carbonum ingeſtione in priſtinum corpus reducantur. *Mo-*

Monita & cautelæ.

1. *Hanc reductionem subeunt ♄ diaph. crocus metall. ♀ vitæ, Bez. min. & reg. ♄ med.*

2. *Idem valet de cerussa, & scoria succinea.*

3. *Vitrum ♄ salium additione non opus habet cum per se fusum additione carbonum in regulum reducatur.*

PROCESSUS LXXVII.

Regulos ♄ compositos fundere.

Regulus ♄ ☉aris.

℞. ☉ part. 1. regul. ♄ simpl. part. iij. Mixta fundantur more solito in regulum ♄ ☉arem.

Regulus ♄ ☽ris.

I. Regulus grosso modo pulverisatus in 🜍 circumdato (△) fluat.

II. Injiciantur frusta ☽æ, & liquefacta ab △e removeantur ut in regulum ☽rem massa abeat.

Regulus ♄ Jovialis.

I. ℞. ♄ crud. & ♃ Angl. aa. q. v.

II. Fundantur in massam nigram: quæ ⊕ adjecto statim in regulinam mutatur. Vel

℞. ♃. Angl. ℥ij.
reg. ♄ simpl. ℥iij.

Fundatur cum s. q. ⊕ in regulum ♄ ♃vialem.

Regulus ♄ ♂tialis.

Enchireses.

I. ℞. ♄ Metall. ℔j.
limat. ♂tis ℔ß.

II. Limat. ♂tis 🜍 injiciatur more solito in furnum fusorium reponendo ut candefiat.

III. Huic ♄ ♀ immittatur & △ intendatur ut ceræ instar fluant.

 IV. Hoc

IV. Hoc viso ⦶ aut cineres clavellati adjiciantur, & post ebullitionem dum probe fluunt in conum fusorium more solito effundantur.

V. Regulus a scoriis separatus cum quarta ♁ parte fundatur ut supra procedendo.

VI. Denuo fundatur, illique ⦶ ℨß. pro una vice ingeratur donec ad ℥iiij. reguli ℨvi. ⦶ absumtæ sint.

VII. Repetatur hic labor tribus vicibus, & fusione ad liquidissimum continuata more solito effundatur, & habebitur regulus ♁ stellatus.

Monita & cautelæ.

1. *Loco lim. ♂tis possunt etiam fragmenta sive summitates clavorum equinorum resectæ adhiberi.*

2. *Ebullitio est signum liquationis ♂tis.*

3. *♁ crudum denuo additur ad friabilitatem & hispiditatem tollendam.*

4. *Regulus etiam fit ad modum vulgaris addendo subduplum ♂tis ♁ ⦶ & ♀ cum vel sine carbonibus.*

PROCESSUS LXXVIII.

Stellam in regulo quovis tempore producere.

Enchireses.

Ut hoc obtineatur. 1) Regulus debet esse probe depuratus. 2) Scoria fusili, & tenui præditus. 3) Fervidissime effundi & 4) æqualiter frigefieri. Quotiescunque hæc concurrunt toties stellaris dispositio adest.

Monita & cautelæ.

1. *Stella oritur a fusione reguli depurati fervidissima a peripheria ad centrum rebullientis.*

2. *Purissimus tantum regulus dispositionem stellarem subit.*

3. *Stella præbet signum legitimæ reguli puritatis.*

PRO-

PROCESSUS LXXIX.

Sulphur auratum ♁ ex scoria reguli ♁ parare.

Enchireses.

I. ℞ Scor. ♁ q. v. coquatur in ▽ comm. & filtretur.

II. 🜍 impurum granorum instar ad fundum secedit.

III. Residuum lixivium acido quodam præcipitatum 🜍 exhibet purum aurantiorum colore.

Monita & cautelæ.

1. *Ex hac scoria præterea parari possunt* 1) crocus metallorum. 2) ♀ ♀satus ♁iatus. 3) ♁ diaphoreticum. & 4) ℞ ♁ actis.

2. *🜍 ♁ præterea paratur duobus modis per σύγκρισιν, & διάκρισιν.*

3. *Per σύγκρισιν paratur cum alcalicis conjunctim ex scoriis, aut separatim ex alio corpore ♁iato cum ⊖ibus cocto & 🜍 ▽tato.*

4. *Per διάκρισιν oritur cum acidis sine △e via humida aut cum △e via sicca.*

CAPUT IX.

De Vitris.

THEOREMATA.

I. Duo sunt vitrorum elementa ⊖ & 🜄 fusione intime permixta.

II. Vitra parantur ex metallis mineralibus, & ⊖ibus vegetabilium.

III. In usu medico sunt vitra ex ♁ parata.

IV. Vitrum ♁ est triplex hyacintinum, succineum, & puniceum.

V. Vitrum ♁ fit ex ipso ♁ cum, vel sine additamento, vel etiam ex ☿ vitæ.

VI. Ex ipso ♁ fit vitrum hyacinthinum, ex ☿ vitæ succineum: punicem autem crocus metallorum purus constituit.

PROCESSUS LXXX.

Dato ♁io vitrum hyacinthinum fundere.

Enchireses.

I. ℞ ♄ Hungarici q. v. pulverisatum in patina ▽ea expandatur subdito △e conveniente.

II. Subinde agitetur ne tam cito grumescat sed pars phlogistos avolare & 🜍ea comburi possit.

III. In pulverem gryseum mutatum in crucibulum injiciatur, & △e fortiori fundatur.

IV. In vitrum pellucidum mutatum supra laminam ferream antea candefactam effundatur ut refrigescat.

V. Si vitrum nimis opacum apparet iteratæ fusioni denuo committatur, vel solum, vel adjecta borace, donec desideratam pelluciditatem sit consecutum.

Monita & cautelæ.

1. *Dum omnia fluunt stylo ferreo immisso in pelluciditatem vitri adhærescentis inquiratur.*

2. *Lente vitrum debet refrigerare, ne rumpatur.*

3, *Si vitrum albicans, aut flavum desideras addita borace illud obtinebis.*

4. *Ex adjecto tantillo florum 🜍is dum massa funditur rubicundissimum evadit.*

PROCESSUS LXXXI.

Vitrum succineum ex ☿ vitæ parare.

Enchireses.

I. ℞ ☿ vitæ q. v. imponatur 🜊 & (△) committatur donec fluat.

II. Si transparens ut vitrum apparet effundatur ne oppacum evadat vitrum.

Monita & cautelæ.

1. *Usus vitrorum ♄ialium est emeticus.*

2. *Ex vitro ♄ possunt fundi calices vomitorii ad infusa paranda.*

3. *Calix vomitorius paratur ex ligno juniperino pice obducendus cui ℥j. vitri ♄ grosso modo pulverisati permixta est, in quo infundantur per noctem ℥ij. vini tepidi.*

COL.

COLLEGIUM DE FORMULIS PRÆSCRIBENDIS

INDEX CAPITUM.

PROLEGOMENA

De

Formulis in genere.

PARS PRIMA GENERALIS

De

Medicamentis in genere.

PARS SECUNDA SPECIALIS

De

Medicamentorum classibus.

VII.

PROOEMIUM.

De
Formulis in genere.

§. MAteriam formularum hactenus consideravimus, nunc ad illarum formam progressum facimus.

§. 2. Antequam autem ad illam accedimus definitionem formularum prius volumus præmittere, ut intelligatur quid sit id, de quo acturi sumus.

§. 3. Per formulam medici nihil aliud intelligunt nisi concinnam annotationem medicamentorum præparandorum in cartula consignatam, & pharmacopæo traditam ut ab illo præparentur.

§. 4. Commode inde formula secundum Langium definiri potest, quod sit *præscriptio medicamentorum a pharmacopæo præparandorum.* Vid. *LANGIUS* in compendio formularum.

§. 5. Artificium medicamenta præscribendi futuro practico summe est necessarium: nec sufficit formulas ex practicorum libris conscribere; sed quilibet pro se discat illas conscribere. Medicus enim ab alio formulam describens nudus est Empiricus, non rationalis.

§. 6.

§. 6. Medicus formulam præscripturus dum ipsa medicamenta considerare debet, dum formam, in qua illa erunt exhibenda. Commode inde hoc collegium in duas partes venit dispescendum: in *generalem nimirum, quæ in genere medicamenta proponit*, & *specialem*, quæ *singulas illorum classes in specie examinat.*

PARS I.

Generalis
De
Medicamentis in genere.

CAPUT I.

De
Medicamentorum dosi.

MEdicinæ studiosus formulam præscripturus ante omnia *accuratam habeat notitiam omnium medicamentorum*, tam simplicium quam compositorum *in suas formulas adhibendorum.*

§. 2. Hæc notitia versatur circa ipsam *substantiam atque essentiam*, vel circa *virtutes & proprietates*, vel denique circa *dosin uniuscujusque* medicamenti.

§. 3. Ratione substantiæ, atque essentiæ medicamenta dividuntur in simplicia & magis composita. Simplicia iterum sunt vel nativa seu cruda, vel præparata in pharmacopoliis, & desumuntur ex triplici naturæ regno.

§. 4. Ratione virtutis medicamenta dividuntur in *evacuantia & alterantia.* Evacuantia sunt vel *universalia* vel *particularia.* Alterantia respiciunt vel *causam morbi*, vel *certam corporis partem*, aut denique *certum morbum*: quæ omnia in superioribus jam explicavimus.

§. 5. Ratione doseos denique requiritur ut studiosus medicinæ formulam præscripturus omnium *medicamentorum* præprimis *selectissimorum exquisitam habeat notitiam* qua nimirum dosi ad-

hibenda sint, ne error committatur in præscribendo: id quod potissimum circa evacuantia, & opiata est observandum.

§. 6. Ut constet qua dosi quævis medicamenta tam cruda, quam præparata pro interno usu exhiberi debeant subsequentes quasi tabulæ diligenter inspiciendæ, memoriæque mandandæ erunt.

§. 7. Emeticorum dosis summa est sequens *ex regno minerali.*

☿ vit. rit. præp. ad gr. iij.
♀ Emet. ad gr. ij. iij. iiij. v.
Turpet. miner. gr. v.
🜄 alb. ʒß.

Syrupus { Id. Emet. ʒj.
Emet. Ludov. ʒvj. }

Infus. { fl. ♁.
croc. metall.
Epat. ♁.
vitr. ♁.
☿ vit. } ℥j. l. ℥iß.

§. 8. Emetica *ex regno vegetabili* hac propinantur dosi

Asari rad. in sub. ad ʒß.
fol. - no. v. l. vj.
Extract. - - ℈j.
fol. Gratiol. in subst. ℈ij.
illorum succus inspissatus ℈j. ʒß.
Syr. nicot. ʒij. l. ℥ß.

§. 9. *Purgantium* dosis summa est sequens

☿ dulcis ℈ß. ℈j. ʒß.

Rad. { Bryon. ʒj.
Helleb. nigr. ʒß.
Jalap. aa. ʒß.
Mechoac.

Rad.

Rad. { Agaricus aa. ʒij.
Polypod. ℥ß. l. ij.
Rhabarb. ʒj.

Aloe in ſubſt. ʒj.
roſata.
violata. aa. ʒß.

Gummi gutt. ℈ß.

Manna { pueris ʒj. l. ʒij.
gravidis ℥ß.
robuſtioribus ℥iv.

Reſina Jalap. gr. xII. xv.
ſcammon. gr. xIV. xv.
🜍atum.
roſatum.
Cydoniatum aa. ℈ß.

Extract. { Aloes ad gr. xv.
cathol. Senner.
Cholagog. Querc. aa. ʒß.
Eſulæ gr. xv. ℈j.
fol. ſenn. ℈j. ʒß.
Helleb. n. gr. xv.
Melanagog.
Panchymagog. aa. ʒß.
Rhabarbari gr. xv. ℈j.
Trochiſc. Alhand. gr. iij.

Agaricus trochiſcatus ʒj. ij.
Trochiſci Alhandali gr. vj.

§. 10. *Opiatorum* ſeu anodynorum doſis eſt ſequens
Opii cydoniati l. ferm. gr. j.
laudan. op. gr. ij.
hyſter. iij.

 Mithri-

Mithridat.
Theriac. Androm. aa. ℥j.
cœleſtis gr. iiij.
Croc. in ſubſt. ℈j.
Extract. gr. v.
℞. gtt. xxx.
℞. opii cum 8plo 🜄 gtt. x.

§. 11. In reliquorum medicamentorum doſi determinanda, quia illorum numerus tantus eſt, ut totum volumen ſit conſcribendum, memoriæ juvandæ cauſa cuncta ſequentibus duabus tabulis comprehendemus: quarum *prima medicamenta ſolida* ſ. friabilia, & pulveres, *altera liquida* continebit.

§. 12. Doſis ſumma erit

℥j. pulverum ex crudis { lapidoſis, terreis, metallicis, 🜍eis, Oſſeis, mollioribus animalium partibus.

℈ij. vegetabilium magis ſapidorum { amarorum, leniter adſtringentium, acrium, ſalſorum.

℥ß. acriorum { crudorum aromaticorum; præparatorum, ⊖ium fixorum, Mineralium ♎torum calcinatorum; vegetabilium.

℈ß. acerrimorum { crudorum aromaticorum; præparatorum ⊖ium volatilium; ⊕ ♂tis, Ois, ſuccini.

§. 13. Li-

§. 13. Liquida hoc incedunt ordine

Aquea pro vehiculo inserviunt

ℨj. est dosis summa	Spirituum ardentium Tincturarum & Essentiarum minus acrium liquorum ⊖sorum alcalicorum.
ℨß. acriorum	Spirituum essentificatorum Tincturarum & Essentiarum acrium utpote ♀, Castorei &c.
gtt. v. x.	Spirituum acidorum mineralium °°° ♌ aromaticorum suaviorum.

§. 14. Quæ *mediam consistentiam* habent disponuntur sequentem in modum.

Balf. peruv. ad gtt. v. vj.
Extract. acr. ℈ß.
suaviora ℈j.

Extracta enim sequuntur condicionem suorum concretorum, e quibus parantur, non aliter ac Syrupi, & conservæ: quorumtamen dosin utpote diffusiorem in se formulæ determinant, ad quas recipiuntur.

§. 15. Porro in determinanda dosi medicamentorum medicus semper respectum habeat ad ætates hac ratione.

Dosis summa præscribitur viris, s. adultis annum XXIV. jam agentibus e. g. ℨj.

Hujus duæ tertiæ sufficiunt juveni ab anno XVI. ad XXIV. e. g. ℈ij.

Pars dimidia sufficit adolescenti ab anno VIII. ad XVI. e. g. ℨß.

Pars tertia sufficit puero ab anno IV. ad VIII. e. g. ℈j.
Pars VIta sufficit infanti trium annorum e. g. gr. xv.
Pars VIII. sufficit infanti II. annorum e. g. gr. vij.
Pars XII. sufficit infanti unius anni. e. g. gr. v.

§. 16. Sciendum autem eſt quod hic *intelligatur hominum ætas, qualis ut plurimum eſſe ſolet.* Ubi autem pueri, adoleſcentes, juvenesve ſolito vel robuſtiores, vel debiliores occurrunt *virium quoque habenda eſt ratio.* Nam & *adulti, ſenesque ſi fuerint infirmiores,* non niſi *juvenilem doſin impetrare poſſunt.*

CAPUT II.

De

Secundariis, ſeu externis *in omni formula obſervandis requiſitis.*

§. 1. Requiſita ſecundaria in omni formula obſervanda ſunt novem. 1. *Inſcriptio. II. mandatum ad pharmacopœum. III. præſcribendorum abbreviatura. IV. convenientis cujusvis rei ponderis determinatio. V. præparandi methodi deſcriptio. VI. tituli appoſitio. VII. doſeos determinatio. VIII. temporis uſurpandi determinatio. IX. Vehiculi explicatio.*

§. 2. Quod attinet primum requiſitum omnis formula loco inſcriptionis pio voto eſt incipienda: illudque brevitatis cauſa 2. vel 3. litteris exprimendum v. g. J. J. quod ſignificat *Jeſu Juva.* vel J. D. *Juva Deus*, vel J. N. J. *In Nomine Jeſu.* vel etiam Græcis litteris *α. ω.* quo idem exprimitur, ac ſi dicatnr *deus ſit nobis principium, & finis.*

§. 3. Alterum requiſitum eſt mandatum ad pharmacopœum, quod exprimitur per abbreviaturam vocabuli recipe: quod duobus modis contingit vel enim *prima* hujus vocabuli *littera r in majori forma adjuncto abbreviationis ſigno* ℞. vel etiam in fronte *tres priores litteræ* in omni formula quaſi præponuntur, quibus *pharmacopœus ſui admonetur officii.*

§. 4.

§. 4. Tertium requiſitum eſt præſcribendorum abbreviatura. Abbreviantur autem ingredientium nomina dum vel ſyllabæ priores, vel etiam certi ſaltem characteres apponuntur, ut hac ratione præcaveatur artis medicæ tranſitus ad Empiricos, nec ægri præſertim eruditi ſtatim intelligant quid ipſis ſit præſcriptum. Abbreviantur etiam pondera vel eandem ob rationem, vel brevitatis cauſa. Singulorum characteres videri poſſunt in *Schrœderi theſauro pharmaceutico*, vel in aliis rerum pharmaceuticarum ſcriptoribus. Circa has abbreviaturas illud adhuc monendum *ut rite exprimantur, nec male pingantur characteres*, ne occaſio aberrandi præbeatur.

§. 5. Quartum requiſitum eſt cuivis ingredienti conveniens addere pondus ſive modum ponderis. Sciendum itaque eſt corpora ſicca ad lancem vocari, libris, unciis, drachinis, ſcrupulis, granis, exceptis herbis, quæ ad manipulos, floribus, qui ad pugillos, fructibus majoribus qui ſecundum numeros præſcribuntur. Liquida iisdem ponderibus minirum ℔, ℥, ʒ, præſcribuntur: quæ vero *infra* ʒß. *recipiuntur*, *præſcribuntur guttatim*: ſupra ℔ communiter ſolent præſcribi *ſecundum menſuras* v. g. ▽ vel vini *menſ.* j. vel *menſ.* ß.

§. 6. Quintum requiſitum eſt præparandi methodi deſcriptio. V. g. ſi ♀ præſcribendus parandi methodus exprimitur his verbis, *M. f. pulv. div. in doſes, vel detur in ſcatula.* Si præſcribendæ ſpecies ad vinum medicatum in fine formulæ adjiciuntur verba *inciſa, & contuſa includantur ſacculo, vel nodulo.* Si pilulæ præſcribuntur, quarum baſis ſunt extracta apponuntur verba f. l. a. *pilulæ.* Item, in emulſionibus f. l. a. *emulſio.* Verbis enim l. a. admonetur pharmacopœus methodo conſueta procedendum eſſe. In cataplaſmate ſæpius hæc adjiciuntur verba: *inciſa & contuſa coquantur ad conſiſtentiam pultis, trajiciantur per ſetacium.*

§. 7. Sextum requiſitum eſt ſignatura, ſeu tituli appoſitio. Circa hoc requiſitum monendum eſt *titulis nimis ſpecioſis non facile ſuperbiendum eſſe*, v. g. köſtliches Hertz-Pulver, Perlen Milch, köſtliche Stärck-Mixtur, & ſimilibus. Si enim effectus ſignatura promiſſus non ſubſequitur, ingenti ludibrio ſe exponit medicus. Media itaque via ſemper incedendum eſt, & titulus deſumendus vel *a parte affecta*, cujus gratia medicamentum applicatur, vel *a morbo*, contra quem adhibetur. Vel *ab ipſo remedio*, vel denique *ab operandi modo*, ita ut dicatur Mutter-Eſſentz, Magen-Spiritus. Fieber-Pulver, eröffnende Mixtur, & ſic porro. Hac enim ratione medicus famæ ſuæ optime poterit conſulere.

§. 8. Septimum requiſitum verſatur circa doſin præſcripti medicamenti, ſeu formulæ præſcriptæ, quæ ſemper *determinanda eſt, ita ut ſaltim poſt medicamenti ſignaturam ſcribatur doſis.* V. g. Mutter-Eſſentz zu 30. Tropffen. Abſorbirend-Pulver zu zwey Meſſerſpitzen. Fieber-Pulver auf dreymal. Laxirende Pillen xv. auf einmal.

§. 9. Quoad octavum requiſitum tempus quo medicamentum aſſumendum ſemper erit indicandum, idque *ponitur poſt determinatam doſin*, & contingit ſequenti modo v. g. Morgens und Abends, oder alle Morgen, oder alle Abend, täglich dreymal, oder alle 3. bis 4. Stunden.

§. 10. Ultimum requiſitum eſt vehiculi explicatio. Non autem ſemper requiritur ut ex pharmacopolio vehiculum tranſmittatur; ſed poteſt utplurimum ſubſtitui potus ordinarius, vinum, cerevisia, aqua. Item, juſculum calidum præſertim in nauſeabundis & delicatulis. Hinc *poſt temporis determinationem* addendum, in Bier, warmer Brühe, oder Thée zu nehmen.

CAPUT

CAPUT III.

De Primariis, in omni formula observandis requisitis.

§. 1. Requisita primaria in omni formula observanda subsequentibus includuntur regulis.

Reg. I. Gratiora ægrotantium palato arridentia, ubi sufficiunt, ibi semper eligenda sunt præ ingratis ac nauseosis.

Reg. II. Inodora ac suaveolentia quantum possibile graveolentibus ac fœtidis semper præferenda sunt. Perpetua enim sit regula: Recte olere medicamenta, si nihil oleant.

Reg. III. Color turpis & ingratus, si fieri potest, fugiendus, vel arte jucundior producendus.

Reg. IV. Quantitas nec major sit nec minor. Prius enim si peccat, facile nauseam conciliat.

Reg. V. Numerus nec excessu nec defectu peccet.

Reg. VI. Proportio ingredientium stricte est servanda, ita, ut ex singulis invicem mixtis integra emergat dosis.

Reg. VII. Generosa eligenda sunt præ languidis.

Reg. VIII. Consistentia ingredientium non sit alia, quam prout eam formula requirit.

Reg. IX. Ne sint omnia confusa, ordo servetur justus.

§. 2. Quæ porro in cujuscunque formulæ fabrica speciatim observanda erunt, traduntur in parte subsequenti speciali: ubi secundum ordinem cunctarum formularum regulas ac requisita breviter strictimque examinabimus.

PARTIS II.

Specialis.

CAPUT I.

De
Regulis Specialibus in præscribendis pulveribus observandis.

Reg. I.

INsipida misceri cum omnibus possunt: ⊖ia fixa vero & ⊖sa cum aromaticis & acrioribus, aut amaris minus convenienter.

Reg. II. Salia volatilia pulveribus præsertim aliquoties assumendis admiscenda non sunt. Nam & sapore, atque odore sunt ingrata, & si aliquamdiu asserventur exhalant.

Reg. III. Pulveris quantitas pro adulto non excedat ʒß. vel ad summum ℈ij. ʒj. non detur nisi ægris consentientibus præsertim si minus grata fuerint ingredientia.

Reg. IV. Vomitorii & purgantes pulveres non nisi pro una vice, alterantes communiter in duplo vel triplo, aromatici tamen, & præcipitantes ad ʒj. vel ij. præscribi possunt præcipue quando illorum usus aliquamdiu continuandus.

Reg. V. Recipiuntur autem ingredientia nunc duo, nunc tria vel ad summum quatuor nisi forte pulvis pro pluribus dosibus præscribatur.

Reg. VI. Quorum dosis est major iis addantur fortiora & quidem ita ut quantum decedit priori accedat ex altero e. g.

Si duo fuerint ingredientia.

℞. A. $\frac{1}{2}$. vel ℞. A. $\frac{1}{3}$. vel ℞. A. $\frac{1}{4}$.
B. $\frac{1}{2}$. B. $\frac{2}{3}$. B. $\frac{3}{4}$.

Si tria

Si tria

	℞. A. $\frac{1}{3}$.	vel	℞. A. $\frac{1}{3}$.	vel	℞. A. $\frac{1}{4}$.				
	B. $\frac{1}{3}$.		B. $\frac{1}{6}$.		B. $\frac{1}{4}$.				
	C. $\frac{1}{3}$.		C. $\frac{1}{2}$.		C. $\frac{1}{2}$.				
vel	℞. A. $\frac{1}{4}$.	vel	℞. A. $\frac{1}{2}$.	vel	℞. A. $\frac{1}{2}$.	vel	$\frac{1}{6}$.		
	B. $\frac{1}{2}$.		B. $\frac{1}{4}$.		B. $\frac{1}{6}$.		$\frac{1}{3}$.		
	C. $\frac{1}{4}$.		C. $\frac{1}{4}$.		C. $\frac{1}{3}$.		$\frac{1}{2}$.		

Si quatuor vel quinquè eadem procedatur methodo.

Reg. VII. Præſcribuntur pulveres e terreis, lapidoſis, metallicis, Sulphureis, Salinis & in genere ex omnibus, quæ pulveriſari poſſunt. Secundario illis adjiciuntur vel ⁰₀ a deſtillata ad gutt. j. vel ij. vel extracti cujusdam opiati gr. j.

Reg. VIII. *Major doſis præcedat minorem* niſi forte ſacharum addatur in gratiam ſaporis, aut iis, quæ ob exiguam doſin ſolitarie aſſumi vix commode poſſunt.

Reg. IX. In pulveribus præſcribendis exactiſſima requiritur cognitio gravitatis ſpecificæ ſingulorum ingredientium juxta quam pulveres non incommode in ſex claſſes dividi poſſunt, ita ut alii dicantur *leves*, alii *leviores*, alii *leviſſimi*, alii *graves*, alii *graviores*, alii *graviſſimi*. Omnium leviſſima ſunt vegetabilia præſertim ea, quæ non ſunt reſinoſa. v. g. 🜍 *lycopodii*, *cortex chinæ*, *pulvis cardui benedicti*, *radix Pæoniæ*, *mechoacannæ*; quæ vero magis *reſinoſa* ſunt graviora deprehenduntur. Ex animali regno *molliores pulveres* itidem ſunt leviſſimi; *duriora* vero v. g. oſſa, cornua, magis ſunt ponderoſa qualia ſunt *Lap. 69. CC. Ebur. &c.* Ex regno minerali leviſſimi ſunt *flores* 🜍*is*, *& ſuccinum*, tum ſequitur bolus alba, 🜨 *ſigillata & ſimilia*, his ſuccedunt *alabaſtrum*. Duriora lapidoſa magis ſunt ponderoſa v. g. *cryſtallus montana*, *corallia*, *&c.* ejusdem ponderis ſunt ⊖*ina* ⊖*ſa* & ex vegetabilibus *alcalia*, item ex mineralibus præparata v. g. ♁ *diaph. Antihect. Poteri, &c.* denique omnium graviſſima ſunt *lim.* ♂, *cinab.* ♁*ij*, ☿ *dulcis.*

EXEMPLA.

Pulvis abſorbens.

Rec. *Corall. præparat.*
matr. perl. aa. ℥ß.
m. f. p. d.

S. Abſorbirend Pulver, morgens auf einmal in Thee einzunehmen.

item:

Rec. *CC. uſt.* ℈ij.
🜃*æ ſigil.* ℈j.

vel

Rec. *marg. præparat.* ℥ß.
🜃*æ lemn.*
dent. apr. aa. gr. xv.
⊖*is* ♀*i* ℈ij.
lim. ♂.
Lap. 69. aa. ℥ß.

M. pro tribus doſibus.

vel

Rec. ♁*ij diaph.* ℥ß.
CC. phil.
dent. hyppop. aa. ℈j.
♁*is* ℈ß.

M. pro duabus doſibus.

Pulv. purg.

Rec. *Rhab. pulv.*
Scamm. præparat.
Aloes præparat. aa. ℈ß.
🝆 *fœnic.* gut. I.

vel

Rec. *Fol. ſenn.* ℈j.
reſ. Jalap.
Gum. g. aa. gr. v.

vel

Rec. *rad. Jalap.*
☿*ij dulc.* aa. ℈ß.
Gum. gut. gr. v.

vel

Rec. *Rhab.* ℈j.
Scamm. gr. v.
♀ *emet.* gr. I.

vel purgans polychreſtus.

Rec. *rad. rhab.* ℥ij.
Jalap.
Helleb. nig. aa. ℥j.
reſ. Scamm. ℈ij.
Gum. g. ℈j.

M. pro decem doſibus.

In ſuppreſſione urinæ.

Rec. *dent. Hyppop.* ℈j.
Cinab. nat. præparat.
Succin. aa. gr. v.
Ther. cœl. gr. I.

Diureticus.

Rec. *teſt. ov. calc.*
♄*is licop.* aa. ℈ß.
⊖*is fixi Junip.* ℈j.

CAPUT

CAPUT II.

De Regulis Specialibus in præscribendis pilulis observandis.

Reg. I. Scopus, atque finis præscribendi pilulas potissimum est evacuatorius, & quidem per alvum: nihil autem refert quo minus pro lubitu alterantia varii generis adjiciantur.

Reg. II. Potiora ingredientia sunt resinosa, his succedunt extracta inspissata, quibus tandem admisceri possunt pulveres in minori dosi efficaces.

Reg. III. Ex resinis commode parari possunt pilulæ, modo aliquot guttæ essentiæ cujusdam, tincturæ aut olei aspergantur.

Reg. IV. Ex extractis solis præsertim mollioribus pilulæ parari non possunt, nisi ulterius inspissentur, vel resinosa cum pulveribus admisceantur.

Reg. V. Pulveres minus resinosi pilulis conficiendis minus sunt idonei nisi combinentur cum extractis atque resinis.

Reg. VI. Pilulæ pro una dosi præscribuntur a ℈ß. ad gr. xv. vel ad summum ad ℈j.

Reg. VII. E quovis massæ pilularum grano pro lubitu parari possunt pilulæ duæ vel tres. Si vero una pilula pro dosi exhibenda illius dosis non excedat gr. vi. vel ℈ß.

Reg. VIII. Si sapor, odor, colorve admodum ingratus sit non male occultatur inaurando pilulas vel conspergendo pulvere lycopodii vel Glyzirrhizæ.

EXEMPLA.

Pil. purgantes.

Rec. *mas. pil.* ♀*ear. Schrœderi* gr. xv.
Extract. troch. Alhand. gr. ij.

vel

Rec. *mas. pil. de succin. Crat.* ℈ß.
Gum. g. gr. v.
♀ *emet.* gr. i.
Essentiæ absinth. q. s.

vel

vel

Rec. *Extract. cath. Senn.*
Rhab. aa. gr. iij.
☿ij *dulc.*
Gum. gut. aa. gr. ij.
♀ *emet.* gr. j.

vel

Rec. *Ref. Scamm.*
Jalap. aa. gr. IV.
☿ij *dulc.* gr. ij.
Extr. Aloes. gr. VI.

vel

Rec. *Extr. Rhab.* ℈j.
Aloe rof. ʒß.
Gum. g. ℈ß.
♀ *emet.* gr. iij.
M. f. pil. pro IV. dof. gr. XV.
pro dofi.

vel

Rec. *Extr. panch. Croll.*
☿ij *dulc.* aa. ʒß.
Gum. g. ℈ß.
Extr. troch. Alb. gr. v.
M. gr. XVI. pro dofi.

vel

Rec. *Extract. cent. min.*
Aloes. hep.
Gum. g. aa. ℈j.
♀ *emet.* gr. IV.

vel

Rec. *Aloes. rof.*
Extr. Rhab. aa. ℈ß.
Diagr. gr. v.
Cin. nat. gr. VI.
Extr. troch. Alband. gr. I.

CAPUT III.

De
Regulis Specialibus in praescribendis trochifcis obfervandis.

Reg. I. Cum trochifci in ore detinendi fint cavendum eft omnibus modis ne ingrata compofitionem ingrediantur.

Reg. II. Fiunt ergo trochifci e pulveribus vel infipidis vel gratioribus & quidem cum tragacantha in aqua conveniente foluta. Si vero ingredientia fuerint admodum gummofa poterit loco tragacanthi recipi mel aut Syrupus quidam, vel etiam extractum fuccusve infpiffatus.

Reg. III.

Reg. III. Nimirum conficienda est massa quædam per modum massæ pilularum ad ℥j. vel ij. ex qua parvi formentur pastilli signandi charactere stellarum.

Reg. IV. Pondus trochisci sint gr. v. vel vi. ad summum ℈ß, minores etiam fieri possunt ad gr. i. vel ij. etiamsi fuerint ambrati.

EXEMPLA.

Rec. *Rad. liquir.*
Sem. Anisi aa. ʒij.
Gum. arab.
Storac.
🜃 *lemn.* aa. ʒj.

M. f. l. a. cum muc. tragacanthi trochisci bechici.

vel

Rec. *Bol. alb.*
sem. fœnic. aa. ʒij.
Mastich.
Benz. aa. ʒiß.
rad. ireos. flor. ʒj.

vel

Rec. *Olib.*
lign. Aloes. aa. ℥ß.
mac.
cinam. aa. ʒj.
Caryoph.
Cubeb. aa. ʒß.
Ambr. ℈ß.

M. f. cum trag. in 🜄 magnanim. soluta s. a. trochisci.

vel

Rec. *Rad. Angel.*
petas.
Scorz. aa. ʒij.
flav. cort. citri. ʒiß.

Trag. in 🜄 naphæ solutæ q. s.

vel antiscorbut.

Rec. 🜃 *lemn.*
catech. aa. ℥ß.
res. lacc. ʒij.
sang. Drac. ʒß.
Ois *usti.* ℈ß.
mosch.
Zibeth. aa. gr. vi.

CA-

CAPUT IV.

De

Regulis Specialibus in præscribendis rotulis notandis.

Reg. I. Rotulæ fiunt e ſuccis utplurimum ſacharo inſpiſſatis.

Reg. II. Loco ſuccorum recipi quoque poteſt ▽ deſtillata vel decoctum cui pulveres in minori doſi aſpergere licet.

Reg. III. Requiritur autem triplum vel quadruplum ſachari reſpectu liquidorum.

Reg. IV. Pondus rotularum ſingularum communiter ad ℈j vel ʒß adſcendit: atque ideo infra ℔ß vix parantur.

CAPUT V.

De

Regulis Specialibus in præscribendis morſulis notandis.

Reg. I. Morſuli recipiunt præter pulveres etiam condituras atque conſervas florum inprimis, item fructus recentes pinearum piſtacearum.

Reg. II. Hiſce ingredientibus additur ſachari quadruplum.

Reg. III. Spiritus ardentes atque °°a deſtillata, ut & ambra jamjam paratis adjiciuntur, quemadmodum & flores varii minutim conciſi.

Reg. IV. Infra ℔j. vix commode parari poſſunt morſuli.

EXEMPLA.

Rec. ***Condit. nuc. moſch.***
Zingib. aa ℥ij.
♀ *cinam.* ℥j.
caryoph. ℥ß.
M. f. cum Sach. ℔ß in ▽ fl. naph. ſol. ſ. a. morſuli.

vel

Rec. *Sach. ambr.* ℔iß.
amygd. dulc. ℥iij.
flav. cort. citr.
Aurant. rec. aa. ℥iß.
♀ *cinam.* ℥ß.

Rec.

Rec. *conf. flor. anth.* ℥ij
Cond. nuc. Indic.
conf. Alkerm. aa. ℥j.
cinam. ʒß
Cardam.
Cubeb. aa. ʒij.
Sach. ℔ I ß *in f. q.* ▽ *fl. lil.*
conv. soluti f. f. a. morsuli.

Confort.

Rec. *Pinearum*
pistac. aa. ℥jß.
flav. cort. itr. rec ℥j.
cond. Berb. ℥ß.
succi citr. q. f.
sach. ℔. j.

CAPUT VI.

De Regulis Specialibus in præscribendis bolis observandis.

Reg. I. Boli pondus non superet ʒjß vel ad summum ʒij.

Reg. II. Boli communiter fiunt e pulveribus vegetabilium tanquam minus arenosis cum conserva quadam vel etiam rob

Reg. III. ⊖ia fixa & volatilia obmetuendam fermentationem non admiscentur commode.

Reg. IV. Conservæ ʒj excipit pulveris ʒß vel ℈ij. rob vero ʒß pulveris ℈ij.

Reg. V. Si conserva minus sit succulenta superadditur tantillum de sirupo conveniente si vero nimis fuerit succulenta massæ solet admisceri sacharum quantum sufficit ad consistentiam.

EXEMPLA.

Bol. emet.

Rec. *Conf. fl. persic.* ʒj.
♀ *rad. Asar.* ℈j.
☿ *emet gr.* ij. *m. f. bolus.*
S. Brech-Zucker auf einmal.

Purgans.

Rec. *conf. fum.* ʒj.
rad. Ialap. ℈j.
Resin. scammon. gr. vij.

Sudorif,

Rec. *Rob. famb.* ℥ß.
dent. apr. pp.
♄ *diaph.* aa. ℈j.
opij cidon. gr. j.

Antifebr.

Rec. *Rob. famb.* ℥ß.
card. ben. pulv. ℈ij.
camph. gr. iij.

Hyster.

Rec. *Rob. famb.* ℥ß.
cin ♄ ℈j.
dent. Hyp. ℈ß.
°° *fuccin. gtt.* iij.

Diuret.

Rec. *Rob. Iunip.* ℥ß
teft. ov. calcin.
♁ *lycop* aa. ℈j.

Expect.

Rec. *Conf. Hyfop.* ℥j.
rad. glyzir.
Benzoes
Storac aa. ℈ß.
Balf. ♁*anif. gut.* iiij.

CAPUT VII.

De Regulis Specialibus in præfcribendis electuariis obfervandis.

Reg. I. Ingredientia ordinaria funt pulveres, conditura atque conferva.

Reg. II. Confervæ ℥j. excipit conditurarum ℥ß. pulverum ʒj fi arenofi fuerint, firupi parum q. f. ad humectandum.

Reg. III. Si pulveres fuerint molliores poffunt exiis electuaria parari faltem æquale pondus firupi cujusdam aut mellis vel rob adjiciendo.

Reg. IV. Tota compofitio electuarij non fit minor ℥ij. nec adeo excedat ℥iiij vel VI.

Reg V. Pro dofi plerumque fumitur ad magnitudinem caftaneæ quæ fere ʒij. continet.

Exem-

EXEMPLA.

Antipht.

Rec. *Conserv. rof. rubr.* ℥ij.
sem. pap. alb. ℥ß.
🜄 *lemn.*
lim. ♂ aa. ʒij.
rad. conf. mai. ʒj.
Antihect. Pot ʒß *m. f.*
cum diacodio mont. l. a.
Electuarium.

Analept.

Rec. *conf. fl. anthos*
majoran. aa. ℥jß.
condit. fl. citr.
nuc mosch.
zingib. aa. ℥ß.
Confect. Alkerm. ʒij.
Cinam.
cardam.
caryoph. aa. ʒj.
f. cum sir. stech. Arab.
l. a. electuarium.

Purgans.

Rec. *Conf. fumar.* ℥ij.
Rhab. pulv.
☿ij. *dulc.* aa. ʒij.
rad. Helleb. n.
ref. lign. Guaj. aa. ʒj.
f. cum sir. rof. sol.
l. a. electuarium.

Antifebr.

Rec. *Conf. viol.* ℥j.
chin. chin. p. ℥ß.
Helleb. n. ʒij.
f. cum sir. fol. senn. elect.

CAPUT VIII.

De Regulis Specialibus in præscribendis potionibus observandis.

Reg. I. Ingredientia sunt aquæ destillatæ cum succis, spiritibus, essentiis, extractis, oleis destillatis, ⊖ibus, atque pulveribus.

Reg. II. Ad quamvis ℥ aquæ recipimus.

🜄🜉 tuosæ ʒij. *ad* ℥ß.
succorum ʒij.
🜉 ardentis ʒj.
urinosi ℥ß
acidi nimis gut. v.

Esse-

Essea vel træ svavioris ʒj.
acrioris ʒß
Olei destillati gut iij. *ad* iiij.
⊖*is volatilis* ʒß
fixi ℈ß
pulv. ℈j.
syrupi ʒj. *& minus adhuc si non fuerint ingrata.*

Reg. III. Ingredientia jam nominata non semper requiruntur in quavis potione cum plura abesse possint absque formulæ noxa pro lubitu præscribentis.

Reg. IV. Potio pro una dosi requirit aquæ ℥j. pro pluribus sufficiunt iiij. vel vi.

Reg. V. Si cochleatim saltem sumenda sit potio necessum est ut ingredientium dosis respectu ▽æ duplicetur artificiose, alioquin tot requiruntur doses quot aquarum ℥.

EXEMPLA.

Emet.

Rec. *Aqu. fl. persic.* ℥j.
Sir. rubi Id. Emet. ℥ß.

Purgans.

Rec. *Aqu. fum.* ℥j.
Extr. rhab. ℈j.
Sir. viol. ʒj.

Diaph.

Rec. *Aqu. fl. calend.*
samb. aa. ℥jß.
♁ij. *diaph.*
dent. apr. aa ʒß.
⊖ *vol. cc.* ℈ß,
op. cydon. gr. ij.
Syr. card. bend. q. s.

Expellens.

Rec. *Aqu. card. ben.*
fl. samb. aa ℥jß.
Unicor ver.
dent. Hyp.
cin. ♁ aa. ℈ß.
sir. pap. errat ℥ß.
Træ ros. ʒij.

Diur.

Rec. *Aqu. petros.*
frag. aa. ℥jß.
test. ov. calc.
Lap. 69.
succin. aa. ℈j.
♎ ⊖ ✱ ℈ß.
sir. di alth. Fern. ʒiij.

Car-

Carmin.		Analept.	
Rec.	*Aqu. fœnic.*	*Rec.*	*Aqu. fl. til.* ℥ij.
	Aurant. aa. ℥jß.		*Naph.*
	♁ *diaph.*		*ros.* aa. ℥ß.
	dent. Hypop. aa. ℈j.		♎ *ceras.* ℥ß.
	Extr. rad. Ang. ℈ß.		*Essea cinam.* ʒj.
	⊖ *vololeos. Sylv.* ʒß.		*conf. alk.* ℥ß.
	sir. cort. citr. ℥ß.		*sir. cort. citr.* ℥ij.

CAPUT IX.

De
Regulis Specialibus in præscribendis emulsionibus notandis.

Reg. I. Emulsiones fiunt e seminibus lactescentibus contundendo illa cum ▽ & exprimendo.

Reg. II. Quævis seminum ʒ requirit ▽ ℥j. sachari parum.

Reg. III. Interdum pulveres adjiciciuntur ad ℥j. emulsionis pulveris ℈j. Si vero ultra ℥iij. emulsio præscribitur pulverum dosis magis refringitur, & integræ emulsioni non facile plusquam ʒj. pulveris adjicitur.

Reg. IV. Paratur emulsio vix infra ℥iij. & supra ℥ vi. amygdalina excepta, quæ cum majore in quantitate hauriatur ad ℔ j. vel ij. confici solet.

Reg. V. Cavendum autem sedulo, ne quicquam recipiatur quod vel colori lacteo adversum sit, vel emulsionem præcipitet.

Reg. VI. Similiter & quæ ingrata sapore vel odore sunt emulsionem proprie non ingrediuntur, atque adeo analogum saltem emulsionis est quando pro scopo purgandi ex resina scammonij vel Ialappæ, pro scopo aperiendi, & expellendi &c. ex gummi ammoniaco, terebinthina myrtha, similibusque liquor paratur.

EXEMPLA.

Refriger.

Rec. sem. IV. *frigid. maj. decort.* aa. ʒj.
pap. alb. ℥ß.
Aq. portul.
fl. nimph. aa. ℥iij.
Iul. ros. ℥ß.
m. f. l. a. emulsio. d. s.
Kühlende Milch offters zunehmen.

Amygd. refrig.

Rec. Amygd. d. decort. ℥iß.
sem. IV. *frig. maj. decort.* aa. ʒij.
pin ear. ℥ß.
m. f. cum ▽ *font. l. a. emulsio.*
adde Aqu. ros.
Iulep. viol. aa. ℥j.
d. s. Kühlende Mandel-Milch auff etlich mahl.

Expell.

Rec. sem. paeon. decort.
pap. alb. aa. ʒiß.
Aquil. ʒj.
♁ *diaph.*
dent. Hypop. aa. ʒß.
▽ *flor. samb.* ℥iij.
M. f. cum s. q. sachari emulsio.

Purgans.

Rec. Res. Ialap. ℈j.
Aqu. fum. ℥j.
m. f. cum vitell. ovi & sach par. l. a. emuls.

CAPUT X.

De Regulis Specialibus in praescribendis Julepis observandis.

Reg. I. Cum Iulepus ordinarie pro scopo sitim æstumque extinguendi, viresque recreandi præscribatur in febribus ardentibus, atque malignis itaque ingredientia omnia gratissima esse debent ut fere vinum referant rebellum.

Reg. II. Ingredientia sunt vel aquæ simplex fontana, vel destillatæ refrigerantes & analepticæ, succi fructuum præprimis acidulorum, sirupi, tincturæ cordiales, ac spiritus acidi minerales.

Reg.

Reg. III. Proportio ingredientium, eſt talis ad ℔j aquarum recipimus ſucci ℥iß vel ij tincturæ ℥ß præſertim ſi color julepi minus ſit rubicundus ſpiritus acidi quantum lubet pro grato ſapore.

Reg. IV. Iulepus nunquam parandus eſt infra ℥iiij. vel ſupra ℔ ij. Præſcribitur autem plerumque in copia ut loco potus ordinarij ſumi queat.

EXEMPLA.

Refrig.

Rec. *ſucci ſemp. viv.* ℥iij
ſir. berb. ℥ij.
træ roſ. ʒj.
▽ *ſont.* ℔jß.
♫ ⊕ *phil. q. ſ. adgratum ſaporem.*

vel

Rec. *Aqu. font.* ℔j.
ſucc. citr. ℥j.
ſir. viol. ℥jß.
træ. bellid. ℥ß.
M. f. Iulepus.

Analept.

Rec. *Aqu. rub. Id.*
card. ben. aa. ℔ß.
Cidon. ℥iij.
roſ. ℥j.
Succ. citr.
ſir. fl. tun. aa. ℥ij.
træ pap. errat. ℥ß.
♫ ⊕ *phil. q. ſ.*

vel

Rec. *Aqu. Card. ben.*
flor. Acac. aa. ℥ iij.
ſir. papav. errat. ℥ß.
træ Aquil.
ſucc. citr. aa. ʒij.

CAPUT XI.

De Regulis Specialibus in præſcribendis infuſis notandis.

Reg. I. Infuſa ſunt decoctorum vicaria. Quæ enim ob volatilitatem decoctionem non facile ſuſtinent illorum vis medicamentoſa extrahitur per infuſionem beneficio ſpirituoſi menſtrui aut ſeri lactis.

Reg.

Reg. II. Ingredientia sunt plerumque vegetabilia maxime sapida.

Reg. III. His incisis contusisve affunditur vini sextuplum aut octuplum.

Reg. IV. Herbæ folia, (exceptis foliis sennæ unciatim præscribendis,) & flores majores ut & qui copiosius haberi possunt præscribuntur adm. j. vel m. ij. flores aromatici & rariores ad p. j. vel ij. ligna, cortices, radices, atque fructus ad ℥j vel ij. semina acriora & aromatica vel ⊖ ia ad ʒj. vel ij.

Reg. V. Infusum alterans præscribi potest ad mens. j. purgans vix ad mens. ß. s. ℔ ij.

Reg. VI. *Pro* una dosi sumuntur communiter ℥ij. vel iij.

Reg. VII. Quæ vero infusa vomitoria ex ♁ialibus fiunt quorum usum continuare aliquandiu non licet parantur saltem pro una dosi ad ℥j.

Reg. VIII. Dosis quadruplicata in infuso est unica.

formulæ Infus.

Purgans in Hydrop.

Rec. *Rad. jalap:* ℥ß.
Helleb. n. ʒij.
fol. Gratiol. m. j.
Herb. cent. min.
fumar aa. m. ij.
⊖ ♀ ℈j.
Incis. & cont. incl. nod. d.
S. *species* zu einer maas Wein.

Cephal. lax.

Rec. *Herb. major. m.* ij.
summit. lav.
rorism. aa. m. j.
Cinamom.
Cardamom. aa. ʒij.
fol. Senn.
passul. min. aa. ℥ij.
inc & cont. d.
S. *species* zu einer halb mas Wein

Antif.

Rec. *lign. colubr.*
cort. peruv. aa. ℥j.
Herb. cent. min.
Absinth aa. m ij.
rad. rhab.
Hellebor. aa. ℥ß.
⊖ ♀ ʒij.
incis. & cont. d.
S. *species* zu einer halb mas Wein

Oph.

Ophtal.

Rec. *Rad. valer.* ℥j.
sem. fœnic.
rut. aa. ʒß.
fol. senn.
rad. rhab. aa. ℥ß.
⊖ ♀ ʒj.
S. *Species*, zu einer halb maas Wein.

vel

Rec. *flor. Acac.*
persic.
bellid. aa. m. iij.
Herb. veron.
beton. aa. *m.* ij.
rad. filic.
pimpin.
fol. sen. aa. ℥ß. &c.

Antiscorb.

Rec. *Herb. cochl.*
nast. aqu. aa. *m.* ij.
rad. armurat. ℥ij.
flor. bellid.
aquileg. aa. m. j.
S. *Species* zu einer maas Wein.

CAPUT XII.

De Regulis Specialibus in præscribendis decoctis observandis.

Reg I. Ingredientia pro decocto non sint nimis volatilia nec nimis fixa.

Reg. II. Possumus tamen juvare coctionem volatilium, si tantummodo ebulliant in diplomate s. vase clauso vel etiam in cucurbita alembico apposita.

Reg. III. Quæ fixiora sunt aut coctione diuturniore, aut affuso menstruo conveniente subigi debent.

Reg. IV. Vtplurimum adhibetur aqua simplexui non raro autem acuitur per ⊖ina varii generis.

Reg. V. Vinum rectius affunditur si resinosa sunt ingredientia.

Reg. VI. Gradus coctionis pro hoc scopo sunt quatuor Primus si saltem ebulliat compositum, 2dus si decoquatur ad casum tertiæ partis. 3tius si decoquatur ulterius ad medietatem 4tus si decoquetur ad remanentiam tertiæ partis.

Reg. VII. Proportio ingredientium eadem est ac in infusis.

Reg. VIII. Pro ebullitione sufficit ea liquoris quantitas, quam alias in parando infuso adhibemus: quæ vero diutius coqui debent requirunt liquoris decuplum, duodecuplum & ultra.

EXEMPLA.

Purgans.

Rec. *Herb. card. ben.*
cent. min. aa. *m.* j.
fol. Senn.
Rad. Helleb. n.
Ialap aa. ℥ß.
Cryst. ♀ ʒj.
Incis. & cont. coq in mens. ß. ▽comm. ad medietatem d. s. laxirender Tranck.

vel

Rec. *Rad. Alth.*
lil. alb. aa. ℥j.
polyp. ℥ß.
rhab. ʒij.
⊕ *depur.* ʒj. *mens.* 1. ▽ *simpl.*

Antiscorb.

Rec. *summit. pin.* ℥iij.
rad. chin. ℥ij.
Incis. & cont. coq. in mens. 1. vini in diplom. ad consumpt. iij. part. Infunde.
Herb. cohl.
nast. aquat. aa. *m.* ij.
rad. armurat ℥ij.
fl. bellid. m. j.

Sangu. depur.

Rec. *lign. Sassafr.* ℥ij.
rad. chin.
sarsap.
Bardan.
rhab. aa. ℥j.
Ialap. ℥ß. ½ maas.

Lignorum.

Rec. *lign. Guajac.*
sassafr. aa. ʒj.
rad. sarsapar.
chin. aa. ℥ß.

Em-

Emmenag.

Rec. *Herb.* *marub.*
meliss. aa. mj.
matric. m. ß.
artemis.
flor. *papav.* aa. m.ij.
anthos *pug.* iij.
rad. v. *aper.* aa. ʒij.

Theé.

Rec. *Herb.* *Veron.*
beton.
hedr. *terr.*
fl. *tussilag.* aa. m.j.
rad. *polypod.*
chinæ.
ras. CC. aa. ℥ß.
lign. *sassafr.* ʒij.
pass. *min.* ℥ij.
Incis. & cont. d.
S. *Species* zum kræuter Thee.

Gargarism.

Rec. *Herb.* *malv.*
Alth.
prun. aa. mj.
bugul.
uvul. aa. m ß.
flor. *ros.* *rubr.*
balaust. aa. *pug.* ij.
⊕ *depur.* ʒj.

CAPUT XIII.

De *Regulis Specialibus in præscribendis Clysmatibus observandis.*

Reg. I. Materiam clysmatibus suggerunt communiter decocta plantarum inprimis emollientium, & carminativarum, in quorum locum nonnunquam succedunt juscula carnium, vel etiam olea cocta, infusa, atque expressa.

Reg. II. Quantitas liquoris in clysmate sit pro.
adulto ℔ß *ad summum* ℔j.
pueris dimidia vel etiam tertia pars sufficit
i. e. ℥iij. IV. V. *pro corporis ratione.*

Reg. III. Potest etiam pro pueris tota clysmatis quantitas parari, hac saltem addita cautela ut tantummodo dimidia vel tertia pars applicetur, & applicatio urgente necessitate reiteretur.

Reg. IV. Pro scopo anodyno vel vulnerario, item si clysteres ex meris oleis parantur satius est recipere minorem quantitatem, pro scopo emolliendi stimulandi, atque irritandi majorem.

Reg. V. Electuarium post colaturam male admiscetur, itaque magis consultum est, illud vel ante colaturam adjicere, vel potius ejus loco præscribere sacharum Thomæum, aut mel mercuriale, rosatum aut simplex despumatum ad ℥ß vel ℥j.

Reg. VI. ⊖ia pro stimulo adiecta ad ʒj. vel ʒij. sufficiunt.

Reg. VII. Instrumenti clysmatici magnitudo semper determinanda, & in fine formulæ hæc verba adjicienda detur cum instrumento pro adulto. pro puero vel puerulo sive infante.

EXEMPLA.

Emoll. carm.

Rec. *Spec. emoll.*
carm. aa. m. ij.
⊖ *Gemm* ʒj.
Coq. in s. q. ▽ simpl.
Rec. *Coll.* ℔ß.
mell. despum. ℥.
m. f. clyster d. cum instr. pro adulto.

vel

Rec. *Rad. Alth.*
lil. alb. aa. ℥ß.
Herb. ☿*ial.*
Verbas.
pariet. aa. m. j.
flor Malv.
melilot. aa. m. ß.
⊖. *Gemm.* ʒij.
Coque in s. q. ▽ simpl. tunc.
Rec. *colat.* ℥viij.
Sach. Thom. ℥ß.
m. f. clyst. d. cum instr. pro adulto.

vel

Rec. *sem. carv.*
anis.
fœnic. aa. ℥ß.
Herb. chamom. Rom.
Malv.
violar. aa. m. jß.
Flor. chamom.
verbas. aa. m. ß.
cap. papav. no. iij. *&c.*

In Nephr.

Rec. *Herb. pariet.*
Virg. aur.
Veron. aa. m. j.

Fl.

Fl. Verbasc.
pap. errat.
Melilot aa. m. ß.
Rad. lil. alb.
Alth. aa. ℥ß.
coq. in s. q. ▽ simpl. tunc.
Rec. colat. hujus ℔ß.
🜔 *amygd. d.*
camom. coct.
Sach. Thom. aa. ℥ß.
M. f. clyster. d. cum instr. pro adulto.

Anod. balf.

Rec. summit cent. m. m. j.
flor. Hiper.
Verbasc.
lil. alb. aa. mß.
rad. Symph. ℨij.
Herb. plantag. m j.
croc. ℨß.
coq. in. s. q. lactis. tunc
Rec. colat. ℥viij. *d. cum. instrumento pro adulto.*

Emoll. carm.

Rec. 🜔 *Aneth.*
chamom aa. ℥ij.
bacc. laur.
carv. dest. aa. ℥j.
Essentiæ cast. ℨj.
Camph. ℈ß.

CAPUT XIV.

De Regulis Specialibus in præscribendis cataplasmatibus observandis.

Reg. I. Ingredientia cataplasmatibus præbent folia herbarum variarum, radices mucilaginosæ molliores, & quicquid per decoctionem in pultis formam redigi potest.

Reg. II. Incisa & contusa cum sufficiente quantitate ▽æ simplicis, vini aut seri lactis ad pulmenti consistentiam decocta trajiciuntur per setaceum, quibus pro lubitu addi possunt farina fabarum, lini, fœnu græci, alijque pulveres & olea infusa, & expressa.

Reg. III. In defectu setacei recipiuntur ingredientia ad pulverisandum apta, quæ sola affusione liquidi cujusdam absque ulla prævia coctione in cataplasmatis formam redigi, & calide applicari possunt.

Reg. IV. Quantitas cataplasmatis sit ℔ß. vel ℔j. quoniam vix unquam adhibetur, quin aliquoties reiteretur ejus applicatio.

Anod. disc.

Rec. *fol. Hyosc.* m. iiij.
fl. Samb.
melilot.
Chamom. .n. ij.

Cum s.q. Vini f.s.a. Cataplasma adde

farin. fœn. Græc.
♀ *ceruss.* aa. ℥j.

Emoll.

Rec. *Rad. lil. alb.*
Alth. aa. ℥ij.
fl. melilot.
chamom.
samb. aa. m. iij.
aven. decoct. ℥ij.

Cum s. q. lactis f. s. a. cataplasma. adde

°° *Hyosc. expr.*
lil. alb.
pap. alb. aa. ℥ß.

In pernione.

Rec. *Herb. Agrim.*
plant.
prunell. aa. m. iiij.
fl. lil. alb.
Hyperic. aa. m. ij.

Cum s. q. aquæ simpl. f. s. a. cataplasma. adde

Lap. calam.
lytharg.
ochr. aa. ℥ij.
°° *momord.*
hyper.
philos. aa. ℥iß.

CAPUT XV.

De Regulis Specialibus in præscribendis emplastris observandis.

Reg. I. Intentioni medici utplurimum sufficiunt emplastra officinalia, quæ saltem malaxanda sunt cum sufficiente quantitate olei convenientis.

Reg. II.

Reg. II. In applicatione sufficiunt ad Emplastrum stomachale, hepaticum vel matricale ℥ij. , ad spleneticum ℥iß.

Reg. III. In horum præscriptione admonendus est pharmacopœus ut Empl. l. a. compositum, vel in magdaleones conformet vel supra alutam, aut linteum crassum vulgo Parchet extendat nunc sub forma scuti stomachalis, nunc emplastri splenetici aut uterini, vel juxta figuram transmissam emplastrum efformet.

Reg. IV. Cui recentia excogitare placet emplastra recipere potest varia ingredientia pulveres nimirum, olea, pinguedines, mel, resinas, & ceram.

Reg. V. Possunt emplastra fieri nunc sine oleis, nunc sine pulveribus, nunc sine pinguedine vel melle, nunc sine resinis vel cera.

Reg. VI. Proportio hæc videtur esse optima si pulveris sumatur pars una, resinarum partes duæ, ℴℴ expressi vel infusi, mellis aut ceræ partes tres.

Reg. VII. Emplastrorum quantitas si pro pluribus vicibus præscribatur non inconvenienter ascendit ad libram unam, vel ad duas.

Formulæ Emplastrorum.

Empl. Stomach.

Rec. *Empl. stomach. Crat.* ℥j.
de crusta. panis.
de Tacamach. aa. ℥ß.
Malax. cum s. q. ℴℴ menth. f. Empl. stomach. extend. supra alut. in form. consueta.

Hepat.

Rec. *Empl. de sant.*
de min. aa. ℥j.
Mal. cum s. q. ℴℴ lil. alb. f empl. hepat.

Splenet.

Rec. *Empl. Splenet. Aug.*
de melilot.
de cicut. aa. ℥ß.
Mal. cum s. q. ℴℴ cap. f. Empl. spleneticum.

Vulnerar.

Rec. *Lap. calam.* ℥iij.
lytharg. ℥j.
Aloes.
Myrrh. aa. ℥ß.
℅ *Hyperic.*
momord.
cer. aa. ℥iij.

M. fiat Empl.

Ad amb. & pern.

Rec. *Bol. vulg.*
Sangu. Drac.
Ceruss. aa. ℥j.
℅ *momord.*
cer. aa. ℥iiij.

M. f. Empl.

Vulner.

Rec. ∀ ⊕ *dulc.* ℥ij.
℅ *momord.*
lil. alb.
cer. aa. ℥iij.
resin. Elem. ℥iß.
balf. peruv.
croc. aa. ℥ß.

CAPUT XVI.

De

Regulis Specialibus in præscribendis Balsamis notandis.

Reg. I. Cum Balsamus ordinarie pro scopo analeptico, vel odorem gratum conciliandum præscribatur, hinc ingredientia omnia debent esse fragrantia, atque gratissima.

Reg. II. Basin balsamorum communiter constituit ℅ NM. expressum per affusum 🜄 albicans, & inodorum redditum, quod alio nomine dici potest corpus pro balsamo.

Reg. III. Huic admiscentur ℅ ♌ suaviora corticum citri aurantiorum, Cinamomi, caryophyllorum, ligni Rhodii, majoranæ, lavendulæ &c. item Zibethum balsamum Indicum, & ♀ fragantes Ambræ, Moschi &c. quibus nonnumquam associantur extracta plantarum suaveolentium.

Reg. IV.

Reg. IV. Proportio ingredientium est talis ut recipiat
Corporis pro balsamo ℨj.
Olei partem tertiam aut quartam i. e. ℈j.
vel. gr. xv.
Pulverum fragantium ℈ß. *& ad fucum faciendum parum de spodio vel boleto vel etiam asphalto, de santalo aut alio pigmento.*

Reg. V. Præscribitur ordinario corpus pro balsamo ad ℨj. vel ℨij.

EXEMPLA.

Balsam. apopl.

℞. ⁂ *lign. rhod.*
de cedro aa. ℨß.
cinnamom.
caryoph. aa. ℈j.
Macis gr. xv.
Majoran
Lavend. aa. ℈ß.
Anth. gr. viij.
Bals. peruv. ℨj.
Ambr. gr. viij.
Mosch. gr. vj.
Zibeth. gr. iiij.
⁂ *N. M. express.* ℥ß.
M. f. Balsam.

Bals. apopl. pro mulieribus.

℞. ⁂ *Mac. expr.* ℨij.
℘ *Galban.* ℨß.
Lavend.
Succin. aa. ℈j.
Majoran.

Meliſs.
Puleg.
roſmar.
rut. aa. ℈ß.
Pingued. Caſtor. gr. vj.
♎ ⊖ ✱ gtt. v.
M. f. ſ. a. Balſ.

Balſamus cephalicus.

℞. ∞ *N. M. expr.* ʒvj.
☊ *Lavend.*
Rut. aa. ℈iijß.
Majoran.
Salv. aa. gtt. xv.
camph. ℈j. *in ſ. q.*
∞ *Amygd. d. rec.*
Solut.
M. f. ſ. a. Balſam.

Balſamus contra vertiginem.

℞. ∞ *N. M. expr.*
Mac. aa. ʒj.
☊ *caryoph.*
Lavend.
Majoran.
Succin. aa. gtt. vj.
Moſch.
Ambr. aa. gr. iij.
M. f. ſ. a. Balſam.

CAPUT XVII.

De Regulis ſpecialibus in præſcribendis Unguentis notandis.

Reg. I. Unguenta vel linimenta a balſamo non differunt niſi quod hic ſemper gaudeat majori fragrantia præ illis. Reg.

Reg. II. Unguentorum basin constituunt sebum cervinum, axungiæ, vel etiam unguenta officinalia, quibus admisceri possunt olea cum pulveribus, v. g. pro scopo abstergendi atque desiccandi ♀ialia, pro scopo anodyno crocus, pro scopo nervino oleum succini, rutæ &c.

Reg. III. In determinanda proportione non facile errabit medicus. Mixtis enim pro lubitu ingredientibus semper linimentum fit modo spissius modo tenuis.

Reg. IV. Si placet hæc proportio ingredientium poterit observari ut ad sebi cervini partem unam adjiciatur oleorum pars dimidia, ad axungiæ partem unam vix oleorum pars tertia.

Reg. V. Si ex axungia atque oleis linimentum tenuius fiat, & expectatur spissius poterit ceræ quantum sufficit admisceri.

EXEMPLA.

Unguentum Hystericum

℞. *Castor.*
ass fœtid. aa. ℈j.
camph. ℈ß.
⁂ ♀ *fœtid.*
CC. aa. ℈j.
seb. hirc. vet. ʒij.
M. f. linimentum.

Unguentum ad Erysipelas.

℞. *Sapon. comm.* ℥iiij.
⁂ *samb.* ℥j.
M. f. Unguentum.

Pars hujus inducta papyrio nigræ adhibeatur tepide loco affecto renovando bis in die.

Errata typographica in prima parte.

Pag. 56. lin. 1. lege parti ſuperiori. pag. 66. lin. 10. lege catharticis nec non 11. & 15. p. 67. lin. 2. adde ſunt diaphoretica. p. 71. lin. 24. lege abſorbent. p. 89. lin. 1. lege lithontriptica &c. p. 113. lin. 2. lege mucilaginoſas. p. 140 lin. 24. adde obtineat. p. 151. lin. 12. lege præparata. p. 152. lin. 30. lege Smilacis. p. 157. lin 9. incluſa. p. 161. lin. 17. Smilacis. p. 164. lin. 29. lege Moluccenſe. p. 170. lin. 22. lege abhinc p. 171. lin. 12 lege graviuſculus & 19. nullius 29. Koddam pulli. pag. 184. lin. 10. adde flore. p. 203. lin. 9. piſtacearum. p. 220. lin. 5. addatur Amſtelodamenſis. p. 231. lin. 9. dele. & acidis & 14. lege alexipharmacum. p. 232. lin. 5. lege dulcificari lin. penult. adde ex p. 233. lin. 17. adde alcalicis, acidis. p. 234. lin. 29. dele. ad gryſeum. p. 264. lin. ult. lege ʒjß. p. 336. lin. 9. lege digeſtione p. 371. lin. 24. lege cydoniatum ſeu p. 396. lin. 5. quam & 6. evaporatorio. p. 397. lin. 18. lege ſolvatur 21. dele. vatur. p. 400. lin. 6. dele materia.

Reliquas mendas, L. B., ſi modo æquus erit, facile emendabit.

Sit itaque hic

F I N I S.

GREG.

GREG. THEOD. BARTHOLDI
MED. DOCTORIS, ET PROFESSORIS QUONDAM GIESSENI

OPERUM MEDICORUM PARS SECUNDA

COMPREHENDENS

I. Praxin clinicam generalem naturam morborum, curationem, & cautelas practicas exhibentem.

II. Praxin clinicam exemplarem casus ſiſtentem illorumque reſolutionem.

PRAXIS CLINICA GENERALIS NATURAM MORBORUM, CURATIONEM, ET CAUTELAS PRACTICAS EXHIBENS.

INDEX CAPITUM.

PARS I.

De Febribus.

PARS II.

De

Morbis ex circulatione ſanguinis impèdita ortis.

SECTIO I.

De

Inflammationibus.

SECTIO II.

De

Hæmorrhagiis.

PARS III.

De

Morbis ex motu & vitio lymphæ & seri ortis.

PARS IV.

De

Morbis ex vitio & motu spirituum ortis.

SECTIO I.

De

Affectibus soporosis

VI. De

SECTIO II.

De

Doloribus.

SECTIO III.

De

Affectibus ſpaſmodicis.

SE-

SECTIO IV.

De

Motibus convulsivis.

PARS V.

De

Morbis primarum viarum.

PROOEMIUM.

§. I.

PRaxis medicinæ rationalis consistit in *morborum*, *causarumque morbificarum*, nec non *symptomatum* seu circumstantiarum concurrentium accurata cognitione, ingeniosa *remedii* accommodati *inventione*, *hujusque legitima* ratione temporis, doseos, ac ordinis *applicatione*.

§. 2. Fundamentum genuinum praxeos rationalis est bona solidior & accurata theoria, quæ certis gaudet requisitis. Primo enim debet præcedere *exquisita morborum historica cognitio*, seu experientia, quæ omnis theoriæ, omnisque medicinæ fundamentum est. Hinc perperam faciunt illi, qui hypotheses theoreticas circa morbos fingunt, & non sufficientem habent notitiam morborum: seu ubi praxis non convenit cum theoria.

Secundo requiritur, ut *ex principiis* simplicissimis intelligibilibus quæ concipi possunt, qualia sunt sic dicta *mechanica* materia & motus, theoria medica fluat & derivetur. Ex falsis enim & imaginariis principiis non possunt nisi rationes imaginariæ, seu potius effictiones effluere: & in hoc consistit theoria solidior sine qua omnis praxis seu therapia est incerta, periculosa, infida, atque empirica.

§. 3. In quovis morbo medico rationali sequentes regulæ fundamentales, atque generales tanquam summe necessariæ semper erunt observandæ.

Reg. I. Nullus morbus una eademque methodo sanari potest; sed variat pro diversitate causæ, temporis, virium, ætatis, sexus, regionis atque victus: quocirca omnis morbi maxime qui epidemice grassatur naturam, ortum, causasque accuaratissime exploratas habere debet medicus.

Reg. II. Medicus ad ægrotum accedens ante omnia inquirat quid molesti patiatur? quo præcise in loco? ex qua causa? quomodo sese gesserit circa res non naturales præcipue circa victum & animi pathemata? quam diu fuerit affectus? & an excretiones naturales legitime eveniant?

Reg. III. Cum medicinæ leges naturæ legibus semper conformes esse debeant: hinc medicus prudens primum omnium ipsius individui patientis naturam atque complexionem, naturæ vias atque ductus, evacuationesque consuetas exploraras habeat; deinde materiam vitiosam corrigat, motus naturæ dirigat, inordinatos sistat, nimis languentes promoveat, materiamque vitiosam per consueta ac congrua evacuatoria educat, idque certo tempore, mensura, & ordine, & nunquam sine ratione atque judicio,

Reg. IV. Tempore paroxysmi in omnibus morbis temperate & blande agendum est: hinc etiam in febribus continuis, ubi semper unus, idemque paroxysmus est, temperatissima conveniunt; extra illum autem fortiora, & causæ morbificæ removendæ convenientia magis sunt adhibenda.

Reg. V. Diaphoretica remedia semper sunt tutissima, sique medicus nescit causam mali, & naturam morbi securissime diaphoreticis & quidem mediæ naturæ procedere potest: quin in omni morbo id observandum, ut diaphoresis & transpiratio legitima sit.

Reg. VI. Quando natura est in crisi, vel evacuatione quadam salutari, tunc magis juvanda quam impedienda est. Quapropter tunc temporis nunquam per alias vias, quam per illas quas natura eligit sunt instituendæ; nec revocetur vitiosa materia ab emunctoriis a natura jam electis, & quasi ad centrum reducatur.

Reg. VII. Quo natura tendit eo semper ducenda ast convenientibus remediis.

Reg. VIII. Medicus nunquam violenter sistat, vel impediat evacuationes criticas præcipue, si a quantitate peccante originem habent. Teste enim experientia maximum periculum inducitur hæmorrhagiarum cujuscumque generis, Erysipelatis, catarrhorum, Diarrhϧ, Gonorrhϧ scabiei suppressione: si autem nimiæ sint, adeoque intensæ, tunc potius moderandæ, quam plane intercipiendæ sunt.

Reg. IX. Nunquam ubi vires deficiunt, & corpora imbecillia sunt, vel defectus humorum laudabilium observatur nimiæ evacuationes vel commotiones vehementes moliendæ sunt. Ita in omnibus febribus malignis, ubi summa virium notatur prostratio abstinendum est a talismodi remediis. Sic etiam porro a sanguinis & humorum laudabilium defectu natis penitus abstinendum est ab omni sanguinis missione atque evacuatione per alvum, sudorem, urinam. Quo major enim virium defectus, eo minus conveniunt commotiones.

Reg. X. Quando vires constant, & corpora robusta sunt cæteris paribus commoventia etiam fortiora summo cum fructu exhibere licet ut in lue ♀ea, febribus intermittentibus præsertim quartana, affectu hypochondriaco, hysterico, Apoplexia, Epilepsia, &c. in quibus morbis non raro concessum est uti drasticis remediis.

Reg. XI. Quicquid p. n. in corpore nostro abundat illud est removendum; quicquid vero deficit restituendum.

Reg. XII. Tutissimæ evaucationes sunt quæ non fiunt confertim & semel; sed sensim & repetitis vicibus. Omne enim nimium naturæ est inimicum juxta *Hippocratis aphor.* 51. *sect. II.*

Reg. XIII. Quæcunque motus sistunt & impediunt cautissime vel nunquam propinanda sunt in virium defectu, & ubi pul-

ſus debilis : hinc in malignis opiata ſunt venena , quoniam motus , qui magis hic deſiderantur plane coercent & impediunt.

Reg. XIV. Medicus prudens ceu peſtem fugiat varietatem , & copiam medicamentorum. Nihil enim magis ſanitatem impedit , quam remediorum crebra mutatio, & varietas, quæ teſte *Verulamio* ignorantiæ filia eſt.

Reg. XV. Medicus ſemper temporis rationem habeat, occaſionemque , quæ juxta *Hippocratem* præceps eſt , & momentoſa probe obſerver. Hæc enim elapſa nunquam revocari poteſt.

Reg. XVI. In ordinanda diæta , ac victus ratione medicus maxime omnium conſiderare debet ægrotantis vires. Hinc ſi ſubjecta debiliora abſtinendum eſt ab alimentis ſolidis , & victu pleno : ſi vero robur naturæ conſtat tunc plenior victus absque incommodo concedendus.

Reg. XVII. Optimum ſæpe remedium eſt ipſo non uti , & abſtinere ab omni medicina maxime cum corpora imbecillia fuerint.

§. 4. In therapia ſpecialiori obſervabimus ordinem a *Friderico Hoffmanno in ſuis fundamentis* adhibitum , totamque praxin quinque abſolvemus partibus : quarum I. aget *de febribus* II. de morbis *ex circulatione ſanguinis inæquali , & impedita ortis.* III. de morbis *ex vitio & motu lymphæ ac ſeri ortis.* IV. de morbis ex *vitio & motu impedito ſpirituum animalium provenientis.* V. de morbis ex *vitiis primarum viarum.*

PARS

PARS I.

De
Febribus.

CAPUT I.

De
Febribus in genere.

§. 1.

FEbris est *turbatus & inæqualis sanguinis motus*, dependens partim a violenta cordis arteriarumque contractione, partim etiam a tono partium p. n. aucto, *conjnuctus cum pulsu frequenti inordinato, & calore p. n. excitatus ad id, quod quantitate, aut qualitate molestum est vel corrigendum*, vel *evacuandum.*

§. 2. *Signa omnis febris pathognomonica* & certa, perpetua & inseparabilia sunt *calor corporis inordinatus*, sive a naturali recedens *cum pulsu celeri & frequenti.*

§. 3. Turbatio motus sanguinis cognoscitur ex præcedente horrore, frigore, anxietatibus præcordiorum, pulsus frequentia & vehementia, sanguinis stagnatione circa caput, & inde orta cephalalgia, quæ omnia inæqualem atque turbatum sanguinis circulum dèsignant.

§. 4. *Omnis febris incipit a frigore, & desinit in calorem.* Sub ipso frigore sive horrore partium externarum sanguinis motus a peripheria ad centrum, seu ad ipsum cor & vasa sanguinea majora, ac interiora contingit: unde partes extremæ refrigerantur, venæ quæ antea tumebant detumescunt, & disparent, ungues li-

vescunt, cutis pori corrugantur, transpiratio & sudor impeditur, omniaque excrementa per cutim evacuari solita supprimuntur; hinc sanguinis motus ad interiora retrogradus anxietates atque angustias præcordiorum oppressivas excitat, & respirationem reddit difficilem, corporisque inquietudinem gignit.

§. 5. Causa motus sanguinis retrogradi in frigore solet esse *spasmodica contractio pororum cutis, fibrarumque nerveo tendinosarum quibus cutis, & substrata integumenta gaudent*: cujus spasmi indicia sunt dolores tensivi ostocopi capitis, dorsi atque artuum, ventriculi atque intestinorum eversiones evomitionesque, immensi corporis rigores: quæ omnia sub frigoris tempore plerumque contingere solent.

§. 6. *Frigus excipit ordinarie calor p. n. auctus.* In ipso autem calore seu æstu sanguinis motus impetuosus contingit a centro ad peripheriam: unde tumor, rubor ac æstus maximus extremarum partium, vasa turgent, cutis tactu deprehenditur sicca & arida, usque dum poris cutis iterum reseratis, & ab obstructione sive spasmodica contractione liberatis plenissime succedat transpiratio halituosa ipseque sudor, quo terminari utplurimum solet febris vel quoad totum, vel quoad ejus paroxysmum.

§. 7. Causa caloris febrilis sive æstus, qui subsequi solet frigus *est subtilior æherea aeris portio in massa sanguinea contenta.* Dum enim partes exteriores spasmodice contrahuntur sanguis majore impetu ab impulsu cordis ad harum partium poros angustatos propellitur, exagitatur, sicque æstus propter vehementissimum & quasi attritivum motum auctum hisce in partibus producitur, usque dum a continuo isto motu cutis relaxatio contingat & subsequatur liberior transpiratio cum sudore critico.

§. 8. Propter exagitationem autem istam vehementissimam accidunt *dolores in capite*, dum sanguis propter impeditum ejus liberum per corpus circulum vasa in membranis capitis exi-

existentia premit ac distendit. Accidit *difficilis respiratio* propter sanguinis concitatiorem motum per pulmones. Accidunt *vigiliæ & mentis turbationes* propter impetuosum sanguinis ac per consequens ⌒tuum motum. *Sitis* affligit ægrotantes propter defectum humidi, quod calore tam forti dissipatur. *Vrina saturate tincta succedit* propter eundem defectum, & propter ⊖inas ♀eas sanguinis particulas motu ejus exagitatas.

§. IX. Dinstinguuntur febres vel ratione *temporis*, vel ratione *symptomatum*. Temporis ratione sunt vel *continentes*, vel *continuæ* vel *intermittentes*. Continentes sunt *quæ unico cursu & paroxysmo absolvuntur*. Continuæ *quæ nunquam perfecte desinunt, remittunt tamen & exacerbantur per vices*. Intermittentes quæ *per intervalla recurrunt*, ita ut finito uno paroxysmo omnia sese rectissime habere videantur, symptomata remittant, altera vero, vel tertia, aut quarta die regrediantur. Ratione symptomatum distinguuntur in *benignas & malignas cum vel sine exanthematibus*.

§. 10. In omnibus febribus circa *Prognosin* respiciendum est non tantum ad *excretiones* & illarum statum, verum etiam *ad functiones animales*, quæ consistunt in ratiocinatione, somno, vigiliis, exercitio sensuum externorum, motibus voluntariis. Idem porro ad *actiones vitales* quæ in respiratione, transpiratione, & sanguinis circulatione versantur, ubi simul *pulsus & calor p. n.* considerandus. Itaque probe observanda hæc regula: *quo magis actiones* tam vitales quam animales *a statu naturali declinant eo periculosior est status & contra.*

§. 11. In febribus omnibus *quo vegetiores* & promptiores *sunt excretiones* per evacuatoria ordinaria nempe alvum, urinam, sudorem eo minus periculi, & *major* est *ad reconvalescentiam spes* & contra.

§. 12. In omnibus febribus periculosum est *quando vires deficiunt*, tunc enim deficit motus qui necessarius est ad causam febri-

brilem vel domandam, vel expellendam. Finis enim omnis febris est ut *motu exterminetur quicquid machinæ humanæ perniciem intendit.* Hinc videmus ſenes phlegmaticos, V. S. vel excretionem ſanguinis largiſſimam paſſos, vel etiam morbis adhuc debiles, Veneri & affectibus animi præpoſteris obnoxios, nec non tempore autumnali, & hyemali, item tempeſtate imbroſa & humida longe periculoſius decumbere; & difficilius ſanari quam ſi ætas eſt juvenilis & virilis, temperamentum ſanguineum atque cholericum, quando vires adſunt conſtantes, tempus vernum & æſtivum, aeris ſtatus ſerenus, &c.

§. 13. Quod curam concernit, primariæ in omnibus febribus indicationes ſunt, ut *vires proſtratæ erigantur*, *ſufficiens* motus in partes fluidas introducatur, exceſſivus vero quodammodo coerceatur, & conſequenter *circulatio ſanguinis turbida & inæqualis reddita ad ſtatum naturalem reducatur*, & hac ratione etiam evacuationes debito modo promoveantur.

§. 14, In omnibus febribus malignis ante omnia *virium habenda eſt ratio.* Qui enim vires in his conſervat maximum punctum curationis tulit: & contra qui eas negligit extremo periculo ægrotum exponit.

§. 15. *Blandiora ac temperata diaphoretica cum diluentibus congruis adminiſtrata* præſentiſſima & ſpecifica ſunt febrium præſidia: contra quæ refrigerant corpus, quæ tranſpirationem impediunt, & ſudorem ſupprimunt ſumme ſunt periculoſa.

§. 16. Humorum motum, & excretionem promovent omnia illa quæ *nimiam quantitatem illorum demunt*, *qualitatem vitioſam corrigunt*, *obſtructiones reſerant*. *tonumque* viſcerum & fibrarum motricum reſtituunt.

§. 17. Sudorifera præpoſtere adminiſtrata maxime *cum regimine* ſudorifero natura renitente *admodum pernicioſa ſunt*, & vel calorem p. n., ſitim & vigilias augere ſolent, vel continuum ſudo-

ſudorem movendo vires proſternunt, & ad lentas febres diſponunt.

§. 18. In febribus *quo liberior eſt tranſpiratio eo minus nocent calida*: quo magis autem pori cutis ſunt clauſi eo majorem æſtum inferunt ipſa calida ſp-tuoſa & ſudorifera.

§. 19. In omni febrili æſtu *præſtat concedere potulenta*, & congrua diluentia, quam interdicere ipſa, quoniam egregie *ſanguinem fluidificant*, ad diaphoreſin diſponunt, æſtumque imminuunt.

CAPUT II.

De
Febre ephemera, Typhode & febre lactea.

§. I.

F*Ebris ephemera eſt febris continens omnium mitiſſima a vehementiore & immoderata ſanguinis exagitatione orta propter concitatiorem ſpirituum fluxum in cor ex levi & tranſitoria occaſionali cauſa.*

§. 2. *Cauſam occaſionalem* huic morbo præbent *fortiores animi commotiones terror, ira*; interdum *nimius radiorum ſolarium æſtus*, vel *improviſa corporis refrigeratio, vigiliæ continuæ, exercitium corporis immodicum, ebrietas, dolor vehemens.*

§. 3. *Subjecta* huic morbo præ aliis obnoxia ſunt *teneriora texturæ ſenſibilioris.* Hinc facile aggreditur cholericos vel ſanguineo cholericos in ætate juvenili, ac virili conſtitutos.

§. 4. *Symptomata in hac febre plerumque ſunt mitiora*, aggreditur enim ſubjecta cum horrore leviore & interdum vix ſenſibili, hunc excipit calor mitior halituoſus, hinc cutis udore magis perfuſa quam arida deprehenditur, interdum accidit ſitis, inappetentia, nauſea dolorque capitis.

§. 5. *Pulſus* in hac febre *p. n. auctus deprehenditur naturali tamen propior* eſt quam in ulla alia febre. *Facies* apparet *tumida*

 & ru-

& rubicunda, urina *in substantia, colore, & contentis non multum a naturali recedit* utut interdum coloratior quodammodo fiat.

§. 6. *Absolvitur hæc febris intra viginti quatuor horarum spatium*; sique ulterius atque diutius protrahatur non amplius meretur nomen ephemeræ, sed potius dicenda est febris continua, mitior & brevior.

§. 7. *Si post declinationem vel in pulsu, vel in aliis febris vestigium relinquitur in aliam febrem permutari indicio est.*

§. 8. *Febris ephemera omnis periculi expers est, si debitam adhibeamus medelam.*

§. 9. *Cura interdum solius naturæ beneficio absolvitur*, vel etiam *diaphoreticis, Bezoardicis, Nitrosis, Febris* profligatur ita si ex nimiis vigiliis, ac spirituum dissipatione orta est hæc febris locum inveniunt *diaphoretico-anodyno-analeptica*, v. g. emulsio ex ▽ *rosarum, scorzoneræ, florum sambuci, Acaciæ, semine papaveris albi, seminibus IV. frigidis majoribus, lapidibus cancrorum, ♃io diaphoretico, nitro* ac *Syrupo papaveris albi.*

§. 10. Cavendum ne *calida, spirituosa & volatilia adhibeamus* maxime si a commotione spirituum, vel lassitudine aut dolore quodam proveniat.

§. 11. Cavendum *ne ephemera degeneret in continuam vel intermittentem tertianam*: quod facile efficitur si transpiratio per externa constipantia frigida impeditur vel si cibus in corporibus exhaustis copiosius assumitur.

§. 12. Ad hanc febrium classem pertinet *Typhodes seu febris inflammationem viscerum, & partium externarum concomitans adeoque symptomatica. Causam procatarcticam* huic febri præbere solent *refrigerium & animi pathemata*, præsertim *ira*, *ac terror*. Symptomata interdum satis gravia occurrunt apparente autem inflammatione, adhibitisque diaphoreticis, expellentibus, sensim remittunt, ac evanescunt.

§. 13.

§. 13. Huc etiam referenda est *febris lactea* puerperis familiaris, quæ *altera plerumque vel tertia aut quarta a puerperio die,* circa lactis in mammis proventum plerasque *aggreditur fœminas.* Si mitior est febris ultra sex vel octo horas non extenditur interdum plane non sentitur si cæteroquin sanæ sint puerperæ. Interdum percipitur tantummodo horripilatio quædam absque supervenienti notabili calore. Hinc etiam ejus *cura* a plerisque *soli naturæ relinquitur.* Si vero gravius malum est tunc omnino medici opem postulat, & adhibenda *leniora diaphoretica* cum convenientibus remediis *lactis generationem juvantibus*, & uti semper in puerperis, sic in specie circa hujus febris accessionem ratio *diætæ probe habenda & omnis vini potus interdicendus.* Facile enim ex febre continente, & benigna producitur ardens & maligna præsertim si corpora fuerint cacochymica.

CAPUT III.

De Synocho simplici sive febre sanguinea veterum.

§. I.

HÆc febris *dicitur a veteribus Synocha sine putredine vel etiam inflativa*, quia prohibita transpiratio facile in plethoricis hujus febris caussa existit. Dicitur *sanguinea quoniam a sanguinis copia plerumque oritur*; & est species febrium continentium. Ab Ephemera autem differt ratione *diuturnioris durationis*, & ratione *symptomatum*, quæ semper vehementiora observantur in febre sanguinea, quam in ephemera.

§. 2. Invadit hæc febris *tempore* potissimum *vernali subjecta sanguinea plethorica* succi plena, cum subsequentibus symptomatibus nimirum *inturgescentia, seu inflatione habitus corporis, tumore, ac rubore faciei, pulsu magno, celeri, & vehementi, anxietate præcordiorum summa, capitis dolore, respiratione difficiliore; urina ab initio appa-*

ret tenuis, & rubicunda quarto autem *die* utplurimum *cum sedimento.*

§. 3. *Caussa procatarctica* hujus febris est sanguinis copia cum transpiratione prohibita. *Caussam remotiorem* præbent evacuationum sanguinis ordinariarum seu per nares ut hæmorrhoides, aut menses suppressio, vel etiam V. S. in assuetis intermissio, item animi, corporisque vehementes commotiones.

§. 4. Imperitis hæc febris valde videtur periculosa, quoniam cum magno ardore, anxietate præcordiorum, respiratione difficili conjuncta est. Verum si rite tractetur omni vacat periculo, *solviturque per hæmorrhagiam in ætate* juvenili, vel etiam *per sudorem in viris* idque intra *quartum*, aut si longius protrahatur intra *septimum diem.* Si vero non tractetur rite facile degenerat in phrenitidem, Anginam, Pleuritidem, vel etiam febrem ardentem putridam a veteribus dictam.

§. 5. *Respiratio* in hoc morbo *quo facilior est, & liberior* anhelitus, eo *melior status, & vice versa.*

§. 6. Indicationes curativæ sunt primo *ut sanguinis abundantia imminuatur*, secundo *alvus adstricta apperiatur*, tertio *transpiratio legitima promoveatur.*

§. 7. *Primum* fit præmatura *V. S.* Si enim corpus est phletoricum, vel evacuationes sanguinis consuetæ suppressæ *altero statim die* pro virium tolerantia *sanguis e vena mittendus.* Hoc si intermittatur, gravissima sæpius symptomata introducuntur, & ægrotantes periculo non levi exponuntur. Potest etiam *quarto vel quinto die* si vires consentiant sanguis depleri sed parcius quam ab initio.

§. 8. *Alvus* quæ utplurimum in hoc morbo adstricta *aperienda, non drasticis, sed lenioribus emollientibus clysmatibus lubricantibus ac stimulantibus*, & consultum est V. S. præmittere lenius evacuans maxime si prima regio scateat impuris sordibus, ne humores impuri transeant in vasa exinanita.

§. 9.

§. 9. *Tranſpirationem promovent temperatiora diaphoretica* qualia ſunt *pulveres abſorbentes & Bezoardici* cum anatica portione *nitri purificati* permixti. His enim ſolis, ſingulis IV. horis per aliquot vices exhibitis febris vel jugulatur, vel ſymptomata remiſſiora redduntur.

§. 10. *Venæ ſectio ſi negligatur hic morbus* facile *tranſit in inflammationem partium internarum.*

§. 11. Semper *cavendum eſt ne adhibeantur ſudorifera calida* præſertim in principio, item ne in hypocauſto nimis calido detineatur æger, nec regimen externum nimis calidum ſuadendum. Tali enim ratione effici poteſt ut vergat in Pleuritidem, Peripneumoniam, in ſenioribus in affectus ſoporoſos, in junioribus in febrem lentam, & hecticam.

§. 12. *A frigore etiam defendendus eſt æger:* alias cutis ſpiraculis obſtructis oriuntur anxietates, quoniam ſanguis a circumferentia ad interiora propellitur. Præſtat itaque ſemper in calore temperato detinere ægrotantes.

§. 13. *Diætæ ratio probe habenda* hinc abſtinendum a victu pleno & craſſioribus alimentis, & potius adhibendus victus tenuis, refrigerans humectans, ex juſculis cum herbis refrigerantibus paratus, concedendus quoque eſt largior potus. Hinc parari poſſunt emulſiones vel Julepi refrigerantes, vel potus conficiendus ex aqua ſimplici cum cruſta panis cocta.

CAPUT IV.

De Febre catarrhali.

§. I.

F*Ebris catarrhalis eſt febris continua mitior, nec adeo periculoſa catarrhis epidemice graſſantibus conjuncta cum tuſſi gravi, coriza, doloribus pectoris, dorſi, artuum, cephalalgia gravativa, quibus inter-*

dum associatur hæmorrhagia narium vel etiam diarrhæa, & notandum quod hæc febris plerumque exacerbationes suas habeat nocturno, & vespertino tempore.

§. 2. *Caussa* hujus febris sunt *catarrhi sive stagnationes lymphæ* maxime in partibus glandulosis, V. g. faucium & narium tunica glandulosa, item in bronchiis pulmonum. Lassitudo corporis, & torpor membrorum originem habet ab impedito lymphæ circulo. Sternutatio quæ sæpe contingit oritur ab irritatione lymphæ acrioris. *Caussas occasionales* præbent pluviosus, ac impetuosus aeris status, vel etiam errores in Diæta commissi.

§. 3. Hisce febribus frequentius corripiuntur *subjecta scorbutica cacochymica, ex levissima caussa*, v.g. refrigerio, ira, & erroribus in rebus non naturalibus commissis, item pituitosa, & qui habitus corporis sunt laxioris.

§. 4. Ratione *prognoseos febres catarrhales omnes periculi sunt expertes*, modo cura rite instituatur: converti tamen possunt in continuas acutas per calidiora remedia, vel etiam talia, quæ transpirationem impediunt cujus beneficio serum salsum, tanquam catarrhorum materia e corporis sphera expelli debet.

§. 5. Indicationes primæ in *curandis* febribus catarrhalibus sunt sequentes, *lympha stagnans resolvenda, atque in ordinem redigenda*, deinde *acrimonia humorum blandioribus demulcentibus corrigenda*.

§. 6. Convenientissima itaque remedia sunt *Diluentia, atque humectantia* v. g. decoctum *CC., infusum radicis chinæ, Veronicæ, malvæ, hordei, &c.* Hisce enim remediis non modo salsedo & acrimonia lymphæ diluitur; sed & per transpirationem copiosum serum e corpore præscribitur & evacuatur. Si tussis gravior urgeat possunt *anodyna benigniora* quale *est crocus* pauca tamen in quantitate admisceri, vel adhiberi pulveres temperantes ex *lapidibus cancrorum, bolo Armeniæ, radice Iridis Florentinæ, floribus* ♁, ♀ *Glycirrhizæ & aliquot guttulis* ℴ *Anisi.* Vel adhiberi possunt

ele-

electuaria demulcentia ex 🜕 *Amygd. d. spermate ceti, Sacharo Cando, Syrupo violarum, balsamo* ♁ *anisato* & pauca quantitate *Croci*. Si alvus est clausa & nimis sicca in usum vocari potest laxativum lenius v. g. *infusum laxans ex foliis senn., sine stip., passulis minoribus, ficubus, sem. Anisi, Syrupo de manna, vel cichor. cum Rhab.,* ♀*o tartarisato*.

§. 7. Ratione Diætæ abstinendum ab *alimentis viscidis, copiosis, & potu frigido, vitandus quoque est aer frigidus*.

§. 8. Omnia calidiora remedia v. g. sudorifera, purgantia calida, acriora, ⊖ina exulare hic debent, item fotus, balnea & externa refrigerantia cujuscunque generis. *Quo lenius* enim *febres catarrhales tractantur eo melius est*, & vice versa.

§. 9. *Cavendum* ne sub specie catarrhalis febris lateat maligna, vel etiam petechialis. Hinc ubi vires, & quidem statim ab initio valde deficiunt, & nullus adest somnus semper cogitandum est de malignitate.

§. 10. Hisce febribus annumerandæ sunt illæ, quæ symptomatice accidunt in vulneribus, Ictero, Calculo, Podagra, &c. Hæ febres etiam *minus sunt periculosæ*, modo cura dirigatur adversus caussam morbificam, & adhibeantur *aperientia diaphoretica, cum nitratis, anodynis aut vulnerariis*, si læsio quædam præcesserit, permixta.

CAPUT V.

De Febre lenta.

§. I.

FEbris lenta cognoscitur *ex calore p. n. lento sed continuo & diuturno, corporis & virium consumtione, pulsu frequenti*, quandoque etiam *valido, phlogosi* circa faciem, *urina rubicunda, appetitus dejectione, sudore copioso, & caloris incremento* post pastum & circa tempus nocturnum.

§. 2.

§. 2. Oriuntur febres lentæ 1.) ex *male ſanatis intermittentibus* illisque nimis cito per medicamenta adſtringentia terrea acida, chinam chinæ vel opiata ſuppreſſis. 2.) Naſcuntur ex *evacuationibus ſanguinis ordinariis* hæmorrhoidum, menſium, narium *ſuppreſſis*. 3.) Familiares ſunt *ſubjectis* ex alio *diuturno morbo convaleſcentibus*, quandocunque cibis vel copioſis, vel qualitate infenſis plus juſto obruitur prima regio. 4.) *Hypochondriacos*, *phlegmaticos*, *tenerioris texturæ homines ſæpius invadunt poſt graves animi affectus*, motum nimium corporis, Venerem nimiam, item poſt potum frigidum corpori prius calefacto ſuper ingeſtum. Hinc *cauſſa procatarctica* febrium lentarum plerumque ſolet eſſe *ſtaſis humorum* & inde nata viſcerum obſtructio, ex *partium ſolidarum atonia & fluidarum lentore* originem trahens.

§. 3. Quoad *prognoſin* notandum *has febres quo diuturniores, eo periculoſiores* eſſe. Niſi enim mature obſtructiones reſerentur, & ſanguinis mixtura ad legitimam temperiem, liberioremque circulum reducatur facile oriuntur corruptiones viſcerum nobiliorum, & febris lenta convertitur in hecticam.

§. 4. Indicationes *curativæ* in hiſce febribus ſunt 1) ut *ventriculus & primæ viæ* evacuantibus temperatis *abſtergantur* & eluantur 2.) ut *obſtructiones* in viſceribus & venis capillaribus exiſtentes *per reſolventia*, *aperientia*, *& ſanguinem fluxilem reddentia* tollantur & 3.) ut *circulatio ſanguinis liberior efficiatur*, *viresque conſumtæ* blande, & moderate *reſtituantur*.

§. 5. Dari itaque debet ſi vires id patiantur, & diarrhæa abſit, *lene emeticum*. Hoc in principio morbi aliquoties etiam repetitum omne fere punctum curationis abſolvit præſertim ſi prima regio ſaburra vitioſorum humorum repleta ſit, & lenta febris ex alimentorum copia poſt morbum vel hæmorrhagiam largiorem corpori debilitato ſuperingeſta ortum duxerit. Probe tamen notandum eſt ipſa emetica refracta doſi eſſe propinanda ſique laudabilem

bilem

bilem exserunt effectum illorum usus summo cum emolumento repeti potest.

§. 6. Præterea *& purgationes leniores* locum hic inveniunt v. g. infusa laxantia ex *foliis senn. s. stip. Manna, Thamarindis, passulis, Nitro & Rhabarbaro* confecta quæ lenissime educunt vitiosam materiam.

§. 7. In usum porro trahenda sunt ⊖ia digestiva v. g. *Sal digestivum Sylvii, arcanum duplicatum,* ♀ ⊕*latus* ⊕ *pp. s. depuratum* 🜄 *foliata* ♀*i solutio lap. 69. coralliorum &c.* item *aperientia amara*, qualia sunt *myrrha, extractum fumariæ, cardui benedicti, Scordii, Scabiosæ, hedræ terrestris, Veronicæ*, item *succinum*, non alium in finem, quam ut tenax viscida amurca in primis viis existens incidatur, abstergatur, evacuetur & minera obstructionem fovens tollatur.

§. 8. Ratione Diætæ *alimenta humectantia, & modice refrigerantia* omnium sunt optima, lacticinia tamen, & emulsiones parcissime administranda hic sunt, nec non dulcia, item vina ℥sa dulcia, omniaque calidiora multum commoventia.

§. 9. Febris lenta ex mensium vel hæmorrhoidum suppressione præmissis emeticis, vel etiam laxantibus lenioribus ex extractis amaricantibus paratis, *V. S. in pede* prudenter *instituta* moderata tamen tractari commode potest. Quando autem ex sanguinis defectu, & enormi hæmorrhagia nata fuerit præsentissimum damnum inde resultat.

§. 10. *Emetica nunquam danda sunt in morbi statu* sive quando jamjam adsunt diarrhææ, virium defectus, calor internus carnes depascens, & uno verbo quando febris lenta degeneraverit in hecticam.

§. 11. Febres nunquam tractandæ sunt meris *refrigerantibus, saturninis, constringentibus, neque dulcibus pectoralibus.*

§. 12. *Copiosus cibus*, præsertim solidus *circa tempus nocturnum sedulo vitandus est*, utut appetitu majore instructi sint ægri.

§. 13. Sufficiens liquidum sive in *jusculis*, sive in *potu* administrandum est: congruum tamen esse debet humectandi, & demulcendi virtute imbutum, quem in finem commendari meretur decoctum *CC. cum rad. scorz., rad. chin. hordeo, sem. pap., passulis majoribus in s. q.* exhibitum.

§. 14. Alvus in febribus hisce semper sit fluida. Hinc *clysteres* commendari merentur saltim emollientes, vel etiam interne infusum *foliorum sennæ, Rhabarbari, Glycirrhizæ cum ▽ Veronicæ* vel alia dest. factum, addito momento ⦶ atque Julepi rosarum.

CAPUT VI.

De *Febre Hectica.*

§. 1.

HEctica est *febris continua chronica, symptomatica, lento incedens gradu, originem habens ex obstructione vel actuali exulceratione visceris cujusdam nobilioris cum rubore faciei, & phlogosi præsertim post pastum aucta, virium imbecillitate, appetitus prostratione, calore interno lento, & fere* continuo præsertim tempore *nocturno* sudore eodem tempore copiosissimo *colliquativo*, pulsu perpetuo celeri, *urina pauca rubra, & oleosa, sputo copioso, & viscoso cum vel sine pure, & cum corporis contabescentia lenta, ac successiva conjuncta.*

§. 2. Hectica febris differt a lenta. (1) *Quod acerbiora habeat symptomata & quasi tertius lentæ febris gradus* sit. (2) *Quod plerumque ex corruptione & putredine partis cujusdam internæ nobilioris nascatur, febris* autem lenta ex infarctu vel leviore obstructione viscerum. (3) *Quod curatione admodum difficilis sit vel plane nullam admittat.*

§. 3. *Distinguitur* hæc febris *in hecticam primi, secundi & tertii gradus.* Prior species ducitur a nonnullis *dispositio ad hecticam*

ubi

ubi nimirum viscera adhuc salva sunt, & hinc non differt a febre lenta. Altera species oritur *ab obstructione viscerum internorum.* Tertia conjunctam *habet putredinem visceris cujusdam nobilioris* hinc etiam dicitur *hectica putrida vel consumata.*

§. 4. Subjecta Hecticis febribus obnoxia sunt *plerumque macilenta, constitutionis tenerioris, temperamenti cholerici, ad iracundiam proclivia.* Ratione ætatis aggreditur *juvenes ac viros:* ratione morborum vero quibus facilius complicatur, familiaris est *Hypochondriacis, Hydropicis, & viscerum obstructionibus laborantibus*, maxime autem oritur *ex viscerum exulceratione atque putredine* v. g. pulmonum, renum, hepatis, lienis, uteri ventriculi. Spectat etiam huc *dispositio hæreditaria*, si nimirum a talismodi parentibus quidam ortus fuerit.

§. 5. *Caussas easdem habet febris Hectica pro uti lenta.* Ex his enim tandem fiunt Hecticæ. Fiunt autem hæ immediate magis ex obstructione viscerum internorum inflammatoria ex putredine insigni, & corruptela partium internarum; unde exulcerationi pulmonum, renum, mesenterii, pancreatis, vesicæ, uteri, aliisque internis abscessibus facillime jungitur, ita quoque observatione constat ex diuturna tristitia, animique perturbatione vehementiore, item ex doloribus gravioribus maxime in cacochymicis subjectis dispositionem ad Hecticam exortam fuisse, & in genere *omnes errores in rebus non naturalibus commissi facile ansam præbent febri Hecticæ.*

§. 6. Quod *prognosin* concernit *febris Hectica affectus admodum diuturnus, & contumax est.* In specie tamen *facilioris curationis est quæ adhuc in principio*, nec actualem jam abscessum comitem habet, seu ubi saltem adest dispositio ad Hecticam visceribus adhuc salvis & integris. Difficilioris curationis est Hectica secundi gradus, difficilime vel plane non curatur Hectica in febrem putridam conversa, quando nimirum accedunt *sudores colliquativi Diarrhææ graveolentes, urina mingitur crassa & oleaginosa, calor*

adest continuus, facies deprehenditur cadaverosa, Hippocratica. Hæc enim colliquativam resolutionem humorum, seu secessionem seri a sanguine indicant: Et quando hæc symptomata tumor pedum sequitur lethalitatis indicium præbent.

§. 7. Indicatines curatoriæ sunt (1) *ut obstructiones reserentur* (2.) ut *præsens putredo seu corruptio visceris, quantum* fieri potest *avertatur, & intestinus calidus consumens motus sanguinis, & humorum sistatur.* Hinc conveniunt *remedia apperientia* in capite antecedente descripta; nec non *demulcentia, acrimoniam humorum corrigentia, serumque nutritivum blandum restituentia.* Hunc in finem veteribus commendatissimum fuit lac seu humanum, seu caprinum, seu asininum calide sumptum si viscera adhuc salva sunt. Quoniam vero in Hectica vera semper viscerum labefactatio præsens est magis probantur hisce temporibus decocta *ex ras. CC. Eboris, rad. Scorz. chin. . flor. Borrag. Buglos. passul. min. & sem. papav. alb. parata,* addita *Tinctura rosarum atque julapio violarum vel* rosarum, item ♀ aperientes absorbentes ⊕ trosi ex antihectico *poterii, matr. perl., lap. 69. ∇ foliat. ♀, Ceruss. ♄ ⊕, &c.* Commendantur quoque *balnea ex herbis refrigerantibus*, nec non cucurbita in partes dissecta, & lumbis applicata. Hæc enim sanguinem acrem calidissime motum temperant, atque æstum nimium moderantur. In Hectica tertii gradus cum visceris putredine impensiore conjuncta eadem remedia exceptis lacticiniis, & balneis dari possunt, parum tamen proficiunt.

§. 8. Ratione Diætæ commendantur cibi *euchymi facilis coctionis, nempe iuscula* sic dicta *restaurantia, gelatinæ animalium, carnes vitulorum, caponum pullorum &c.* & exhibeantur in parva quantitate; sed sæpius ob virium imbecillitatem, *potus sit optime fermentatus & defæcatus, nec nimis calefaciens, & generosus.*

§. 9. *Quæcunque vires destruunt, nimium evacuant, & motum* celeriorem sanguini, atque humoribus *inducunt sunt nocentissima* uti balnea calidiora, sudorifera fortiora, purgantia ☿ialia.

§. 10.

§. 10. *Balnea refrigerantia cautissime adhibenda sunt in febribus* ex obstructione graviori, & scyrrhescentia cujusdam visceris *enatis*. Facile enim producitur Hydrops vel tumor partium.

§. 11. *Cura lactis becticis ubi viscera corrupta sunt plane est inutilis*: atrophicis autem, si viscera adhuc salva sunt egregie convenit.

§. 12. *Opiata incrassantia, acida & sic dicta frigida quoniam* spirituum motum sistunt, & humores viscidos tenaces reddunt *becticis sunt perniciosissima.*

§. 13. *Omnia adstringentia* uti est *tinctura antiphtisica* Gramanni, item *Saturnina & ♁tialia mortem becticis accelerant.* Quoniam nimium incrassando humores suffocationem in pectore efficiunt

§. 14. *Nimius remediorum, & nutrientium usus becticos lædit.*

§. 15. *Sudores nocturni sub somno accedentes non semper sunt reformidandi, nec sistendi* sed opportune tractandi ne deterius malum inde propullulet.

§. 16. Sudores colliquativi roborantibus quodammodo sistendi & coercendi sunt v. g. *Ebore sine △, CC. s. △, Magist. corall. emulsione ex amygdalis, seminibus* IV. *frigid maj. semine papaveris parata.*

§. 17. *Pediluvia tam in lentis quam becticis usum habent non contemnendum.*

CAPUT VII.

De Febribus malignis.

§. 1.

FEbres malignæ sunt *febres* plerumque *continuæ originem ducentes a turbata sanguinis crasi, mixtura atque* unione, sive a *destructoria atque putredinosa elementorum sanguinis dissolutione.*

§. 2. Signa harum febrium sunt. (1.) *Insignis, ac subitaneus virium defectus, & appetitus penitus prostratus absque notabili & manifesta causa.* (2.) *Impotentia motus voluntarii.* (3.) *Facilis lapsus in animi deliquium* præsertim sub situ corporis perpendiculari. (4.) *Continuus torpor, somnolentia ac dormiendi impotentia.* (5.) *Urina sanorum similis* (6.) *Turbatio mentis & perversa ratiocinatio.* Hisce signis præsentibus quamvis quoad cætera, maxime quoad calorem corporis omnia benigniora videantur, certissimum tamen indicium malignitatis præbent: & licet etiam posteriora signa interdum absint, quod plerumque accidit circa febrium malignarum initium, priora tamen sic satis aperte malignitatem manifestant. Concurrunt etiam præter jam dicta signa alia adhuc symptomata v. g. *inquietudo corporis, cardialgia, summa præcordiorum anxietas, æstus intensissimus, sudor copiosus, sitis, angina, exanthemata varia,* quæ tamen non essentialia sed magis accidentalia malignitatis signa constituunt.

§. 3. Febres malignæ non una incedunt facie; sed *differunt tam ratione individuorum, quam ratione signorum atque symptomatum.* Et quoniam plerumque contagiosæ & Epidemicæ existunt hinc pro diversa constitutione tempestatum varia exhibent signa, nec observantur in omnibus Epidemicis constitutionibus eadem, nec in omnibus ægrotantibus similia. Interdum statim ab initio malignitatis notæ apparent, utplurimum tamen ab initio leniter blandeque procedunt, quinimo blanditie sua tam ipsos ægrotantes, quam medicos fallunt, ita ut difficulter medicus, nisi sit peritus malignitatem ab initio cognoscat. Sæpius enim febres malignæ habentur pro catarrhalibus, lentis, hecticis, quotidianis.

§. 4. Febribus hisce corripiuntur maxime illi, qui vires habent exhaustas, sive per continuos animi affectus, tristitiam, mœrorem, curas, Venerem, sive per nimios labores mentis, atque corporis, seu per intemperantiam in victu.

§. 5. Subjecta *serosa*, *phlegmatica* habitus corporis spongiosi, laxi, *infantes*, *pueri*, *adolescentes*, *fœminæ*, *gravidæ*, *puerperæ Hypochondriaca*, *scorbutica*, *plethorico - cacochymica* facillime contrahunt malignas febres.

§. 6. *Caussas* quod concernit, *proxima* apparet ex definitione, *antecedentes* vero sic dictæ *procatarctica sunt variæ*. Ex his primatum obtinet *aeris constitutio*. Generantur enim facillime ex aere impuro nimis humido, vel calido & humido. Porro maxime nocivus est qui ex inferioribus nimirum stagnis & paludibus putridis inquinatur. Deinde continui imbres, nebulosum ac pluviosum cœlum multum contribuunt ad excitandam putredinem præsertim in corporibus mollibus atque serosis, porro aer intensissime calidus, æstivus ad febres putridas malignas mirum disponit. Observatione enim constat quod æstas calidissima, diuturna potissimum sit genetrix morborum malignorum, ipsius etiam pestis, ac Dysenteriæ malignæ.

§. 7. Ad *caussas remotas antecedentes* pertinent etiam animi affectus, defatigatio corporis, intemperantia, ebrietas, &c. pronti ex practicorum libris, & ipsa experientia constat: & meretur hac de re legi *Hoffmanni dissertatio de malignitatis natura & origine in morbis acutis.*

§. 8. Quoad *prognosin* tenendum est: prædictiones uti omnium acutarum, sic etiam malignarum febrium ratione salutis & mortis esse fallacissimas. Generatim tamen quo major adest virium defectus, & quo vehementiora sunt symptomata superius recensita, eo major acutior & periculosior malignitas & contra.

§. 9. Febres malignæ plerumque evadunt pertinaciores quo magis gelu urget; sed quamprimum circa veris initium gelu remittit, remittit etiam violentia febris.

§. 10. Febris maligna superveniens corpori ad malignitatem suscipiendam prædisposito, semper existit periculosissima.

§. 11.

§. 11. Magnum periculum notant, mortemque prænunciant ſudores continui quaſi colliquativi, urinæ copioſæ & tenues, lacrymarum involuntaria eruptio, alvus copioſius reddita. Hæc enim ſymptomata teſtantur de ſeceſſione particularum ſeroſarum a ſanguineis.

§. 12. Spem reconvaleſcentiæ in morbis malignis facit levis ſurditas & ſubauditio ipſo Hippocrate & experientia teſte.

§. 13. Quod *curationem* attinet variat illa pro diverſitate individuorum, ſymptomatum, & genii morbi. Hinc non datur methodus univerſalis ſanandi morbos malignos; ſed ſemper reſpectus eſt habendus ad naturam morbi & ſymptomata: generales tamen indicationes ſunt (1) ut *vires deficientes reſtituantur, & præſentes conſerventur* (2) ut *blanda diaphoreſi materia peccans diſcutiatur*, & diminuetur, ulteriorque ſanguinis diſſolutio, ac ſtaſis inflammatoria impediatur.

§. 14. Circa *primam indicationem* optandum eſſet ut tale confortans extaret in officinis, quo commode uti poſſemus in omnibus morbis malignis; ſed quoniam deeſt tale analepticum, & vulgo notis corpora interdum magis læduntur: hinc medicus in id potius intendere debet ut decumbentem præſervet ab ulteriore debilitate: quod obtinetur ſi cauſſa removeatur, ſymptomataque graviora avertantur. A nonnullis fine recreandi ſpiritus commendatur *vinum optimæ* notæ; parcius tamen aſſumendum niſi inflammationes, æſtus corporis admodum intenſus, cutis arida imminensque delirium idipſum prohibeat.

§. 15. *Alteri indicationi* ſatisfaciunt *alexipharmaca ſeu diaphoretica blandiora*, & fixiora quæ interdum prima ſub herba malum jugulant, malignitatem præcavent, ſymptomataque periculoſiſſima avertunt. Non datur autem præſtantius remedium *quam* ⊕ *cum camphora*, quibus addi poſſunt Bezoardica terrea fixa, qualia ſunt ♁ *diaph. Bezoardicum minerale, CC. phil. pp., lapides 69.*, ∀ *ſigillata, Bolus Armeniæ*; item *pulvis Bezoardicus Sennerti, pulvis Angli-*

Anglicus, &c. His pro re nata etiam addi poteſt *Theriaca cœleſtis ad gr.* ß. vel *gr.* j. *pro doſi.* Porro *eſſentiæ alexipharmacæ* compoſitæ vel ſimplices mixtæ cum æquali parte ♎ ⊕ *dulcis* in uſum vocandæ, & cum *pulveribus Bezoardicis* ⊕*troſo camphoratis* interpolatis vicibus ſingulis III. vel IV. horis adhibendæ ſunt. De cætero cura ita dirigenda ut ſemper habeatur ratio ſymptomatum magis urgentium.

§. 16. *V. S. in febribus malignis non habet locum* præſertim ubi malignitas intus fuit generata; ſi vero per contagium corpora plethorica cæteroquin ſana afficiuntur, tunc admittenda ſi ſtatim in principio morbi adminiſtretur.

§. 17. *Opiata, Anodyna,* motus ſedantia maxime *ſi pulſus debilis, viresque deficiunt* ſunt pernicioſiſſima. Quoniam Spiritus jamjam deficientes magis intercipiunt, ſanguinisque circulationem, & expulſionem peregrinæ materiæ ad cutis peripheriam impediunt, adeoque utplurimum delirium gravius reddunt, vel inſomnia periculoſa efficiunt, atque anxietates circa præcordia pariunt.

§. 18. *Vomitoria vix locum inveniunt in malignis niſi ſtatim in principio,* ubi ventriculus Saburra vitioſorum humorum repletus eſt, & malum per contagium hauſtum: in morbi progreſſu ſerum abſumendo viresque defraudando ſunt pernicioſiſſima.

§. 19. *Purgantia fortiora* tam in princio, quam in progreſſu morbi penitus ſunt proſcribenda: leniora tamen detergentia fine præſervandi, vel etiam in morbi exordio adhiberi poſſunt.

§. 20. Situs erectus in omnibus morbis malignis præſertim circa tempus criticum nunquam ſuadendus.

§. 21. *Nunquam humida deneganda* ſunt ſi appetat æger modo ſint congrua. Ex his præſtantiſſimum eſt decoctum *CC. radicis Scorzoneræ atque hordei acuatum* ♎ ⊕ *dulci, vel* ♎ ⊕ *phil.* ſive *Tra. IV. florum cordialium.* Hac ratione enim humidum

(D) defi-

deficiens restituitur, ⊖ia caustica virulenta eliminantur, & demulcentur, & ad diaphoresin disponuntur.

§. 22. *Motus naturæ criticos nunquam turbet, aut supprimat medicus*, nec ante tempus accersat.

§. 23. Circa dies criticos abstinendum est maxime a copioso cibo, item jusculis nutrientibus sic dictis instaurantibus in copia assumtis.

§. 24. Temperatus aer isque seremus purus & moderatus, lectique æquabilis calor in omnibus malignis morbis commendatissimus esse debet.

§. 25. Quo mitius tractantur ægri, temperatisque medicamentis curantur, & quo magis vires conservantur omnes evacuationes, & commotiones fortiores intermittendo, eo felicius cura instituitur.

CAPUT VIII.

De Peste.

§. I.

PEstis est *morbus epidemicus, contagiosus, omnium periculosissimus, summe malignus*, gravissimis symptomatibus stipatus, proveniens ab effluviis putridis subtilissimis causticis æthereis, nervosas partes citissime stimulantibus, ac summe irregulares in spiritibus, & sanguine commotiones efficientibus crasin atque texturam illorum valde destruentibus, putredinem inducentibus, actionesque vitales subito extinguentibus.

§. 2. *Pestis contagium* tum ab initio regionem quandam occupat non *adeo facile cognoscitur*; quando vero incrementa sumit, ita *ut plures simul invadat, maximamque ægrotantium partem interimat* tunc certissimi esse possumus de pestilentialis contagii præsentia.

§. 3.

§. 3. *Signa* pestis communia habet cum reliquis morbis malignis, in eo tamen differunt, *quod symptomata omnia in exquisitissimo gradu observentur.* Hisce accedunt specialiora quæ consistunt in *exanthematibus*, & eruptionibus singularissimis quæ vocantur *bubones*, *carbunculi*, *vibices*, *petechiæ nigræ.*

§. 4. Bubones sunt *tumores duri glandularum* vel inguinalium, vel subalarium, vel etiam parotidum, colli, poplitis &c. Carbunculi sunt nihil aliud quam *levis intumescentia partium plerumque carnosarum*, non multum prominentes; sed in partibus quas occupant, profunde sese manifestantes sub specie pustulæ vel unius vel plurium minorum, quas perruptas subsequitur crusta nigra splendens cum summo ardore, inflammatione ac mortificatione partium adjacentium. Vibices sunt *striæ seu radii rubicundi sub cute hærentes*, *& inflammationem doloremque* versus cor deducentes dependentes a carbunculis nunc apparentibus, nunc profundius adhuc delitescentibus. Petechiæ nigræ sunt *maculæ in cute apparentes*, similes vel etiam minores pulicum puncturis.

§. 5. Differentiæ pestis plurimæ inveniuntur apud practicos alia universalis, alia particularis, alia magis contagiosa, alia minus, alia senibus, alia juvenibus magis perniciosa, alia simplex, alia complicata.

§. 6. *Caussa pestis proxima* sunt miasmata venenata putredinosa in aere dispersa, immediate corpori sese insinuantia, vel beneficio respirationis cum saliva in massam sanguineam illata.

§. 7. *Caussæ remotiores* procatarcticæ possunt esse variæ. Ex his *aer* summe æstuans continuo calidus insectorum copia refertus non infimum obtinet locum. Porro testantur observationes etiam a *terræ motu*, a *fame communi*, ab ingenti hominum strage, & cadaveribus putredine resolutis, item ab *inundationibus* aquis diutius stagnantibus pestes atrocissimas exortas fuisse; denique *animi pathemata*, præsertim vehemens terror, metus & tristi-

tia non solum mirifice disponunt corpora ad recipiendum contagium, verum etiam malignitatem valde adaugent.

§. 8. *Prognosis* in hoc morbo admodum incerta est: constat tamen observatione pestem a bubonibus minus periculosam, a carbunculis admodum infensam, a petechiis nigris summe perniciosam, ac lethalem fuisse.

§. 9. Pestis in locis calidis & mensibus æstivis admodum truculenta esse solet, mitescit vero, imo plane extinguitur gelu superveniente vehementiore.

§. 10. Signum in peste bonum est si natura ipsa, intra XXIV. horarum spatium instituat crisin, inprimis vero per sudores, & eruptionem exanthematum in partibus præcipue ignobilioribus cum manifesto ægri levamine & symptomatum remissione.

§. 11. *Cura* est vel præservatoria vel curatoria. Præservationis fine commendantur varia (1.) *non facile jejuno ventriculo exeundum*, (2.) *animus recreandus* conversatione & potu vini Rhenani generosi. (3.) *Aer corrigendus* variis suffimigiis ♎e, *pulvere pyrio*, *succino*, *thure*, *fumo Nicotianæ*. (4.) Denique ex medicamentis ad præservationem commendantur, *Tra. Bezoardica*, item *essentia balsamica*, *alexipharmaca ex Myrrha*, *camphora*, *rad. Contrajervæ*, *&c. parata*.

§. 12. Indicatio curatoria potissimum in eo consistit, *ut contagium susceptum per convenientia alexipharmaca foras* educatur. Hinc in usum vocanda *medicamenta terrea*, sic dicta Bezoardica *cum camphora mixta*, & *cum acetis Bezoardicis propinata* ad eliciendum sudorem. Reliqua cura dirigitur adversus symptomata concurrentia, quæ differunt pro diversitate subjectorum, & pro diversitate ipsius morbi. Hac de re merentur legi ex probatissimis auctoribus ii qui pestis contagio praxin exercuerunt, quales sunt *BARBETTE*, *DIEMERBROICK*, *SYDENHAMIUS*, *SENNERTUS*, *ETTMULLERUS*, *& ex recentioribus RIVINUS*.

§. 13.

§. 13. Alexipharmaca & calidiora remedia v. g. *⊖ia volatilia* °°/*a* ♎ *CC.* ſimiliaque in cura peſtis omnibus modis ſunt vitanda: qua de re videatur *Hoffmanni diſſertatio de methodo curandi peſtem.*

§. 14. Cautelæ circa Emetica atque purgantia obſervandæ videantur in ejusdem diſſertationis §. 30.

CAPUT IX.

De Febre Petechiali & morbo Hungarico.

§. I.

F*Ebris* petechialis eſt *febris continua maligna utplurimum Epidemica* variis ſtipata Symptomatibus, effloreſcentias cutaneas varii coloris, utplurimum tamen rubicundas pulicum puncturis non abſimiles IVto, ſæpius VIImo & IXno die critice excludens.

§. 2. Signa malignitatis hujus febris communia ſunt cum iis, quæ tradita ſunt Cap. VII. Eſſentiale vero & pathognomonicum ſignum præbent *maculæ in cute apparentes*, ac præſertim in dorſo, pectore, & cruribus effloreſcentes.

§. 3. In cognitione harum macularum caveat medicus ne forte alias cutis effloreſcentias v. g. maculas a pulicum puncturis, item Scorbuticas, hepaticas vel etiam ægrotantibus olim in utero materno impreſſas pro petechiis habeat. Diſcernendæ itaque ſunt a pulicum puncturis in hoc, quod petechiæ compreſſione in totum ad tempus evaneſcant; morſus vero pulicum in medio punctulum quoddam ſanguineum, morſus nempe veſtigium relinquant: deinde petechiæ non ſunt adeo rotundæ, ſed plerumque quaſi anguloſæ. A maculis ſcorbuticis diſcernuntur, quod hæ plerumque in brachiis, atque tibiis tantummodo ſint conſpicuæ; illæ vero præter artus dorſum, collum & pectus occupent. Porro maculæ ſcorbuticæ absque maligna febri; petechiæ vero nunquam

 ſine

ſine ea apparent. Ne autem confundanrur cum reliquis maculis cutaneis, quærendus eſt æger vel adſtantes an ante morbi ingreſſum præſentes jam fuerint maculæ.

§. 4. *Cauſſa* hujus febris eſt nihil aliud quam ⊖ *ſubtile cauſticum* putredinoſo orgaſmo ex ſanguine diſſolutum ♌ animales afficiens, illorum craſin ac motum invertendo actiones omnes tam vitales, quam animales turbando, totamque œconomiam animalem breviter deſtruendo, niſi tempeſtiva fiat ſeceſſio ad habitum corporis atque expulſio per poros cutis.

§. 5. Hæc febris absque diſcrimine omnia ſubjecta, cujuscunque ſint temperamenti, ſexus, ac ætatis aggreditur, obſervatur tamen ſymptomatum diverſitas ratione temperamentorum. In ſanguineis enim magis urgent dolores capitis, ac dorſi acutiſſimi, præcordiorum anxietates, vigiliæ, deliria. In cholericis obſervatur ardor intenſior, pulſus celerior ac vehementior, ſitis magna, delirium furibundum. In phlegmaticis atque melancholicis ſopor continuus, ac calor non adeo vehemens.

§. 6. Quod *prognoſin* concernit maculæ rubicundæ ſunt tutiſſimæ, reliquæ quo magis ad obſcurum vergunt colorem eo pejores. (2) maculæ die VIItimo Xmo aut XImo præcedentibus coctionis ſignis apparentes bonæ ſunt: quando vero poſt eruptionem ſymptomata non remittunt peſſimæ. (3) Vigiliæ continuæ phrenitides, deliria, præcordiorum anxietates nullis remediis cedentes, ſingultus, motus convulſivi, extremorum frigus & internorum aduſtio mortem plerunque annunciare ſolent. (4) Quo citius petechiæ erumpunt, & quo facilius retrocedunt eo pejores ſunt.

§. 7. In morbo ſalubri maculæ intenſe rubræ pedetentim palleſcunt, flaveſcunt ſicque evaneſcunt.

§. 8. Solvitur hæc febris plerumque per ſucceſſivam diaphoreſin, nonunquam per hæmorrhagiam criticam narium vel per urinam, interdum etiam per diarrhæam.

§. 9.

§. 9. *Indicationes curatoriæ* sunt, ut *vires conserventur & materia peccans e corpore eliminetur*. Hinc convenientissima sunt *diaphoretica alexipharmaca, nec non analeptica & humectantia* cap. VII. descripta : ex quo capite etiam cautelæ hic loci ebservandæ repeti possunt.

§. 10. Pertinet ad hocce caput morbus sic dictus *Hungaricus seu castrensis* quippe qui non differt a febre petechiali nisi symptomatum atrocia. Quando enim petechiis complicatur inflammatio faucium, atque colli cum acerbissimo capitis dolore, cardialgia, & anxietate graviore deliriisque atrocioribus tum dicitur morbus Hungaricus. De cætero quo ad causam, atque curationem in omnibus convenit cum febre petechiali, reliquisque febribus malignis.

CAPUT X.

De Variolis.

§. I.

VAriolæ sunt *efflorescentiæ seu maculæ rubicundæ* ab initio parvæ postmodum increscentes porro sainem crustamque gignentes, ac tandem exsiccatæ decidentes, plerumque in universa cute circa diem 4tum erumpentes cum *febri* sæpius *acuta continua* imo sæpe *maligna*, comitatæ variis interdum gravissimis per omnia totius morbi tempora symptomatibus, donec materia hostilis peregrina edomata ad habitum corporis trajecta, tandemque penitus rejecta fuerit.

§. 2. *Hic affectus omnibus fere hominibus cujuscumque sint constitutionis, admodum familiaris est*, magis tamen congruus ratione ætatis infantibus ac pueris, in quibus non tantam exercet tyrannidem, quam in adultis, & quando Epidemice grassantur variolæ.

Ob-

Observatione constat, quod plerumque corpora maxime ejusdem temperaturæ vel etiam ætatis imo sanguinis corripiant, unde propinqui etiam inremotis & dissitis locis degentes uno eodemque tempore interdum corripi solent variolis.

§. 3. *Aggreditur hic morbus* plerumque ab initio *cum vehementi dorsi capitisque dolore*, pulsu celeri, calore p. n. præcordiorum anxietate, quibus sæpius associantur pruritus narium, punctio universi corporis, pavores in somno, lacrymæ involuntariæ, temporum pulsus, sputi crassitires, oris siccitas, hæmorrhagiæ largiores, diarrhææ, inquitudines & jectigationes contingere solent ante eruptionem.

§. 4. *Morbilli ab initio & ante eruptionem iisdem stipati sunt symptomatibus.* Hinc admodum difficilis est dijudicatio. Quoniam autem raro simul grassantur ex contagio, facile judicabit medicus qualis morbus ex hisce subsit: ordinario tamen morbilli magis solent petere pectus, & cum tussi invadere. Vocatus itaque medicus tempore horum morborum epidemice grassantium ab adstantibus inquirere debet an ægrotans variolis vel morbillis ante hac correptus fuerit? item an cum infectis vel saltim his cohabitantibus versatus fuerit nec ne?

§. 5. Quando adhuc dubius est medicus in prognosi ferenda expectet saltem diem 4tum, ubi post eruptionem vairolæ sensim in tubercula elevatæ tandem suppurantur; morbilli vero neutiquam intumescant sed sine suppuratione circa diem nonum aut undecimum evanescunt. Certissimum itaque signum variolarum est si circa diem 4tum in cute præsertim in facie, dorso manibus & pedibus appareat copia macularum purpurearum sensim, sensimque detumescentium, quæ postmodum suppurantur exsiccantur & decidunt.

§. 6. *Variolæ non sunt unius ejusdemque genii* sed distinguntur *ratione symptomatum in begninas seu regulares vel malignas seu irregulares.* Benignæ iterum cum, vel, quod rarissimum sine febre

febre apparent. Malignæ cognoſcuntur ex ſignis malignitatis,quæ febb. malignis complicari ſolent. Ratione numeri modique eruptionis diſtinguuntur in paucas atque diſtinctas & in copioſas & confluentes. Porro ratione modi eruptionis interdum citius & cum impetu utplurimumvero lente & paulatim erumpunt, ratione figuræ conicæ apparent, & germanice vocantur die Stein-Pocken, ratione materiæ in puſtulis contentæ aliæ fundunt ſaniem aquoſam, quæ vocantur die Waſſer-oder Wind-Pocken. Alia craſſiore minusque fluxili materia repletæ tunicarum duritiem proferentes vocantur die Stein-Pocken. Medio modo ſi ſe habet materia vocantanr die rechte Pocken. Materiæ autem diverſitas utplurimum a temperamentis dependet, ſic humidiores obſervantur potiſſimum in ſanguineis & pueris, ſicciores maculæque erumpentes magis ad flavedinem vergentes in ſubjectis bilioſis, in piutuitoſis puſtulæ apparent albicantes rotundæ muco plenæ, in atrabilariis interdum conſpiciuntur nigræ, & hinc utplurimum ſolent eſſe vel minus ſalubres, vel plane lethales.

§. 7. *Cauſa proxima* hujus morbi eſt materia acris cauſtica ſalinæ indolis ſub involucris ſanguinis viſcidis citra noxam diutius latitans, non tamen intime miſcibilis, hinc a cauſis occaſionalibus liberata, ſpaſmos irritationes & commotiones inordinatas ſanguini atque humoribus inducit, donec ad habitum corporis propulſa correcta & evacuata energiam ſuam amittat,

§. 8. Acredinem & qualitatem cauſticam materiæ varioloſæ indicant inter alia inflammatio, exulceratio & fiſtuloſa ulcera quæ interdum non tantum in ipſis pulmonibus relinquuntur, verum etiam in ipſo habitu corporis poſt diſſipatas variolas efflorescunt. Dolores quoque ſpaſmodici non niſi effectus ſunt ſalis acris,cujus indolem etiam manifeſtant vomitus, diarrhææ, pruritus cutis; unde vero morboſum hocce principium originem habeat res altioris eſt indaginis, pariterque multum controverſa,

§. 9. *Inter cauſas remotiores* & procatarcticas primo loco merito accuſandus erit *aer*. Quemadmodum enim omnes morbi contagioſi facile ex aeris intemperie proveniunt, ita in ſpecie aer ad producendas variolas ſuum confert ſymbolum, præprimis autem conſtitutio ejus nimis humida, nebuloſa, calida diutius durans

rans disponit ad putredinem. Præter aeris constitutionem dantur quoque aliæ causæ *ex abusu rerum non naturalium* desumendæ principalis tamen causa, & Epidemici mali origo quærenda est in aere.

§. 10. *In variolarum morbo probe considerand a sunt ejus tempora* nimirum tempus ebullitionis, eruptionis, exulcerationis & exsiccationis.

§. 11. *Tempus ebullitionis a primo invasionis die ad quartum extenditur*, & conjuncta habet symptoma superius descripta.

§. 12. *Eruptionis tempus incipit quando apparent maculæ ab initio minimæ & rubicundæ*, quæ deinde in latum quodammodo porriguntur & eminentiam quandam acquirunt IVto ab invasione die. Sic primo eruptionis egrediuntur sparsim subsequentibus autem nimirum Vto & VIto copiosius erumpunt, & postquam apparent in cute ordinario symtomata quodammodo remittunt.

§. 13. *Tempore exulcerationis symptomata iterum ingravescunt* circa diem enim *VIItimum IXnum* cum exulcerantur de novo observatur pulsus celer, calor p. n. auctus, sitis, accedit dolor cutis, fauces interdum loborant aphtis, vel etiam aspera arteria cum ipsis faucibus variolosis exulcerationibus corripitur cum intensa inflammatione, ardore, sputi crassitie, eo autem ordine quo eruptio facta fuerit contingit suppuratio. Successive enim cum dolore tumore, atque rubore attolluntur & liquore primum liquido, postea flavescente crasso implentur. Desinit suppuratio utplurimum die IXno si pauciores sint variolæ si copiosiores XImo.

§. 14. *Exsiccatio incipit a die XImo & ex porrigitur ad XIV.* interdum *usque ad XXI.* Successive enim crustam acquirunt, ac tandem decidunt.

§. 15. *De eventu variolarum judicamus ex febri conjuncta*, symptomatum natura, variolarum ratione viribusque ægrotantis.

§. 16. *Bonum signum præbent variolæ si circa diem* tum vel. *VIItimum tumor cutis & inflammatio accedat* febrisque cum symptomatibus recedat contra quo minor inflammatio tumor que observatur symptomataque in statu manent, eo periculosior eventus sperandus.

§. 17. Hamorrhagiæ narium, vomitus & alvi fluxus ante eruptionem modum non excedentes subjectis plethoricis sunt salutares Suppressas hasce excretiones facilè sequntur convulsiones, atque deliria.

XVIII.

§. 18. Quo copiosiores sunt variolæ & profundius cutim inflammant eosunt pejoris indolis, & cum majore symptomatum sævititia stipatæ præsertim in adultis, ac subjectis habitus corporis sensibilioris. Ob doloris enim vehementiam summa inquietudo, virium defectus, febris gravior, & tandem convulsiones succedunt, omnesque qui variolis pereunt, convulsionibus moriuntur.

§. 19. Convulsiones ante eruptionem non sunt metuendæ; si vero continuent, vel post expulsionem redeant sæpe lethales sunt.

§. 20. Gravidæ variolis tentatæ facile patiuntur abortum.

§. 21. Malum signum est copiosi seri excretio maxime in adultis seu per alvum seu per urinam salivam, aut sudorem. Detrahitur enim hac ratione materia quæ, ⊖ variolarum causticum de demulcere, & mitigare debebat, & quo copiosiores sunt variolæ eo periculosior quoque talis largior humorum ejectio est.

§. 22. Si ægri vehementer sitiant intusque continuo angentur, prompteque refrigerescant detumescantque variolæ clauco livore pallescentes instat mors.

§. 23. In cura hujus morbi duplicem scopum medicus præfixum habere debet: unum præservatorium, alterum curatorium.

§. 24. Præservationis gratia medici auxililium imploratur vel ut contagium plane avertatur, vel ut morbus mitior, & benignior evadat. Ante omnia itaque ratio Diætæ probe est habenda, & vitæ genus ita instituendum ut temperantia in cibo, potu, venere, & abstinentia ab animi affectibus, præsertim tristitia adhibeatur. Porro primæ viæ probe expurgandæ, non calidis aloeticis, sanguinem exagitantibus; sed blandis & mitioribus, quem in finem commendatur Rhabarbarum cum Mercurio dulci rite præparato. Si ventriculus suburra vitiosorum humorum est repletus & nausea adest metusque corpus etiam miasmate infectum esse lene emeticum prudenter adhibendum v.g.

Rec, ▽ card. ben. ℥ß
♀ emet. gr. j. vel, ij
Træ Bez. gtt. X.
m. d. pro dosi.

Tandem pulveres absorbentes ⊕trosi in præservatione vel mitigatione hujus moribi egregiam locant operam dum ⊖ia sanguinis biliosa acria temperant, & sic benignas, & pauciores variolas efficiunt.

§.25. Alter scopus curationis differt etiam pro diversitate temporum hujus morbi. Ebullitionis tempore adhiberi possunt temperata alexipharmaca, leniter expellentia qualia sunt pulveres compositi Bezoardicus Sennerti, pulvis Anglicus mixtus cum nitro & tantillo theriacæ cœlestis, item ♎ ⊕ cum tinctura Bezoardica l. essentia Scordij.

§. 26. Tempore eruptionis potest parari emulsio ex seminibus expellentibus Aquilegiæ Napi & aquis destillatis scabiosæ, Scordij florum sambuci, Acaciæ, fœniculi, cui addi potest CC. sine △ vel uniconu fossile atque Julepus Rosarum. Hæc emulsio interdum sola ad expellendum sufficit. Quod si autem paulo segnior sanguinis motus sit in hac emulsione adhiberi possunt tinctura Bezoardica vel liquor CC succinatus, essentia Scordij refracta tamen dosi & repetitis vicibus.

§. 26. Tempore suppurationis si pustulæ renuunt attolli & calor excessivus adest myrrha electa in substantia ad gr. V. pro una dosi cum pulvere Bezoardico & croco mixto egregie puris generationem promovet. Quod si autem suppuratio in statu fit desistendum a Myrrhatis ne febris inflammatoria increscat, & tunc potius temporis adhiberi iterum possunt emulsiones paratæ *e semenibus IV. frigidis majoribus semine papaveris* & *aquis* destillatis *scabiosæ sambuci, florum tiliæ, acaciæ, cerasorum nigr.* ☿io *diaphoretico* atque *syrupo papaveris albi*, quæ emulsio ardorem & dolorem mitigando gravissima præcavet symptomata.

§. 28. Tempore exsiccationis quando materia purulenta sufficienter existit in pustulis *myrrhata cum terreis, & pauxillo Croci* iterum in usum vocanda. Hæc enim sanguini balsamum addendo egregie consolidant, & viscerum internorum labem, phtisin, ulcera cacoethica, cachexiam, quæ dissipato variolarum morbo quandoque in cacochymicis accedunt, præcavent. Quando autem materia corrosiva profundius in exsiccatione serpit, carnemque depascit, & ulcera cacoethica metuenda, sequens linimentum adhiberi potest,

Rec. Tra. Myrrch.
Tartari

🜄 Camph.

🜈 Camph. aa. ℥ß
Sach. ♄ ʒß
🝆 *Amygd. d.* ʒVI *m.*

§. 29. Tandem ſymptomatum ratio etiam habenda, quæ hoc in morbo interdum ſunt graviſſima & admodum periculoſa. Ex his tempore ebullitionis principale eſt *nimia hæmorrhagia.* Siſti hæc poteſt *aceto roſarum cum 🜈 camph. mixto,* partim tepide in nares attrahendo, partim etiam collo applicando. Pedes ac partes externæ probe defendendæ ſunt a frigore. Interne ſolum ⦶ cum gran. ij, camphoræ mixtum præſtantiſſimam fert opem.

§. 30. *Epilepſia* interdum ſuperveniens accedente eruptione ſponte ceſſat. Huic tamen opponi poſſunt Eſſentia Caſtorei cum ♁ ⦶ dulci, item pulvis *marchionum* cum cinnabari mixtus.

§. 31. Adverſus delirium commendatur ⦶ cum camphora mixtum, externe 🜈 camphoratus cum 🝆 ligni Rhodij mixtus, & tepide fronti applicatus egregie juvat. Solet tamen & hoc, ſi nulla adeſt malignitas, ſponte ceſſare medio eruptionis tempore. Hoc niſi contingat læthalitatis præſertim in adultis, ſignum præbet.

§. 32. Diarrhœa ſuppurationis tempore ſuperveniens viresque conſumens cautiſſime ſiſtenda eſt non opiatis & fortiter conſtringentibus; ſed pulvere ſequenti.

Rec. pulv. Bez. ʒj.
Ther. cœl. gr. ij.
⦶ *puriſſim. gr. X.*
M. f. pulv. div. in ʒ *doſes.*

Externe 🝆 *menthæ cum* 🝆 *maſtichino* mixtum, calideque inunctum niſi puſtularum copia idipſum diſſvadeat, erit convenientiſſimum.

§. 33. Ne oculos occupent variolæ ſæpius tepide inungi poſſunt mucilagine ex ſemine Cydoniorum c. 🜄 roſ. parata addita camphora & Croco. Hoc etiam medicamento labia inungenda ſunt ad præcavendas puſtulas.

Laryngis atque faucium regio defendi a variolis poteſt gargariſmate ex floribus ſambuci, rad. Alth. glycirrh. ficubus addito pauxillo croco l. etiam ſolum lac tepidum c. ſacharo & croco mixtum loco gargariſmatis applicari poteſt.

§. 35. Ad vestigia variolarum in facie & cute tollenda linimentum consistens ex axungia humana, spermate ceti ☍ amygd. d. cera alba, camphora, cerussa, ☍ ♀ per deliquium ☍ Jasmini parari & instar emplastri applicari potest.

§. 36. Cibus sit tenuis, & præstat per tria priora tempora saltem juscula adhibere ex lentibus l. *avena decorticata*. Loco potus ordinarii commendatur *decoctum hordei vel ras. CC. & radicis Scorzonera*,

§. 37. Tempore ebullitionis moderatus lecti & hypocausti calor est suadendus, & præstat uti integumentis, quæ volgo vocantur Madratzen: ita quoque tempore suppurationis moderatissimus debet esse calor ne symptomata, & calor augeantur.

§. 83. Omnia sudorifera calida cane pejus & angue fugienda sunt, quoniam copisiores variolas, pejoraque symptomata susci, tant.

§. 39. Vinum parcissime est adhibendum & non insi tempore eruptionis, & quidem dilutum aquis destillatis.

CAPUT. XI.

De Morbillis.

§. 1.

MOrbilli sunt *macula parva rubra in cute* seu peripharia corporis critico naturæ motu erumpentes cum protuberantia minore pruritu cutis, & febri continua plus, minus ve acuta in cute aliquandiu perseverantes, tandemque sine suppuratione evanescentes.

§. 2. Symptomata morbillos concomitantia conveniunt potissimum præsertim ante eruptionem, cum symptomatibus variolarum, ac utplurimum acerbissima apparent, ita ut sæpius plus facessant negotii, & plus periculi videantur involvere, præsertim in plethoricis, quam ipsæ variolæ.

III. Morbilli

§. 3. Morbilli distinguuntur a variolis (1) quod cum pruritu cutis & *minore protuberantia* erumpant. (2) *quod citra suppurationem* successive & insensibiliter evanescant. (3) quod *circa pectus symptomata excitent vehementiora* v. g. tussium, angustiam præcordiorum ita ut sæpius metus suffocationis subsit præsertim in infantibus & habitus corporis succulentioris,

§. 4. Morbilli easdem cum variolis agnoscunt causas, nimirum ⊖ quodam causticum vel ex vitiato sanguine menstruo tempore gestationis vel depravato nutrimento tempore lactationis assumto, ortum, sub involucris sanguinis ramosis tamdiu in corpore hærens, donec tandem certa sanguinis dispositione certoque aeris statu a vinculo sanguinis secedat, & in motum deducatur.

§. 5. Morbilli præsentes cognitu non sunt difficiles, imminentes vero facile confunduntur cum variolis, quoniam ex iisdem fere signis & symptomatibus cognoscuntur nisi quod in variolis semper major dorsi observetur dolor, in morbillis major cutis pruritus, copiosiorque lacrymarum proventus involuntarius.

§. 6. Quod *prognosin* attinet adultis semper sunt periculosiores quam pueris, deinde semper meliores sunt qui citius erumpunt, & citius etiam iterum evanescunt ita ut die VI VII. res omnis conficiatur. Porro Morbilli sparsim erumpentes benigniores confluentibus; ratione coloris semper pejores sunt virides, violacei, nigri & qui tardius exeunt, aut mox ad interiora recurrunt, magnamque pectoris angustiam, & frequentem syncopem conjunctam habent; ratione symptomatum quo febris & symptomata mitiora eo melior status & vice versa; denique qui morbillis moriuntur plerumque peripuenmonia vel catarrho suffocativo superveniente pereunt.

§. 7. Quo ad curam coincidit illa ferme cum variolis: ædem quippe adsunt indicationes, nempe materia acris ⊖ino corrosiva quæ secessum a sanguine molitur mitiganda, diluenda demulcenda ac temperanda, deinde successive per habitum corporis sine insigni tumultu temperatis remediis perspirationem promoventibus discutienda, ac exterminanda.

§ 8. Instar omnium autem ex medicamentis commendantur *mixturæ* paratæ ex aquis destillatis *flor. sambuci, acaciæ, herbæ scabiosæ Scordij vel cardui benedicti, Scorzoneræ, papaveris erratici* quibus commi-

sceri

ſceri poſſunt diaphoretica fixiora *lapides 69. mater perlarum,* ♁ *diaph. item Cinabarina, pulv. Anglicus* ⦶ *præp. Diaſcord. Fracaſt. ſyrupus papav. alb.* & ſimilia.

§. 9. Si Diarhæa nimium urget remediis jam dictis addi poteſt momentum *therica cœleſtis*: ſi vero peripneumoniæ metus ſit *pauxillum Camphoræ.*

§. 10. Si tuſſis urget commendatiſſimum erit *electuarium* paratum *ex* ℴ *amygd. dulcium* recenter expreſſo, *ſpermat. ceti recenti, ſacharo cando ſyrupo viol.* additis aliquot *guttulis* ℴ *Aniſi ligni Saſſafras & pauxillo Croci orientalis.*

§. 11. Circa declinationem *eſſentia balſamica pectoralis* laudatiſſimum exſerit effectum quæ eſſe talis poteſt

Rec. Eſſ. noviſt.
mirrh.
croc.
Glycirrh. aa. ℥j
ℴ *mac.*
aniſ. aa. *gut.* ij.
m. d. ſ. Bruſt Elixir. zu 30. Tropffen.

§. 12. Loco potus ordonarij adhiberi poteſt *decoctum CC. c. rad. Scorzoneræ* paratum vel etiam *infuſum Theæ. Veronicæ* additâ *Scorzoneræ.*

§. 13 V. S. ante eruptiones in ſtatu plethorico, & juvenili ætate præſertim ſi morbus cum anxietate invadit adhiberi commode poteſt niſi virium defectus vel diarrhæa conjuncta idipſum diſſuadeat.

§. 14. Exulent in cura morbillorum omnia *ſudorifera calida purgantia* ⊖*tna alimenta calida, vinum, cerevifiæ craſſiores ſpirituoſæ necnon hypocauſti & lecti calor exceſſivus.*

§. 15. *Diarrhææ* etiam per alquot dies durantes non ſtipticis opiatis ſiſtendæ; ſed *diluentibus, temperantibus & balſamicis* tractandæ. Quando enim præpoſtere ſiſtuntur in ſignis virium & appetitus proſtratio, graviſſimaque ſymptomata inde exſurgunt, quandoque etiam exulcerationes anginoſæ oris & faucium originem inde ſumunt.

CAPUT.

CAPUT. XII.

De

Purpura

§. 1.

PUrpuræ nomen apud auctores varie accipitur, & interdum pro febribus malignis in genere, interdum *pro petechialibus* tantum, jam in alio significatu sumitur. Strictiore tamen in sensu significat *exanthemata sub miliorum granorum specie in corporis peripheria erumperentia nunc sine omni febre aut certe mitissima, in non paucis* sic satis sunt *maligna*, ut plures intereant non æstu modo *intensissimo, ac siti sed & anxietate cordis summa, cephalalgia, similibusque symptomatibus gravioribus* exhausti.

§. 2. Invadit hic morbus plerumque *cum levi horripilatione*, quam mox *insequitur æstus, & calor corporis intensus cum siti anxietate præcordiorum, dolore capitis ac dorsi tussicula continua*, quæ symptomata circa alterum aut tertium diem crescunt donec *exanthemata sensim* sensimque *in dorso imprimis collo, & pectore prævio quodam pruritu* & aliquali *cutis rebedine* egrediantur quæ postmodum *in superficie cutis exsiccatæ tampuam sequamulæ decidunt*.

§. 3. Imminentis purpuræ signum esse solet tussicula continua, & sicca egrotantibus summe molesta, cum exquisito dorsi dolore, ac punctione sub cute, facta autem exanthematum eruptione signis diagnosticis non indigemus. Statim enim accernuntur, & ab aliis exanthematibus dijudicari possunt.

§. 4. Aggreditut hic morbus absque discrimine mares ac fœminas infantes & adultos: in nonnullis tamen locis puerperis præ aliis magis familiaris est, & malignior & funestior existit.

§. 5. Purpura non una incedit facie intetdum sic satis *est benigna*, interdum summa cum *malignitate conjuncta*. Ratione coloris exanthemata nunc apparent *rubicunda* nunc *alba*, interdum *albæ efflorescentiæ rubicudis superveniunt*, ipsisque quasi insident.

§. 6. Causa purpuræ proxima est serum corruptum, vitiosum ⊖sum motu intestino calido axaltatum. Prout itaque majo-

re vel minore acredine est præditum ita nunc gravioribus nunc mitioribus symptomatibus ansam præbet.

§. 7. Causas mediatas præbent omnia ea, quæcunque mixturam sanguinis turbare, ac pervertere valent, maxime autem tempestates anni irregulares, & errores in rebus non naturalibus commissi. In puerperis accusanda veniunt lochia retenta, sanguis circa uterum stagnans corruptus s. oppressus.

§. 8. Quoad prognosin generalis illa regula iterum repetenda: quo nimirum symptomata sunt graviora eo periculosior status. Porro observatione constat purpuram rubram non semper adeo periculosam, albam vero utplurimum maxime esse malignam. Purpura retropulsa a quacunque etiam causa sive externa s. interna id contingat periculosissima excitat symptomata nimirum summas anxietates, convulsiones, deliria &c. Pulsus debilis, tremulus, inæqualis & concussivus utplurimum est lethalis.

§. 9. Quoad curationem prudentis medici est materiæ causticæ qualitatem corrigere, mitigare, temperare, & nimias motuum inordinationes sistere, blandamque secretionem materiæ molestæ per cutis poros promovere. Hinc repetenda hoc loco ea sunt, quæ capite antecedente circa curam morbillorum tradita.

§. 10. V. S. in plethoricis est convenientissima legitimo tamen tempore administrata. Facilius enim secedit e corpore materia morbosa hostilis si sanguis liberius per vasa circulari potest.

§. 11. V. S. In puerperis sanguine plenis & post partum non satis purgatis etiam locum habere potest: a qua tamen abstinendum si præsentes jam sunt maculæ, si illæ iterum retropulsæ, vires prostratæ, & alvi profluvium adest.

§. 17. Pertinent ad hunc affectum *maculæ* sib dictæ *volaticæ infantum* quæ nihil aliud sunt quam macualæ rubræ, & quasi ignitæ cum vix effaru digno tumore hanc vel illam partem occupantes, & de loco in locum migrantes vel per universum corpus quasi quædam parva Erysipelata erumpentes cum calore intensissimo, siti magna, torminibus ventris, sæpiusque concurtentibus convulsionibus ortæ a principio quodam acri ⊖ino plus minusve volatili.

§. 13. Coincidit hic morbus quoad causas cum purpura atque morbillis: Hinc etiam remedia Interna debent esse Bezoardico-diapho-

diaphoretica: externe vero quoniam hæ maculæ facile corporis orificia occupare, sicque ad interiora migrare solent commendari meretur crocus cum 🜄 camph. permixtus, quibus orificiorum ambitus muniedus erit. Legi hac de re meretur *Freidenbergii* dissertatio inauguralis de maculis volaticis Epilepsia conjunctis hic loci habita, & sub directione *DD. Valentini* conscripta. Evolvi etiam poterit *Sernertus de febb. l. IV.* 12. ubi de Variolis & Motbillis. Idem ejusdem epistolarum medicinalium Cent. I. 88. & II. 18.

CAPUT. XIII.

De

Febre ardente biliosa quæ a veteribus Causus dicitur a recentioribus nonnullis tertiana continua.

§. 1.

FEbris ardens biliosa est febris continua acuta, orta a commotione sanguinis, & humorum inæquali, atque celerima, & ab intemperie acri biliosa ⊖ino ♀ea, cunjuncta cum siti vehementi inexplebili calore intensissimo arido, pulsu celeri & vehementiori, quandoque etiam debili, urina flammea cruda interdumque clara peneque pellucida.

§. 2. Invadit ordinarie cum levi horripilatione quam mox subsequitur calor intensissimus citra madorem, torridus & aridus, adeoque major æstus hisce Febb, complicatus est quam aliis, concurrit cardialgia, anxietas præcordiorum maxima, nausea, & fastidium ciborum, capitis dorsique dolor, interdum per alvum dejiciunt, & quidem cum euphoria materiam copiosam biliosam, quandoque etiam per vomitum, maxime in personis cholericis. Quando cum rigore invadit morbus nonunquam alvus est adstricta, cui facile associatur furor, atque delirium, ægrotantes ipsa in febre ad iram, præcipitantiam, impatientiam, loquacitatem ordinario sunt proclives.

§. 3. Investare hæc febris solet subjecta biliosa rarioris texturæ, ad iracundiam proclivia, juvenes ac viros , raro senes vel infantes.

§. 4. Tempus quo grassatur est plerumque æstivum caniculare circa solstitium æstivum , interdum etiam sed rarius circa solstitium hyemale , ubi ordinarie pejora subsequi solent symptomata.

§. 5. Annumeratur hæc febris continuis , quoniam absque intermissione continuo durat : habet tamen exaberationes suas, & interdum quotidie circa vesperam symptomata ingravescunt, ut plurimum tamen tertio demum die. Hinc etiam dicta fuerit tertiana continua.

§. 6. Causa hujus morbi proxima est intemperies sanguinis ⊖nio ♀ea acris biliosa ad destructoriam seu putredinosam mixturæ sanguineæ turbationem , atque corruptionem tendens. Scoriæ enim ⊖nio-♀eæ tam propter constitutionem naturalem , quam propter alias causas procatarcticas in sanguine cumulatæ, nec per alvum, aut urinam vel sudorem secretæ a vinculo sanguinis liberatæ motum sanguinis intestinum vehementissimum efficiunt, gravissimaque symptomata inducunt.

§. 7. Causæ remotiores procatarcticæ possunt esse variæ sc. aer summe æstuans, iracundia , intemperrantia , suppressio sudoris , abusus aromaticorum ⊖sorum , acrium, potus liberalior vinorum dulcium , similiaque.

§. 8. Furor , atque delirium in hac febri , præsertim si urina tenuis, cruda ac pellucida sit, pessimum præbent signum. Præterea pravum etiam signum præbent extremitates partium subfrigidæ,& æstus internarum maximus: item Angina,& sudor non dispersus æqualiter per totum corpus , sed etiam in capite vel claviculis subsistens , non autem ad interiores partes transiens.

§. 9. Alvus quo magis aperta , eo melior status ægrotantis, contra pejor, quo pertinacius clausa. Tunc enim detinentur scoriæ biliosæ, quæ cardialgiam , delirium , majoremque æstum excitare solent.

§. 10. Terminare in salutem hæc febris solet septimo die sive per narium, hæmorrhagiam in juvenibus & succi plenis, sive per dejectiones biliosas in Cholericis , vel etiam per sudorem.

§. 11.

§. 11. Optimum & salutare signum est si die septimo, nono aut undecimò superveniat Icterus.

§. 12. In cura principalis medici intentio esse debet acrimoniam ⊖ino ♁eam biliosam in sanguine & intestinis mitigare, contemperare, & per eas vias quas natura intendit, evacurare. Hinc convenientissima sunt humectantia, demulcentia, ⦶osa, evacuantia leniora in principio administrata, item V. S. nec non anodyna leniora uti sunt *papaveracea* item *acidula*. Parari itaque possunt mixturæ ex ▽*is dest. Scorzon. Boraginis, Buglossæ fl. tiliæ, Sambuci, nymph. papav. errat. addito* ⦶ *purificato, matr. perl. conch. præp. diascord. Fracast.* ♎ ⊖ *vel* ⦶*dulci vel julepo Rosarum, syrupo granatorum*. Etiam c. aquis prædictis & *sem. IV. frig. maj emulsiones* demulcentes præscribi possunt.

§. 13. Quando febris hæc invadit plethoricos f. sint sanguinei, f. sanguineo-cholerici, præsertim si evacuationibus consuetis & ordinariis suppressis laborant V. S. primis diebus administrata est saluberrima.

§. 14. Fortiora commoventia qualia sunt purgantia validiora, sudorifera spirituosa nimium, ⊖ia volatilia oleosa exulent in cura febrium ardentium. Ab his enim remediis materia peccans fortiori commotione, & cum impetu detruditur ad partes sanguineas, in quibus facile periculosas inflammationes procurare valet.

§. 15. Alvus in hoc morbo semper libera, ac fluida servanda, & si non commode fieri potest laxantibus, internis, clysteribus id fiat necesse est. Ita quoque alvi fluxus criticus cautissime pertractandus nec adstringentibus sistendus. Quod si autem metus sit, diarrhæam nimium dejicere vires, externe *stomachica aromatica*, interne vero *blanda diaphoretica cum theriaca cœlesti* mixta adhiberi possunt.

§. 16. Hæmorhagia circa IVtum vel VIImum diem accedens non est tractanda sistentibus & adstringentibus f. internis f. externis. Interne ultra Diascordium & ⦶, externe vero ultra applicationem Epithematis ex aceto rosaceo camphorato ad collum & tempora non est ascendendum.

§. 17. Multum bibat æger sed non nimis calide, nec nimis frigide. Loco pot⁹ itaq; ordinarii inservire poterunt sæpius commendata *decocta Scorzoneræ, Scordii & C C vel emulsiones ex sem. IV. frigidis vel* etiam *cerevisia tenuis cui Tra. fl. bellidis* est in stillata.

§. 18. Quando remisit calor cum cardialgia, & vomitu declinationis tempore adhiberi possunt pilulæ ex extractis amaris *centaurii minoris, Absinthii cum Aloe,* ⊖*e succini,* & ⦶*o* ℥*iato* paratæ: quæ etiam dari possunt præservationis causa, vel loco harum pilularum adhiberi potest *Rhabarbarum cum* ⦶*o,* & *lap* 69. *mixtum.*

CCPUT XIV.

De

Febribus intermittentibus in specie quotidiana.

§. 1.

FEbrium intermittentium formalis ratio convenit cum reliquis febribus Consistit nimirum in circulatione sanguinis inæquali & inpropoportionata, tum mox ad interiora sub frigore atque horrore, mox ad exteriora sub calore. p. n. sanguis cum impetui fertur, variaque pro diversitate materiæ peccantis producuntur symptomata.

§. 2. Differunt febres intermittentes a continuis maxime in hoc, quod in illis omnia symptomata cum circulatione sanguinis inæquali ac improportionata *certo tempore plane remittant,* & *stato tempore, imo statis periodis revertantur:* & prout illud temporis spatium differt, varium febris sortitur nomen, & *vel quotidiana, vel quartana &c.* appellatur.

§. 3. Causa hujus diversitatis consistit in materia morbifica, quæ quo lentior est, eo tardius redeunt paroxysmi: qua de re legi meretur *Hoffmannus in Poterium p. m.* 877. *seqq.*

§. 4. Paroxysmi febrium intermittentium *vel statis periodis redeunt, vel erratici & vagi sunt.* Si illorum accessio adeo irregularis est, ut non modo horis incertis, sed & diebus dubiis ægrum prehendant *febris dicitur erratica.*

§. 5. Febres intermittentes aliæ vernali ac æstivo tempore accedunt, aliæ autumnali & hyemali. Priores facilius, posteriores vero longe difficilus curationem admittunt.

§. 6. Dantur etiam febres intermittentes, *epidemicæ,* quæ a communi aeris vitio, & tempestatum mutatione oriuntur, multosque

que simul invadunt. Dantur etiam intermittentes malignæ, quæ cognoscuntur ex signis malignitatis nim. prostratione virium, pulsu debili, delirio, syncope, quæ malignitas in subjectis scorbuticis, & illis febribus quæ epidemice grassantur magis observatur, non tamen adeo periculosa est.

§. 7 Quod in specie *quotidianam intermittentem* attinet, invadit illa tempore plerumque vespertino cum levi extremorum refrigeratione, quam excipit calor non adeo extensus absque difficili respiratione & siti, cum rubore faciei sublivido, & subtumido, urina ab initio deprehenditur tenuis, cruda ac pallescens, pulsus debilis tardus, rarus, sudor ab initio apparet nullus, in progressu vero udor observatur, tandemque terminatur vel sudore largiore vel diuresi, vel etiam diarrhæa superveniente.

§. 8. Hæc febrium species est rarissima: hinc etiam a nonnullis plane negatur & habetur potius *pro tertiana duplici*: differunt autem in hoc, quod quotidiana dicatur, quæ statim ab initio morbi talis fuerat: tertiana autem duplex primum fuit tertiana, postea autem duplicato paroxysmo reddita fuerit quotidiana. Deinde licet tertiana duplex singulis diebus habeat suum paroxysmum, servat tamen typum tertianæ in hoc quod paroxysmus tertio die accedens respondeat primo, quartus secundo, & sic porro.

§. 9. Febres quotidianæ adoriuntur tempore maxime verno post hyemem valde tepidam & humidam personas serosiores, natura torpidiores, fœminas potissimum, & quæ alias febb. catarrhalibus obnoxiæ sunt, & magis sunt epidemicæ quam reliquæ intermittentes.

§. 10. *Causa* hujus febris *proxima* est serum copiosum vappidum a transpiratione prohibita in massa sanguinea cumulatum.

§. 11. Hæc febris facile transit in febrem lentam tussim phtisicam pulmonalem, anorexiam, cachexiam, hydropem nisi debita tractetur methodo.

§. 12. Si citius signa coctionis apparent in urina, & si mature natura criticam quandam evacuationem tentat breviatis morbi spem promittit.

§. 13. *Curationis* scopus consistit in eo ut *serum illud abundans partim per diaphoresin*, partim etiam *per diuresin* non omissis

pur-

purgantibus e corpore eliminetur; deinde *ut venticuulo & inteſtinis robur ac tonus legitimus reſtituatur.*

§. 14. Conveniunt itaque *amara balſamica*, *diaphoretica, aperientia leniterque evacuantia.* v. g.

Rec. *Extr. cent. min.*
Abſinth.
Card. Ben.
Aloes.
Myrrh. aa. ℈j.
⊖ *Succini.*
Fl. ⊖✱ ♂*tial.*
diagr. ♆*at.*
☿ *.d. aa.* ℈ß.
M. F. la Pil. ex ℈j.
No. XX. d.
S.

Purgirende Pillen 14. auf ein mahl

Pro doſi alternis diebus veſpertino tempore aſſumendæ. Deinde ſequens pulvis poteſt præſcribi.

Rec. ∀*æ fol.* ♀
Arcan. duplicat.
Solut. Lap. 69.
⊕ *depur aa.* ℈j.
°°ₒ *Macis vel aniſi gut. j. vel ij.*

M. F. pulv. div. in IV. doſes de quo pulv. mane aſſumi poteſt una doſis ſuper bibendo portionem infuſi herbæ Veronicæ vel Theæ.

§. 15. Hiſce remediis ad tempus quoddam uſurpatis ſi febris nondum ceſſat, adhiberi poteſt *china chinæ* vel ſub forma electuarii miſcendo illam cum ſyrupo roſarum & balſ. peruv. vel forma pilularum mediante *extracto abſinth. vel ſcabioſæ.* Singulis horis poſt remiſſionem exhiberi poteſt cum cochleare vini una doſis chinæ, pro una vice gran. X. vel XII.

§. 16. Vomitoria, purgantia validiora, ſudorifera fortiora & calidiora nunquam adhibenda, quoniam hiſce remediis facile febris lenta ſeu hectica excitatur.

CAPUT

CAPUT. XV.

De Febre intermittente tertiana.

§. 1.

COgnoscitur hæc febris ex *paroxysmo alternis diebus recurrente* cum notabili frigore partium exteṙnarum, & quandoque totius corporis succussatione, præcedentibus pandiculationibus, oscitationibus & sensu quodam auræ frigidæ ascendentis una cum surarum dolore, livore unguium, postea in ipso frigore & horrore venæ exinanitæ sanguine apparent, pori cutis coarctantur, habitus corporis subsidet, succedunt in signes præcordiorum anxietates, quas una cum nausea sæpius comitantur vomitiones biliosæ, postea acris & mordax calor totum corpus prehendit, oris siccitas cum appetitu humidi, totus habitus cutis inflatur & rubicundus fit, pulsus redditur vehemens, celer ac frequens, respiratio citatior cum capitis dolore, urina apparet flammea donec intra VIII. vel X. horarum spatium notabiliter hæc symptomata remittant, accedente nimirum sudore per totum corpus diffuso, pulsu sequente naturali, & respiratione decenti, vires colliguntur & instar sani evadit homo.

§. 2. Febres tertianæ sæpius sunt Epidemicæ, & magis grassari solent tempore vernali, vel etiam æstivo rarius autumnali. Deinde quoque notabile est: *paroxysmum tertianæ* utplurimum *invadere horis antemeridianis, post meridiem quartanæ.*

§. 3. Hisce febribus obnoxia sunt subjecta biliosa, texturæ tenerioris & gracilioris, ætate juvenilia vel virilia asueta diætæ calidæ aromaticæ, vinosæ, & affectibus præposteris, præsertim iracundiæ dedita.

§. 4. *Causa* tertianæ febris materialis proxima consistit in materia acri biliosa ⊖ina mobili s. illa lateat in primis viis tantum, præsertim circa valvulas intestinorum tenuium, sive etiam ipse sanguis atque humores intemperie biliosa infecti feurint, quo casu curationes difficiliores evadunt.

§. 5. *Causa remotior* est vitium hepatis, pancreatis aut mesenterii, vel etiam prava Diæta, vel quando cibi cum nausea, & alimenta copiosa difficulter rosolubilia assumuntur.

§. 6. Hæc febris ordinario omni periculo caret & in tribus l. IV. aut ad summum teste Hipocrate, septem circuitibus judicatur; si nimirum recte curetur, & ab ægro nulluscommittarur error.

§. 7. Febres intermittentes tertianæ conjunctæ cum hepatis, & viscerum obstructione, & quæ Hypochondriacos adoriuntur facile si diuturniores sunt in personis siccis in febrem lentam, hecticam, aut phtisin in humidioribus aut phlegmaticis in tumores œdematosos, Hydropem. aut cachexiam degenerant.

§. 8. Terminantur hæ febres nonnunquam per ulcuscula in ore vel labiis apparentia: indicio materiam acrem, causticam, biliosam naturæ beneficio per emunctori excerni. Accidit enim plerumque quod apparentibus talismodi pustulis febris vel mitior evadat, vel plane desinat, Interdum etiam urina copiosa magno cum sedimento excernitur, viasque urinarias transsit cum ardore, quod maxime accidit in tertiana notha.

§. 9. Subjecta tertianis laborantia quo magis sunt plethorica & ad animi commotiones impetuosas facile prona, eo diu turnior & vehementior est cum siti & delirio. Quandoque urget calor, sæpius etiam tertiana propter ardorem continuum mentitur febrem ardentem elapsis vero aliquot diebus intermissio observatur.

§. 10. Quando finitur paroxysmus diaphoresi, & urina inter missionis tempore fit turbida, febris tertiana est boni moris: si vero contrarium evenit & nulla excretio sensibilis per alvum vel sudorem, aut nulla coctio in urina aparet significat febris contumaciam.

§. 11. Quando nullus sudor fluit, nec vomitu, nec diarrhæa nec urinæ emissione materia peregrina febrilis excluditur pessimum, indicium est, & plerumque rales febres degenerant in continuas, si subjecta fuerint sanguinea vel cholerica in chronicos morbos v. g, Hydropem cachexiam si subjecta fuerint melancholica vel pituitosa.

§. 12. Certissimum indicium est febris diutius duraturæ si febricitantes multum appetant, & comedant.

§. 13. Scopus in cura harum febrium a medico observandus duplex est (1) *materiam peccantem, & præsertim in primis viis hærentem*

rentem temperare, detergere, & evacuare debet (2) *partes nerveas, & musculosas roborare, motumque sanguinis atque humorium augere debet*, quo id quod in habitu corporis adhuc hæret spasmosque febriles adhuc excitat hac ratione per diaphoresin vel etiam diuresin excutiatur.

§. 14. Si itaque a vitio Diætæ ortum fuerit malum, & inclinatio ad vomitum adsit imo vomitus in paroxysmo præsentes, & tempus æstivum *Emeticum* lenius tamen propinandum erit tribus vel quatuor horis ante paroxysmum. Ita unico vomitorio tollitur sæpe febris.

§. 15. Deinde adhiberi possunt pulveres absorbentes v.g. ex ♁*io diaphoretico, matre perl. lap. 69. conchis pp. specifico antifebrili Crollij vel Strobelbergeri, floribus* ⊖✳⊖ *dig. Sylv. arcano duplicato* ⦶ *depurato* ⊖ *absynth. vel* ☐ talismodi pulvis adhiberi potest tempore intermissionis singulis III. l. IV. horis l. cum infuso herb. Theæ vel alio potu sufficiente ægerque sub temperato calore semper transpirationem liberiorum conservare vel promovere studeat vitando omnem aeris frigidioris statum.

§. 16. Quando febris est contumax elapsis V. paroxysmis præcedenti pulv. ☿ *d. vel regulus* ♁*ij medicinalis* admisceri, & per aliquot dies adhiberi potest.

§. 17. Quando hisce remediis febris nondum cedit, tuto confugere licet, præmissis tamen alterantibus & evacuantibus, ad medicamenta leinter adstringentia tonumque, ac robur legitimum fibrosis corporis partibus conciliantia inter quæ primas tenet *china china* vel sub forma pilularum vel electuarii adhibenda, & quidem singulis binis horis intermissionis tempore, desuper bibendo portionem infusi herbæ theæ.

§. 18. Si bilis fuerit tenuis atque acris nec non subjectum admodum tenerum & ad spasmos pronum emetica cautissime sunt adhibenda.

§. 19. Exulent in febre tertiana ⊖ia volatilia, fortiora sudorifera calida, ♎tuosa. Facile enim vertunt febrem in continuam, vel dispositionem faciunt ad hecticam.

§. 20. Paroxysmo finito sudores non sunt supprimendi frigore, sed potius servandum est corpus in moderata, & æquali diaphoresi ne pertinaciores hæ febres reddantur.

§. 21. Opiata parcissime vel plane non sunt adhibenda, quoniam suspendunt quidem motum febrilem; sed causam magis firmant, humorum secretiones retardant, obstructiones viscerum, febresque lentas causantur.

§. 22. Potus frigidus item acida in magna copia ad sitim extinguendam non adhibeantur, quæ facile ansam præbent cachexiæ ictericiæ vel etiam tumoribus œdematosis, aptiora autem sunt ad sitim sedandam ⊕osa v. g. ⊕ depur. ♒ ⊕ dulcis.

§. 23. China chinæ ominaque adstringentia nunquam adhibenda sunt in principio febris, nec non in principio paroxysmi, nec ante expurgationem primarum viarum. Supprimitur enim hac ratione quidem febris, sed facile fit recidiva pessima, & facile in pituitosis producitur IVtana, Icterus, malum hypochondriacum vel affectus spasmodico arthriticus.

§. 24. China chinæ in subjectis sensibilioris naturæ semper felicioris est successus: cachecticis atque plethoricis interdum plane non convenit.

§. 25. Si a chinæ chinæ usu proximus paroxysmus mitigetur vel imminuatur ejus usus continuandus; sin minus desistendum. Sique in pluries repetitis dosibus rem suam non rite exequatur, partinaciter illi non inhærendum; sed potius in usum vocanda antifebrilia aperientia amara &c.

CAPUT. XVI.

De

Febre intermittente quartana.

§. 1.

FEbris quartana cognoscitur ex subsequentibus signis ac symptomatibus. Præcedunt nimirum oscitationes, pandiculationes, dolores pedum, & membrorum contusivi ac ostocopi subsequitur spasmodica partium externarum constrictio cum frigore, rigore ossa quasi contundente, totumque corpus tremore afficiente, præcordio-

cordiorum anguſtia, dolore capitis gravativo maxime in ſenibus alvus utplurimum valde adſtricta, urina cruda & aquoſa, pulſus acceſſionis initio naturali multo languidior, tardior ac minor, poſtea vero ſatis validus, celer ac interdum inæqualis, frigus diuturnum excipit calor, ſed non tam vehemens quam in tertiana tandemque paroxyſmorum reiteratio ab ultimi paroxyſmi die quarto contingit, ita ut duos integros dies ægrotantes ab invaſione liberi permaneant.

§. 2. Ægrotantes in hac febre præſertim primis diebus parum ſudant, utplurimum voraciſſimi ſunt, maxime intermiſſionis tempore, nec facile moventur vomitoriis, vel purgantibus calidioribus.

§. 3. Ad quartanam febrem promiſcue omnia ſubjecta tam ratione temperamenti, quam ratione ætatis ſunt proclivia: frequentius tamen hac ipſa corripiuntur ſubjecta melancholica hypochondriaca, ſanguinem craſſum habentia, torpidioris ac ſegnioris ingenii, habitus corporis conſtricti cibis craſſis acidis, induratis, ac fæculentis addicti.

§. 4. Quartana morbus eſt autumnalis, rariſſime graſſatur verno tempore: ratione diei communiter horis pomeridianis vel circa veſperam accedit cum flatulentis tenſionibus abdominis, & hypochondriorum.

§. 5. Sæpius hic morbus eſt Epidemicus multis ſimul familiaris ex præcedente æſtate vel nimis humida, vel nimis ſicca ac fervida in nonnullis etiam regionibus endemius eſt conſtitutione aeris craſſiore, victuque craſſo, ac duro.

§ 6. Variat febris quartana pro individuorum, clymatis, anni, ætatis, & cauſarum varietate; A tertiana vero differt ratione invaſionis, durationis & ſymptomatum.

§. 7. Originem habet febris quartana ex accumulatione materiæ acido-viſcidæ tenacis, maſſam ſanguineam talismodi intemperie inquinantis.

§. 8. Quartana eſt morbus non adeo periculoſus, maxime tamen lentus & diuturnus, utpote qui interdum per autumnum hyemem & ver durare ſolet, nullo medicamento obediens, poſtea tamen circa ſolſtitium æſtivum ſponte ceſſans.

§. 9. Quo alvus adſtrictior, urina tenuior, appetitus auctior,

ſangnisque craſſior, eo difficilior eſt cura, & diuturnior exiſtit morbus.

§. 10. Quartanæ diuturnæ maxime in melancholicis & hypochondriacis facillime tranſeunt in Melancholiam Hypchondriacam, Icterum nigrum, in macilentis in hecticam, in ſenibus in maraſmum in Cacheticis in tumorem pedum ædematoſum, in juvenibus ex malo regimine exhibitisq; medicamentis exagitantibus febris quartana ſimplex mutatur in duplicem.

§. 11. Solvitur quartana frequentiſſime urina craſſa, præſertim in Melancholicis, in plethoricis per hæmorhagias uteri, narium, hæmorrhoidum, incacheсticis per abſceſſus, in ſcorbuticis per ſcabiem, & affectus cutaneos. *Vid. Langius in Epiſt. 16. l. 1.*

§. 12. *Intentio curativa eſt acidum & viſcidum*, ſive in inteſtinis, ſive in ſanguine hærens *corrigere, attenuare blandeque educere, tranſpirationem ſanguinis*; & per conſequens totius *corporis, promovere, roburque ac tonum viſceribus, cutisque poris reſtituere.*

§. 13. *Primæ indicationis ſatis faciunt remedia aperientia, detergentia ſ. incidentia* v. g. *lim. ♂tis, ♁ ♂tiale cachecticum, Regulus medic. ☿. d. Arcan. Duplicat. ⊖ Abſinth. Arthem.* quibus interpolari poteſt laxativum lenius *ex fol. Sen. ſ. Rhab. &c.* parandum ſub forma in uſi cum ▽ *fumar.* addita pauca quantitate ⊖ ☿ *vel* ⦶ *& Sirup. de Manna.*

§. 14. *Aleram indicationem* adimplent medicamenta Balſamica amara qualia ſunt *Extr. cent. min. fumar. Carj. Bened. Aloes, Rhab. Myrrh. & Flor.* ⊖✱. *♂les, Gum.* ✱. *Gum, lig. Guac. thereb. &c.* ex quibus parari poſſunt pilulæ per XIV. ad minimum dies interpolatis incidentibus ⊖inis uſurpandæ

§. 15. Si adhuc rebellis eſt morbus tranſeundum erit ad *Chinchin.* informa decocti vel in ſubſtantia. Si vero remediorum vim effectus plane illudit abſtinendum ab omnibus, & inter alinenta ⊖ *vol.* ⁰₀⁰*ſum vel Elix.* quoddam *Stomachicum* aſſumendum.

§. 16. Abſtinendum in hac febre ab omnibus fortiter commoventibus, purgantibus, calidioribus, ſpirituoſis. Facile enim excitantur cephalalgiæ, & affectus ſoporoſi præſertim in ſenioribus, in junioribus vero & ſanguineis quartana continua vel Hectica aut Purpura.

§. 17.

§. 17. Si ſcabies aut ulcuſcula in quartanis naſcuntur non ſunt repellenda , ſed quantum fieri poteſt evacuatio talismodi critica promovenda eſt.

§. 18. Ut perſpiratio fiat expeditior juvat abſtinere ab omnibus alimentis & cibis craſſis flatulentis, it. acidis, ⊖ſis & ab omni cibo copioſo.

§. 19. Præſtat ſemper vacuo ventriculo febrem ſupervenire.

§. 20. Vitandus ſemper aer craſſus frigidus gravis , ac denſus, & eligendus ſerenus, lucidus & tenuis.

PARS SECUNDA

De Morbis ex circulatione sanguinis impedita & inæquali ortis.

SECTIO I.

De Inflammationibus.

§. 1.

IN Flammatio est *tumor præternaturalis partium inprimis carnosarum tam internarum quam externarum, conjunctus cum rubore, dolore, calore, tensione ac renitentia, nec non febrili insultu ortus à sanguinis circulatione vel seri in parte quadam impedita, aut à sanguine vel sero stagnante in substantia corporis porosa s. ad discussionem maturam s. ad suppurationem & corruptionem partium pertingens.*

§. 2. Cognoscitur inflammatio (1) ex *tumore* qui immediate sanguinis atque humorum in parte quadam congestionem s. stasin sequitur (2) *ex rubore.* (3) ex *colore:* quæ symptomata excelerrima ætheris per poros obstructæ partis solidæ trajectione, variaq; particularum sanguinem constituentium exagitatione oriuntur. (4) Ex *dolore* qui vel tensivus, vel punctorius vel pulsatorius est. (5) Ex *tensione & resistentia*, quæ oritur a nimia repletione sanguinis (6.) ex *febre* quæ partim ex spasmodica partium externarum s. integumentorum corporis contractione, quæ semper in graviore dolore præsens est, partim etiam à fluidi nervei vehementiore commotione dum perpetuo nerveæ fibræ à spiculis ⊖inis, vel etiam à dolore irritantur ac commoventur, nascitur.

§. 3. Quo profundior & major inflammatio, eo vehementiora & periculosiora observantur symptomata jam recensita, præprimis febris auctior, cum anxietate cordis, vigilia assidua, quandoque etiam delirio ac siti inexpugnabili.

§. 4. *Causa* inflammationis *proxima* ex definitione liquet, quod nimirum

nimirum sit motus sanguinis in partibus sufflaminatus ex quo facillime omnia symptomata inflammationis solemnia deduci possunt.

§. 5. *Causæ remotiores* sunt variæ eæq; vel internæ vel externæ. *Internæ* iterum duplici modo sunt considerandæ, vel enim vitium latitat in ipsa massa sanguinea vel in partibus fibrosis ac solidis. Sanguinis vitiũ consistit, vel inquantitate nimia, quæ dicitur plethora, vel in qualitate vitiosa s. discrasia sanguinis: nihil autem magis aptum est ad inducendam inflammationem, quam sanguis crassus vehementius ad partem quandam motus s. motu corporis fortiori s. præpostero animi motu aut medicamentis exagitantibus.

§. 6. Partes solidæ s. fibrosæ inflammationis causam constituunt quando vel nimium relaxatæ sunt, vel nimium convelluntur, et spasmodice contrahuntur, à qua causa inflammationes & tumores in dentium dolore, Podagra, vesparum punctura &c. proveniunt.

§. 7. *Causæ externæ* sunt variæ contusiones graviores, luxationes ligaturæ fortiores casus abalto, frigus vehemens, potus gelidus post commotionem nimiam, omniaque quæ transpirationem impediunt, & poros obstruunt.

8. Differunt inflammationes primo ratione causæ, hinc alia est *simplex* alia magis *composita*. Illa dicitur quando magis e puri sanguinis stasi in partibus carnosis & sanguifluis oritur: hæc quando est cacochymicus serosus ⊖sus. Priores si non dissipantur magis immediate in puras suppurationes vel spahacelationes transeunt: posteriores in ⊖so-ulcerosas corruptelas vel etiam in scirrhum ruunt

§. 9. Porro inflammationes differunt ratione loci affecti: hinc alia *externa*, alia *interna*, alia *superficialis* alia *profundior*: utraque vel in *latitudinem* diffusa est, vel magis in *profundum* collecta, quæ in superficie vel subtus arctiore spatio circumscriptæ sunt, & tamen illius partis quam obsident, profunditatem magis supplent, facile abscessus purulentos gignunt & dicuntur *inflammationes apostematodes*, quæ superficiales in latitudinem insignem diffunduntur, & æqualem dilutum roseum tumorem formant *Erysipelatodes* sunt.

§. 10. Ratione *durationis sive eventus* alia *citius dissipatur*, & levioribus symtomatibus est stipata, alia *diutius protrahitur*, & gravior,

eſt : *ſummus* vero *inflammationis gradus* dicitur *Gangrana*, quæ *ſi non diſſipatur tranſit in ſphacelum*.

§. 11. Omnis inflammatio vel diſſipatur ſi levior eſt & ſuperficialis, vel ſuppuratur ſi profundior; ſi vero ſubjecta impura ſanguinem copioſum foventia aggreditur, & male tractatur, maxime exterius inviſcantibus frigidis obſtruentibus tranſit in ſpahcelum, atque Gangrænam.

§. 12. Temperamenti qui ſunt cholerici acerbiora patiuntur ſymptomata ſiquidem æſtus adeſt maximus, citius tamen tranſit malum, & diſſipatur; inpituitoſis ſubjectis quoad ſymptomata levior eſt inflammatio ſed facile tranſit in ſphacelum, quod etiam valet in melancholicis, quamvis in his magis corroſivi tumores generentur, in ſanguineis lubentiſſime inflammationes ſuppurantur & in abſceſſus terminantur, deinde in cholericis atque ſanguineis magis partes externas occupant, in pituitoſis & melancholicis magis internas.

§. 13. Quod *Curam* attinet illa primum omnium ſi gravior & ſanguinea eſt inflammatio *incipienda eſt à larga V. S.* in parte vicina vel in eodem partis affectæ latere, aut in oppoſito ut vulgariter putant.

§. 14. Poſt V. S. quæ ſtatim in principio morbi inſtituenda, antequam humores impacti ſunt, vel ad ſuppurationem tendunt, *alvus aperienda* eſt non internis ſed clyſteribus qui feces induratas emolliendo educunt, vel etiam ſtimulando largiorem ſanguinis influxum ad inteſtina excitant.

§. 15. Porro *diaphoretica blandiora* in omni inflammatione ſunt præſtantiſſima. Per ſudorem enim & tranſpirationem diffiari ac diſſipari illud quod ſtagnat & in circulum redigi non poteſt, debet. Toto itaque morbi decurſu blanda *fixiora diaphoretica* propinanda, *adjunctis* ☽*oſis* vel etiam *anodynis* ſi nimii do lores adſunt, & acrimonia biliſa præſens, item parum *camphoræ* ſi malignitas immixta, talis modi remedia aſſumi poſſunt vel cum ▽*is diaphoreticis*, vel cum *infuſo herbæ Theæ aut Veronicæ*, vel c. *decocto C. C.*

§. 16. Externe applicantur cataplaſmata ſicca ex ſpeciebus volatilibus parata: inſtar omnium autem ſit *Camphora* : Nam ſi ullum remedium inflammationibus & ſpahcelationibus reſiſtit, camphora id præſtat, ſi vero malum diſſipari nequit ſed ad ſuppurationem vergit

pus

pus movendum est emplastris & cataplasmatibus emollientibus paregoricis ac demulcentibus.

§. 17. Omnia fortiora nimis spirituosa dum dolores & febres augent nimium tummultum excitando exulare debent in inflammationum cura.

§. 18. Danda est opera ut omni studio vitetur calor lecti & hypocausti nimius. Optime enim moderato tamen calore tractantur inflammationes nimiusque calor, ac frigus nimium nocent.

CAPUT I.

De

Phernitide.

§. 1.

PHrenitis est *inflammatio membranarum cerebri, orta à stagnatione s. congestione sanguinis in ipsis meningibus, conjuncta cum dolore febre acuta ardente, vigiliis assiduis oculis fulgidis ferocibus siccisque, facie rubicunda, ac pulsu arteriarum circa tempora vehementiore, capitisque dolore atroci.*

§. 2. *Causa* Phrenitidis *proxima* ex definitione apparet: remotiores vero sunt omnia ea, quæ sanguinem vel cumulant vel motum ejus mirum in modum exagitant v. g. nimia iracundia insubjectis potissimum biliosis, ebrietas habitualis ex vino, 🜄 maxime si sanguinis evacuatio sueta præcedat suppressa.

§. 3. Observatum quoque fuit quod ex abusu pulverum sternutatorium Phrenitis lethalis orta fuerit.

§. 4. Inclinant in hunc affectum maxime cholerici & qui ad iracundiam sunt proni, ebrietati indulgent, liquoribus spirtuosis abutentes, serumque depauperantes per nimios sudores purgantia, vel etiam narcoticis opiatis & vaporosis abutentes.

§. 5. Phrenitis alia est *idiopathica* alia *symptomatica* utplurimum autem solet esse symptoma februim continuatum præsertim ardentium biliosarum, nec non morbi Hungarici.

§. 6. Differt Phrenitis a Mania tum illa semper conjunctam habet febrem, hæc autem est sine febre: deinde Phrenitis affectus est acutus & brevi terminatur tempore vel in salutem vel in mortem, Mania vero est morbus chronicus. Tandem Mania oritur ex melancholia, nec non desinit in ipsam, quod tamen non valet de Phrenitide.

§. 7. Signa hujus morbi diagnostica sunt duplicia, vel enim testantur de imminente Phrenitide vel præsentem patefaciunt. Præcedere Phrenitidem illamq; prænunciare solent dolor capitis intolerabilis, pulsatio vehemens arteriarum carotidum tam in collo quam in ipso cerebro, in facie & oculis præcipue apparet rubedo, in auribus percipitur sibilus sonus tninitus, urgent vigiliæ aut somnus est interruptus, urinæ quæ prius erant rubicundæ, & crassæ apparent tenues & ∇osæ.

§. 8. Hæmorrhagia in febribus continuis Variolis morbillis febribus ardentibus, circa quartum vel septimum diem non sufficiens sed utplurimum saltem apparens prænunciat plerumque Phrenitidem subsequentem.

§. 9. Præsentem Phrenitidem manifestant febris continua, delirium perpetuum, pervigiliæque pertinaces.

§. 10. Quod *Prognosin* attinet, desumitur illa ex morbi magnitudine, viriumque robore. Si accedant convulsiones linguæ & nervosarum partium, item aphonia singultus, dentium stridor, vox clangosa & tremula, urinæ & fæcum involuntaria & inscisa dejectio phrenitidem lethalem significant; si vero hæc symptomata vel pleraque ipsorum absint, & vires sint validæ de salute adhuc spes est.

§. 11. Quando antea feroces & robustissimi mox taciturni quieti, & summe debiles redduntur malum ad mortem terminatur, & in spahcelum transiisse indicium est. Malum etiam signum est, si post anodyna s. intrinsecus s. extrinsecus applicata delirium crescat.

§. 12. Terminatur hic affectus salutariter vel per narium Hæmorrhagiam, vel etiam per largiorem sudorem, qui tamen debet esse conjunctus cum remissione febris: interdum etiam terminatur somno cum febris remissione. Quando autem in carum aut Lethargum abit funestissimi eventus indicium præbet.

§. 13

§. 13. *Indicationes curatoriæ sunt* (1) *ut sanguini liberior motus & circulatio per membranas cerebri, ejusque substantiam concedatur.* (2) Ut *tumultuarius* ♌*tuum motus blande componatur.*

§. 14. *Primum* obtinemus si sanguinis congestionem nimiam derivemus ad Inferiora, id quod egregie præstat V. S. in brachio vel melius adhuc in pede instituta, si cetera sint paria. Item *apertio Hæmorrhoidum per hirundines* quod maxime in asvetis valet: revellunt quoque sanguinem à capite *pediluvia*: quæ mirum in modum commendantur in hoc morbo *a Sim. Pauli in Batan. IV. Part.* Denique *clysteres acriores* nec non *purgantia* magis stimulo, quam vehementia operantia summe sunt proficua.

§. 15. *Alteram indicationem* adimplent anodyna blanda tamen & naturæ grata, cujus generis sunt ▽æ ex fl. v. gr. *Lil. conval. til. Pæon. nymph. sambuc. pap. errat. sem. IV. frig. maj.* ⦶ atque *camphora* ex quibus parari possunt formulæ sequentes

Rec. ⦶ ʒj.
Camph. gr. vj.
M. f. pulv. d. in 11. *doses.*

Successive post 4. horas sumendas. Si enim ullum remedium dissipat & discutit delirium certe est camphora cum ⦶o. Deinde.

Rec. ▽ *Fl. Til.*
Sambuci.
Lil. Convall.
Ros.
Primul. ver. aa. ℥j.
Sem. iv. Frig. Maj
Pavav. aa. ʒj.
F. l. a. Emulsio cui adde
⦶ ʒß.
Syr. papav. alb. ℥ß.

§. 16. Egregiam quoque locant operam medicamenta externa anodyna atque dissipantia v. g.

Rec. *Nucl. Persic.* ℥j.
Sem. Papav.
Hyosc. aa. ʒiij.

Croci
Camph. aa ℈j.
○○ *ligni Rhod.* ℈ij
▽ *papav. errat.*
Nymph.
Aneth. aa q.s.
M. f. cathaplasma

Tepide fronti atque temporibus applicandum.

§. 17. V. S. In phrenidite si non est symptomatica, sed morbus essentialis summe necessaria est in brachio vel pede in stituta. Quando autem est symptoma febrium malignarum potest institui in lingua Imminente phrenitide autem aut præsente operatio est periculosa partim quia non rite institui potest, partim & quidem maxime ob hæmorrhagiam enormem & lethalem metuendam.

§. 18. Clysteres si alvus est adstricta convenientissimi sunt. Parari autem possunt partim ex *emollientibus*, partim etiam ex *carminatcis & stimulantibus.*

§. 19. Ab opiatis maximopere cavendum est. Hæc ipsa enim in febribus continuis & catarrhalibus propinata sæpe caussantur phrenitidem.

§. 20. Cavendum quoque est a calidis sudoriferis, & si diarrhæa adsia constringentibus,

§. 21. Sunt nonnulli phrenitici qui lucem reformidant, alii tenebras. Hinc semper ad idiosyncrasiam ægrotantis respectus est habendus.

§. 22. Ut æger in quiete detineatur etiam turba ab eo arceatur, adstantes sint pauci, prudentes & ægro familiares ac grati, absint vero quos ægri odio habent.

CAPUT.

CAPUT. II.

De Opthalmia.

§. 1.

OPhtalmia est *inflammatio membranarum oculi præsertim tunicæ adnatæ conjuncta cum dolore ardore pulsu arteriarum circa tempora vehementi & rubedine intensa tunicæ* adnatæ.

§. 2. Distinguitur ophalmia in veram & *notham*. Illam jam descripsimus: hæc vero nihil aliud est quam phlogosis & rubedo quædam superficiaria cum levi ardore in oculo orta maxime a causa extrinseca v. g. contusione fumo acri &c.

§. 3 Porro alia ophtalmia secundum practicorum observationes est *humida* alia *sicca*. Illa fit quando copiosior affluxus materiæ viscosæ complicatur, & lacrymalis humor copiosius effunditur & dicitur hoc malum a veteribus *lippitudo*: in hac vero major ardor, pruritus interdum etiam durities conjuncta est. Humida ophtalmia iterum distinguitur *in sanguineam* & *profundiorem*, vel ut jam dictum in veram & notham.

§. 4. Ratiane vehementiæ distinguitur ophtalmia in *benignam* quæ facilius curatur & mitioribus symptomatibus stipata est, & *ferinam* quæ remediis resistit, diu durat, vel etiam ad suppurationem & succedentem cœcitatem transit.

§. 5. Porro alia est *Epidenica* alia *Periodica*, item ratione causæ alia oritur a *plethora*, alia secundum veteres est *bilisa* alia denique *serosa*.

§. 6. *Causa proxima* hujus mali est congestio s. stagnatio sanguinis in tunica oculi adnata ejusque arteriolis, partibusque vicinis quæ variis modis excitari potest,

§ 7. Vera ophtalmia oritur plerunque *a causa interna* sanguinis nimirum copia ejusque discrasia. Hinc partim a sanguinis copia partim acrimonia spasmus efficitur in hisce partibus; quo magis autem angustatæ partes fluxum humorum impediunt, eo citius symptomata ophtalimiæ familiaria producuntur.

§. 8.

§. 8. Serosa a sero acri enascitur & conjuncta est cum continua lacrymatione, vel etiam originem habet a sero viscoso. Si viscosum est serum palpebræ invicem conglutinantur. præsertim tempore somni: si serum autem tenue acre est continuo dolore, ac pruritu æger cruciatur, & lacrymæ copiosius effluunt.

§. 9. *Causæ antecedentes* sunt vel *externæ* vel *internæ*. Externæ sunt commotio corporis nimia, oculi contusio, fumus acris, pulvis, aliaque peregrina in oculos illapsain, clementia aeris, nimius ardor radiorum solarium, aspectus ignis continuus.

§. 10. Internæ causæ etiam sunt variæ, suppressio nimirum mensium vel hæmorrhoidum, retropulsio tineæ capitis, guttæ rosaceæ s. pustularum faciei, scabiei. Oritur etiam ulceribus diu fluentibus fistulosis consolidatis, vel fontanellis intempestive clausis. Ophtalmia etiam familiaris esse solet variolis & Morbillis laborantibus utpote hi morbi sunt ⊖ini: Hinc serum illud acre in oculis lancinantem efficit pruritum, ardorem & affluxum lymphæ molestissimum. Tandem si Cataracta non recte fuerit deposita atque læsio quædam in oculi bulbo facta, ophtalmiæ etiam gravissimæ solent subsequi.

§. 11. Ad hunc affectum contrahendum multum etiam contribuit ætas, atque temperamentum Sic videmus serosam ophtalmiam familiorem esse subjectis pituitosis, & infantibus; in quibus glutinosa, & magis butyracea oculos consolidans materia apparet. Serosa acris magis familiaris scorbuticis, hypochondriacis, alvo ad stricta laborantibus, & gravi cephaialgia vexatis.

§. Ophtalmia sicca vel biliosa progignitur in persionis temperamenti cholerici, æstate sicciori: ad sanguineam vero proclivia sunt subjecta plethorica, s. sanguinea, præsertim quando corpus vel iracundia, vel spirituosorum nimia ingurgitatione, aut motu nimio calefactum & aer rigidus septrionalis succedit.

§. 13. Diagnosis ophtalmiæ est facillima, siquidem ipse affectus in oculos incurrit, & si rubor levis sine tumore appareat, cum levi ardore atque a causa externa genitus sit, dicitur inflammatio notha s. superficiaria, Græce ϑαραξις si vero dolor gravis adsit, & tumor ac ardor cum copiosis lacrymis *ophtalmia vera* censebitur: *vid. Sennertus practica l.* 3. *S.* 2. *c.* 12. quando vero symptomata magis

gis

gis ingravescunt, & palpebræ simul afficiuntur & quasi invertuntur nominabitur Χυμωσις.

§. 14. Si præter symptomata enarrata facies simul rubicunda apparet, & subjectum est plethoricum dicitur sanguinea. Si dolor magis observatur pungitivus cum acrimonia, & corrosivitate lacrymarum, quod potissimum accidit in cholericis iracundiæ deditis, dicitur à veteribus ophtalmia biliosa. Si adest continua lacrymarum destillatio cum quodam dolore, morsu, ardore, ac rubore dicitur serosa Græce Ἐπίφορα.

§. 15. *Prognosin* quod attinet ophtalmia superficiaria, & levior non adeo periculosa est quam vera & profundior. Huic enim facile conjungitur suppuratio quæ cœcitatem inducit. Hinc vulgo etiam vocatur *maligna*.

§. 16. Ophtalmia serosa diuduratura judicatur, si glandulæ circa collum fuerint tumefactæ. Ita porro in serosa ophtalmia præsertim si viscosa materia fuerit, facile succedunt maculæ ex tunica albuginea nascentes, ob nimiam ejus porositatem: quod sæpius accidit post variolas.

§. 17. In regionibus, & temporibus frigidis, quamvis ophtalmiæ rariores sint, difficilius tamen tolluntur. Contrarium fit in regionibus & temporibus calidis.

§. 18. Ophtalmia per consensum à dura ac pia matre sævior ac curatu difficilior est ac ea, quæ fit per consensum ab externis.

§. 19. Dolor diu durans materiæ aut corrodentis aut distendentis aut suppurantis pessimum est signum.

§. 20. In ophtalmia crebriore membranæ incrassantur, & humores evadunt impuri unde visus hebetudo.

§. 21. Ophtalmia laboranti superveniens alvi profluvium liberat. Vid. *C. Celsus Lib. VI. c.6.*

§. 22. Ophtalmiæ si succedit hæmorrhagia narium vel fluxus hæmorrhoidum optimum signum est.

§. 23. *Cura* hujus morbi varia est prout nimirum causæ, temperamenta, & ipsius morbi indoles & magnitudo differunt, versatur tamen maxime in eo, ut sanguis vel serum stagnans circa tunicas, & musculos oculorum in ordinem redigatur, serum ⊖*sum arce*

contemperetur, & sanguinis, atque humorum congestio circa caput divertatur.

§. 24. Divertunt humores à capite *purgantia*, vel si circumstantiæ idem prohibeant *clysteres* satis stimulantes, *pediluvia* ex herbis cephalicis parata.

§. 25. Si plethora adest primum omnium *aperiendæ sunt venæ* & quidem in pede: ut præter evacuatorium finem etiam derivatio locum habeat: largiore autem in quantitate sanguis mittendus est præsertim si ex suppressione mensium vel hæmorrhoidum, vel ex intermissa V. S. malum habeat originem.

§. 26. Divertunt etiam, & avertunt malum gravius *vesicatoria* cervici admota.

§. 27. Usu interno semper fugienda sunt omnia calida volatilia ☍osa sudorifera M. S. exagitantia, potius blanda diaphoretica nitrosa, cum dissipantibus temperatis & anodynis mixta in usum trahenda sunt: cui scopo inservit sequens pulvis.

Rec. ♁ *Diaph.*
Lap. 69. aa. ʒij.
⊕ *Purif. ʒj*
Camph. gr. iiij.
E. E. anod. gtt. vj.
M. f. pulv. de quo sumatur ʒß. in ▽fl. Samb.

§. 27. In serosa Ophtalmia *decoctum herb. Theæ* addito *Seminæ Fœniculi* ad mens. ß. singulis diebus haustum effectum præstantissimum edit.

§. 29. Externe in ophtalmia leviore sanguinea alvo simul fluida reddita solum *albumen* ovi cum ▽*ros. conquassatum* & sic applicatum eximie juvat; cavendum autem ab hoc remedio est in ophtalmia pure scorbutica, nec non maligna profundiore cum magno ardore conjuncta.

§. 30. Quandocunque ophtalmia cum pruritu molestissimo conjuncta est & serum acre, *mucilago Cydoniorum, fænu græci fluida,* tamen iteratis vicibus cum *camphora sacharo* ♄ *atque croco* maritanda ac tepide applicanda.

§. 31. Si serum est nimis tenax, & metus macularum in tunica *Vitriolum Cyprium* & *Sach.* ♄ *& camphora* mixtum, & solutum in s. q.

in s. q. ▽ *florum sambuci* omne fert punctum, quod remedium etiam defendit oculos ab hoc affectu.

§. 32. Nonnullorum oculi nihil plane externum ferre possunt, neque aquam, nec ♎tuosa, nec cataplasmata terrea costringentia, multo minus acria. Si hoc contingit tantummodo suadendum est, ut æger abstineat à lucis aspectu.

§. 33. Cavendum quoque ab omni usu spirituosorum calidorum, acrium ⊖ium volatilium allii, & ceparum vapore: item à vomitoriis, nec non externe à fumis, igne, colore rubicundo, vel albo, aere & vento frigidis, fugiendus quoque omnis motus corporis vehementior nec non animi, maxime autem iracundia.

§. 34. In ophtalmia sæpius recurrente usus *♂tialium purgantium, accidularum* nec non V. S. commendari meretur, item *fonticulorum gestatio*, quæ si ullo a morbo præservat sane ab hoc.

CAPUT. III.

De

Angnia.

§. 1.

ANgina à practicis distinguitur in *exquisitam & notham.* Notha à veteribus dicitur pituitosa sive serosa: & est nihil aliud *quam decubitus seri acrioris scorbutici sive appositio copiosæ pituitæ in gladulis oris, atque faucibus citra febrem vel graviora symptomata.*

§. 2. Angina exquisita est *inflammatio faucium conjuncta cum dolore, ardore, tumore, nec non difficultate respirandi, & deglutiendi, nunc internas nunc vero externas partes magis occupans:* unde etiam distinguitur *in internam* & *externam.*

§. 3. Subjectum hujus morbi in genere sunt fauces, & in illis interdum musculi laryngæi interdum pharyngæi. Hinc iterum a practicis quatuor anginæ exquisitæ species excogitatæ sunt: quarum alia *synanche*, alia *parasynanche*, alia *cynanche*, alia *paracynanche* audit.

§. 4. Synanche est *quando interni pharyngis musculi saltem inflammati sunt & tumor potissimum in faucibus apparet* licet interdum etiam exteriora petat.

§. 5. Parasynanche est *quando externi pharyngis, ossisque hyodis. ac colli musculi saltem inflammantur,* nullusque tumor in oris cavitate observatur.

§. 6. Cynanche appellatur quando *interni laryngis musculi inflammati sunt & neque intus, neque externe tumor apparet*: unde etiam *angina latens* appellatur, tantusque est dolor, & spirandi difficultas tanta ut æger erecta cervice & ore hiante ac lingua exerta canum sitientium more respiret.

§. 7. Paracynanche dicitur quando *solum laryngis musculi inflammantur, & tumor in faucibus apparet ore diducto linguaque depressa.*

§. Differt angnia ab aphtis, sive postulis ardentibus in ore existentibus qualis affectus dicitur *prunella.* In prunella enim lingua & faucium tunica affecta est: in angina autem principaliter laborant musculi utut interdum non excludatur tunica faucium glandulosa.

§. 9. Non confundi debet affectus oris, & faucium inflammatorius anginosus cum, spasmo fauces constringente, deglutionem impediente respirationemque difficilem efficiente in Hystericis vel Hypochondriacis. Hic enim affectus est sine ardore, & cum symptomatibus aliis hystericis conjunctus, ac sine periculo, quoniam facilius transit datis internis antispasmodicis & externis discutientibus atque anodynis.

§. 10. Quandoque accidit ut non tantum fauces, verum etiam totus œsophagus simul inflammetur in febribus ardentibus, nec non in Dysenteria: ubi copiosissima pituita cum vehementissimo ardore ejicitur non tantum ex ore, sed & ex œsophago, & propter continuum affluxum respiratio, & deglutitio redditur difficilis, simulque in ipso œsophago & ventriculi regione dolor ardens, & anxietas observatur, qui affectus Germanice dici solet. Die vveise Bräune.

§. 11. *Causa* hujus mali *proxima* est sanguinis stagnatio s. serivitiosi collectio circa musculos colli, ossis Hyoidis, linguæ laryngis atque pharyngis producta jam a sanguine copioso vel humore acri in exquisita, jam a pituita viscida poros obstruente in spuria.

§. 12.

§. 12. Causæ remotiores variæ sunt, & ratione subjectorum ad spuriam disposita sunt phlegmatica, scorbutica & hypochondriaca, & plerumque tussi & coryza sæpius laborantia.

§. 13. Notha s. spuria sæpe solet esse malum epidemicum autumno & vere grassans tempore præcedente nebuloso maxime quando subito supervenit ventus borealis vel Euro nothus.

§. 14. Ad veram & genuinam Anginam, quæ tamen rarior est inclinant magis viri & juvenes quam senes, temperamenti sanguinei vel sanguineo - cholerici, & plerumque tempore hyemali solet adoriri plethoricos alvo adstricta laborantes, & quibus sanguinis evacuationes ordinariæ diu fuere suppressæ, præsertim post vehementissimam animi commotionem vel post decubitum in loco repleto effluviis acribus pulv. similibusque.

§. 15. *Signa* Anginæ exquisitæ diagnostica non sunt obscura, quando jam præsens est affectus, imminentem prænunciare solet, siquis sine manifesta causa collum vix movere, & vix deglutire potest, ac difficulter spirare incipit, & dolorem, ac calorem insuetum circa fauces percipit, & præsertim si tempus vernale & pluviosum humidum sit, aut Angina alias populariter grassetur.

§. 16. Angniæ differentiæ & species facile patent. In Synanche est minor respirationis, deglutionis vero maxima difficultas, ut etiam liquida vix transire possint. In parasynanche inter omnes Anginæ differentias respirationis difficultas minima est, & tumor foris in collo conspicitur, sæpius quoque pectus rubet. In Cynanche neque intus in faucibus nec extra in collo quicquam ruboris vel tumoris apparet, & tamen fauces vehementer dolent cum metu strangulationis. In paracynanche respiratio non est tam difficilis, nec dolor tantus.

§. 19. *Prognosin* quod attinet si externi musculi sive laryngis s. pharyngis sunt affecti, & tumor extrinsecus magis percipitur affectus non est adeo periculosus. Inflammatio enim quo magis vergit ad exteriora eo securior, quo magis ad interiora, eo periculosior.

§. 18. Periculosissimus status est in Angina, si lingua nigricans observatur & spuma oris simul adest.

§. 19. Si Anginæ Peripneumonia superveniat lethale signum prabet.

§. 20. *Cura* huius morbi, interna eadem est ac reliquarum inflammationum, & absolvitur blandis *diaphoreticis temperantibus & dissipantibus*; externe vero commendantur gargarismata ex resolventibus parata. v. g.

Rec. Rad. Alth. ℥ j
Glycirrh ℥ ß
Hb. salv.
Malv.
Hyssopi aa mj.
Fl. samb.
Chamom.
Melilot. aa m. ß
Sem. fœnic ʒij
Passul. maj.
Ficuum aa ℥ij
Coqu. in s. q. ▽ *comm. tunc.*
Rec. Colat. ℔j *adde*
Rob. diamoron ℥j.
⊕ *purif.* ʒj.
M. f. gargarisma.

Quo gargarismate calide fauces eluendæ. Deinceps conveniunt quoque cataplasmata s. Emplastra v. g. *Empl. de meliloto* vel solum vel cum *spermate ceti* °° *Amygd dulcium Camphora & Croco* mixtum.

§. 21. Si Angina est sanguinea instar sacræ anchoræ est V. S. & quidem sub lingua, quæ statim in principio debet administrari: quo solo auxilio servari potest æger. Potest etiam externe in hac Anginæ specie applicari 🜄 *camph. mixtus c. essentia Croci & Castorei.*

§. 22. In pituitosa Angina præstat alvum aperire per interna purgantia, blanda tamen & temperata, quem in finem adhibetur infusum *fol. senn. Rhabarb.* ♀ *passularum. &c.*

§. 23. Pediluvia in omni faucium affectu cum vel sine inflammatione derivando sanguinem & humores versus inferiora solent esse laudatissima.

§. 24.

§. 24. Inter gargarismata exulent nimis constringentia °°osa & unctuosa, nec non frigida, item acria & nimis calida.

§. 25. Videndum etiam num ferre ægri queant injectionem gargarismatum per siphonem: quandoque enim dolor increscit & malum exacerbatur. Hinc nude gargarisentur.

§. 26. Angina Epidemica præsertim pituitosa optime præcaveri potest purgatione, nec non infuso *Veronicæ, vel herbæ Theæ* hausto cum sudoris regimie: quo fine simul adhiberi potest ~ *CC. succinatus* vel etiam *essentia succini volatilis*, quæ & diaphoresi & virtute glandularum laxatarum tonum roborando egregie se commendat.

§. 27. *Si a contagio*, & halitu ægri, quem medici maxime vitare debent *Angina oriatur, Emeticum cum alexipharmaco* mixtum protinus exhibendum venit.

CAPUT. IV.

De Pleuritide Peripneumonia & paraphrenitide.

§. 1.

PLeuritis secundum vulgarem opinionem est inflammatio musculorum intercostalium, tunicæque interiorem thoracis ambitum investientis: secundum *Hoffmannum* vero est *inflammatio pulmonum superficiaria conjuncta cum febre acuta, dolore punctorio hujus vel illius lateris, cum tussi & sputo cruento vel etiam purulento.*

§. 2. *Peripneumonia* dicitur *quando inflammatio pulmonis est profundior, vel etiam quando utriusque pulmonis pars affecta est:* in quo affectu omnia symptomata apparent graviora cum magno suffocationis mortisque periculo.

§. 3. *Parraphrenitis* est *inflammatio diaphragmatis, conjuncta cum febre admodum acuta, dolore gravi, respiratione difficili atque delirio.*

§. 4. Subjectum primarium sive pars affecta tam in pleuritide, quam peripneumonia sunt pulmones, id quod non tantum patet ex sectionibus pleuriticorum; verum etiam ex ejectione materiæ purulentæ atque

atque cruentæ quæ si subsisteret inter pleuram & musculos, quomodo ad pulmones accedere possit nuda ratione concipi potest: qua de re legi meretur *Hoffmanni dissertatio de Pleuritide & Peripnemonia.* §. 7. 8. 9.

§. 5. Differentia Pleuritidis varia est, desumiturque vel à *loco affecto*, vel à *dolore* plus minus vehementi, vel denique à *symptomatibus.*

§. 6. Ratione loci affecti veteres aliam dixerunt *ascendentem*, aliam *descendentem*: quæ tamen differentia nullius fere momenti est, si quidem in praxi nullum habet usum.

§. 7. Ratione symptomatum Pleuritis est vel *benigna vel maligna*: ratione autem doloris plus minus vehementis alia est *vera exquisita*, alia *notha sive spuria.*

§. 8. Veræ definitionem in superioribus dedimus: spuria vero nihil aliud est, quam *dolor lateris punctorius non adeo exquisitus* quam in vera, *subsistens* magis *in musculis intercostalibus* potissimum *externis*, horumque *membranulis*, proveniens à sero acri, vappido stagnante; differt autem à vera pleuritide symptomatibus mitioribus, & quod sputum non tam copiosum nec cruentum, nec purulentum sit. Deinde in Pleuritide spuria ab ipso tactu loci affecti augetur dolor, qui etiam non semper in uno loco stabilis ac fixus est, sed sæpius transit ad alterum: & hinc non differt a Rheumatismo.

§. 9. *Causa proxima* horum affectuum est sanguis stagnans vel in superficie & exteriore pulmonum tunica in pleuritide vera, in parte pulmonum profundiore in Peripneumonia; vel denique in ipso diaphragmate in paraphrenitide.

§. 10. Ad causas remotiores plurimum contribuunt subjecta tam ratione ætatis, quam etiam ratione temperamentorum. Præ alliis hunc morbum incurrunt juvenes ac viri temperamenti sanguinei vel etiam sanguineo-melancholicis, tempore maxime vernali in fine Februarii & Martio nec non Aprili post hyemem frigidissimam: quo tempore sæpius epidemice grassari solet. Nec excluduntur cholerici ab hocce affectu, & tunc à veteribus dicitur pleuritis biliosa: priorem vero quæ sanguineos aggreditur dixere sanguineam.

§. 11. Pleuritis spuria magis familiaris esse solet subjectis Arthriticis cachecticis sanguinem impurum particulis ⊖inis refertum possidentibus.

§. 12.

§. 12. Ad cauſas remotiores porro referendi ſunt errores in rebus ſic dictis non naturalibus commiſſi: principem autem ex his locum occupat aer præſertim frigidus, & aquilonius auſtrali imprimis ſuccedens, omnisque mutatio tempeſtatum ſubitanea. Quid errores in Diæta valeant noto notius eſt, nec prætereundus motus ſive exercitatio nimia, corporisque incaleſcentia ſuccedente aere frigido poſt corporis denudationem, ex retentis ſuppreſſionibus ſanguinis ordinariis Magnum etiam momentum contribuunt ex animi pathematibus ira atquē terror.

§. 13. Reliquæ cauſæ occaſionales deducendæ ſunt ex ſanguinis diſcraſia, ſcabie retropulſa aliisque affectibus prægreſſis.

§. 14. Signa diagnoſtica ex definitionibus clara ſunt, deſumuntur à ſymptomatibus, & cognoſcitur in ſpecie Pleuritis ex dolore lateris punctorio. In peripneumonia dolor magis eſt profundus, & gravativus ſpinam quaſi attingens, multo autem intenſior ſi ſimul inflammetur membrana pulmones inveſtiens, qui affectus dicitur à nonnullis pleuropneumonia. In Paraphrenitide dolor in inferiore thoracis parte transverſim quaſi ſævit. Reſpiratio in omnibus hiſce affectibus deprehenditur difficilis, difficillima tamen in Peripneumonia adeo ut ſubinde nec edere, nec ſpirare niſi erecti poſſint. In Paraphrenitide tuſſis non adeo eſt humida, accedit delirium, interdum m. convulſiones, reliqua ſymotomata nimirum febris, dolor capitis, agrypina, ſitis ſunt omnibus affectibus communia, & gradu tantummodo differunt.

§. 15. Quoad Prognoſin in genere notandum eſt, quo citiorem liberiorem & faciliorem percipimus expectorationem & reſpirationem eo minus ſubeſſe periculi, & contra.

§. 16. Solvitur hic morbus in ſubb. ſanguineis ſæpius per hæmorrhagias narium maxime in junioribus, in fœminis per menſes, frequentiſſime per ſudorem qui die 7. vel m. 14. ſupervenire ſolet interdum per alvi profluvium quamvis nec ordinario nec ſemper bene Juxta *Hip. Aphoriſm.* 6. *l. vj.*

§. 17. In ſubb. ſanguineis Pleuritis ſæpius tranſire ſolet in Empyema maxime ſi V. S. omiſſa fuit.

§. 18. Peripneumoniaci pereunt ſæpe die 4., item 7. & 9.

§. 19. Lethalia solent esse signa quando sputa in pectore cum murmure retinentur.

§. 20. Pleuritis spuria omni caret periculo, & brevi tempore interdum intra diem vel maxime 3. dies solvitur adhibitis diaphoreticis.

§. 21. Indicationes primariæ medenti esse debent (1) ut pulmones vel diaphragma à sanguinis infarctu citissime liberentur (2) ut materia stagnans per insensibilem transpirationem & diaphoresin liberetur & partim resolvatur & discutiatur, partim vero temperetur & coquatur ut ad expectorationem evadat apta. (3) Ut coctæ materiæ expectoratio facilitetur ac promoveatur. Quomodo autem hisce indicationibus satisfaciendum sit videre licet in. *Disp. Hoffm. de Pleuritide & Peripneumonia.*

§. 22. Loco potus ordinarii decoctum *C. C. rad. Scorz. passul. min. additis* pugillis aliquot *fl. papav. errat.* omnium optimum est Vid. *Cels. l. iv c. 6.*

§. 23. *V. S. in Pleuritide* præsertim sanguinea, ubi subb. sunt plethorica vel malum à suppressione Hæmorrhagiarum consuetarum originem habet egregiam locat operam: quod si autem Pleuritis proveniat ex suppressione Diarrhææ, scabie retropulsa, & post Variolas vel morbillos potius omittenda.

§. 24. Vomitoria nisi præservationis causa adhibeantur in Pleuritide epidemica & contagiosa plane exulent.

§. 23. Opiata nocentissima sunt maxime autem in Peripneumonia, causantur insomnia terroris plena, respirationem reddunt difficilliorem imo ipsum delirium producunt; quando autem Pleuritis spuria, est vel inflammatio pulmonum levior sanguis floridus & spumosus papaveracea commode inveniunt locum.

§. 26. Temperatus calor lecti vel hypocausti omnium optimus: vitandus autem semper nimis frigidus & nimis calidus.

CAPUT.

CAPUT V.

De
Inflammatione ventriculi & intestinorum.

§. 1.

INflammatio ventriculi vel intestinorum est præternaturalis congestio sanguinis circa hæc vel illum stagnantis,conjuncta cum dolore,tumore febre ardente acuta vel m. quod sæpius accidit maxime in inflammtione intestinorum, cum leupyria ubi extrema tepent, & interiora uruntur.

§. 2. *Causæ hujus morbi* cum causis inflammationum in genere coincidunt,in specie tamen nascitur post potum frigidum & largiorem corpori incalescenti ingestum, item ab assumtis venenis præsertim causticis & corrossivis,nec non post vomitoria vel fortiora purgantia assumta, ac superingesto potu frigido: observatum m. fuit ira excandescentes quando superbiberunt potum frigidum hoc malo correptos fuisse.

§. 3. Interdum etiam à Variolis, morbillis Dysenteria, Ictero nigro,Diarrhæa cholera adstringentibus Opiatis frigidis intempestive suppressa inflammatio ventriculi, & intestinorum originem habet,nec non à contusionibus,procidentia intestinorum de sede sua in scrotum: quod ultimum in specie de intestinorum inflammatione notari meretur.

§ 4. *Subjectum* hujus morbi ventriculus constituit, & intestina. Ventriculus raro integer s. totus afficitur sed saltem pars ejus & præsertim orificia. Ex intestinis nunc crassa, nunc tenuia correpta deprehenduntur.

§. 5. Cognoscitur inflammatio ventriculi ex dolore vehementi nec non ardore circa scrobiculum cordis, sub costis nothis,item ex siti, advomendum proclivitate, febre ardente, quandoque hoc malo affecti post solida vel liquida assumta pessime se se habent præsertim post potum frigidum, interdum accidit singultus, animi deliquium præcordiorum anxietas maxima, vomitus biliosus vel m. diarrhæa, intumescentia corporis, ejectio copiosi limpidique liquoris ex ore.

§. 6. Si orificia ventriculi, superiorque ejus pars inflammatione correpta sunt, graviſſima accidunt ſymptomata cum deglutiendi difficultate, accedit interdum delirium vel etiam convulſiones: affecta inferiore ventriculi parte calor magis in cibi coctione intenditur, tumor in anteriore ventriculi parte tactu deprehenditur, atque æger etiam leviorem comprehenſionem in loco affecto perferre non poteſt. Si poſteriorem ventriculi partem inflammatio occupat æger graviter decumbit ſupinus.

§. 7. Inflammatio ventriculi probe diſtinguenda eſt ab hepatis, ejusq; anterioris potiſſimum partis inflammatione, quod cognoſci poterit ex ſitu ventriculi, & ex eo quod tumor hepatis tactu magis pateat ac mitioribus ſtipatus ſit ſymptomatibus.

§. 8. Si inteſtina inflammata ſunt cognoſcitur illud ex dolore inſigni fixo ſubinde pulſatorio, ardore, intenſo, ex febre leupyria, tumore interdum rotundo chordæ inſtar renitente, quam veteres chordapſon vocarunt, alvus interdum firmiſſime adſtringitur nec ullo clyſtere aperitur, venter inflatur & urina nonnunquam etiam ſupprimitur.

§. 9. Quodnam inteſtinum afficiatur an tenue, aut craſſum, medicus anatomiæ peritus facile poterit diſcernere.

§.10. Quod *Prognoſin* concernit inflammatio ventriculi malum eſſe ſic ſatis periculoſum conſtat, præſertim ſi gravior ſit. Facile enim in febrem lentam & Hecticam tranſit longiusque durat. Levior tamen & ſuperficialis, ſi cito convenientia adhibeantur remedia diſſipari facile poteſt.

§. 11. Periculoſior eſt inflammatio quæ vel totum ventriculum, vel partem ejus ſuperiorem occupat.

§. 12. Profundior inflammatio ventriculi & inteſtinorum facile tranſit in abſceſſum vel etiam Gangrænam, & tunc actum eſt de hominis vita. Cognoſcitur autem imminens gangræna ex ſubitanea doloris intermiſſione.

§. 13. Si clyſteribus alvus pertinaciter adſtricta aperiri nequit, plerumque vomitus ſtercoreus & paſſio Iliaca metuenda.

§. 14. Si ſudor ſupervenit frigidus animique defectus peſſimum ſignum eſt.

§. 15. Cura hujus morbi eadem eſt cum reliquis inflammationibus

nibus præſertim cum pleuritide. Adhibenda nimirum ſunt blanda diſcutientia, diaphoretica atque anodyna.

§. 16. Externe egregium levamen afferunt antiſpasmodica, diſſipantia parata ex 🜄 camphor., ℅ Nuciſtæ balſamo Peruv. croco atque opio, quæ calide cum linteo ſæpius applicari poſſunt.

§. 17. Non facile accedendum ad externa cataplasmata emollientia poros inviſcantia; ſed quantum poſſibile hic diſſipandum.

§. 18. In hoc affectu ſi corpus eſt plethoricum & a frigido potu ingeſto provenit, vel ab ira V. S. in principio convenit, abſtinendum autem ab eadem eſt ſi eſt ſymptomatica, ſive a veneno, purgantibus & vomitoriis provenit.

§. 19. Medicamenta omnia calida, frigida, acria, acida, opiata in magna doſi conſtringentia, atque purgantia vitanda ſunt.

§. 20. Clyſteribus emollientibus & lubricantibus alvus quotidie ſervanda eſt aperta.

§. 21. Potus eſt aſſumendus tepidus nec calidus, & quidem parva doſi.

§. 22. Iuſcula avenacea gelatinoſa, ℅ amygd. d. loco alius pinguedinis imbuta aſſumi commode poſſunt, præſertim ſi a ⊖ina acrimonia in ventriculo ſtagnante hoc vitium ſuſcitatur.

CAPUT. VI.

De Inflammatione hepatis atque lienis.

§. 1.

Inflammatio hepatis a veteribus dicta fuit Hepatidis, & eſt nihil aliud quam præternaturalis congeſtio ſanguinis plus minus viſcidi collecti vel in gibba vel concava hepatis parte, conjuncta c. tumore, ardore, dolore atque febre. Si vero ſanguis in lienis parem chimate præter naturalis collectus ſtagnat, & dolorem atque febrem excitat dicitur inflammatio lienis.

§. 2 Obnoxii ſunt huic morbo ſanguinei cholerici, item ſanguineo - Melancholici, ſanguinem copioſum cum ſero tenaci glutino

ſcilicet in venis foventes, & qui V. S. omiſerunt, menſes vel hæmorrh oppreſſas habent, accenditur m. facile ex nimia iracundia ingurgitatione intempeſtiva & largiore vini generoſi, nec non præcipiti balneorum vel calidiorum ſudoriferorum uſu.

§. Obſervatum fuit quod interdum poſt graves cerebri læſiones vel m. capitis vulnera hepatis inflammatio ſecuta fuerit: quandoque m. cauſa externa v. g. lapſu, nimia contuſione in Hyppochondriis, it. ab Emplaſtris calidis hepatis regioni applicatis, quod m. obſervandum de cucurbitulis hepatis regioni applicatis.

§. 4. Cognoſcitur inflammatio hepatis ex dolore lateris dextri ſub coſtis ſpuriis gravativo obſcuro & conſtrictivo, ſub ſuppuratione plus minus punctorio, febre magis vel minus acuta pro ratione inflammationis gravioris vel levioris, inſpiratione difficili & dolorifica, urina rubicunda.

§. 5. Si inflammatio gibbam ſive convexam hepatis partem occupat adeſt ſpirandi difficultas, tuſſis & gravis dolor ingulum quaſi retrahens decubitus in dextrum latus difficilior, interdum m. tumor eſt, prominens & ipſis oculis conſpicitur ſi in concava parte inflammatio contingit, concurrit cibi faſtidium, interdum vomitus & Diarrhæa, & gravior quoque ac laborioſus decubitus ſiniſter, ſæpius m. accedit ſingultus.

§. 6. Inflammatio gibbæ hepatis regionis facile mentitur pleuritidem hinc probe diſtenguenda. In pleuritide vero longe acutior eſt dolor & febris quoque acutior, tuſſis vehementior, reſpiratio difficilior, in hepatis vero inflammatione omnia ſunt remiſſiora & inſpiratio magis moleſta, ac dolor infra diaphragma magis percipitur.

§. 6. Lienis inflammatio cognoſcitur ex dolore gravativo tumore & æſtu in profundo ſiniſtri hypochondrii, accedit febris continua & propter diaphragma per conſenſum afflictum difficilis reſpiratio, diſcernitur ab inflammatione renum ſi rite conſideretur locus ubi dolor percipitur.

§. 8. Si gravis eſt inflammatio atque profunda in ſupurationem & abſceſſum ſæpius abit in ſubb. ſanguineis, in ſanguineo Melancholicis facilius tranſit in ſcyrrhum, præſertim ſi diſſipantibus

&

& fortioribus calidis remediis tam internis quam externis nimis vehementer malum discutere velmius.

§. 8. Hepatis inflammatio, die 7. utplurimum dissipatur per sudorem vel blandam diaphoresin. Si diem 21 excedat, & febris perduret vertirur in suppurationem.

§. 10. Singultus superveniens malus est, morti m. proximis vel jam mortuis venter vehementer mirum intumescit rupto ipso abscessu.

§. 11. In cura ante omnia præmissa si opus est V. S. talia sunt adhibenda, quæ blande disipant & laudabilem transspirationem producunt: quo nomine remedia in pleuritide laudata etiam hic commendanda, exceptis tamen dulcibus & expectorantibus quæ tamen magis nociva omitenda.

§ 12. Quadrant m. cautelæ superpius datæ: quod nimirum V. S. statim principio morbi ante diem 4. administranda, quod abstinendum ad omnibus purgantibus, alvus tamen semper fluida servanda, quod opiata omnisque potus frigidus interdicendus sit.

§. 13. Pediluvia hic quoque efficaciam habent præsentissimam, si pedes immergantur usque ad genua in ▽ m calidam in qua coctæ sunt herbæ nervinæ.

§. 14. Si in abscessum degenerat inflammatio pilulæ ex extractis amaris vulnerariis nec non decocta traumatica omnium optima sunt.

§. 15. Si sphacelatio & corruptio metuenda camphora cum ☉ osis, it. quæ ex scordio parata sunt effectum habent laudatissimum.

CAPUT. VII.

De Inflammatione renum & vesicæ.

§. 1.

INflammatio renum, quæ apud practicos Nephritis salutatur, est præter naturalis sanguinis congestio conjuncta cum dolore gravativo

vativo vel etiam punctorio in rene dextri vel sinistri lateris it. cum ardore atque febre. Si congestio circa vesicam urinariam contingit, tunc dolor cum reliquis symptomatibus magis observatur circa regionem pubis.

§. 2. Malum hoc frequentius accidit temperamento sanguineis vel cholericis, ætate viris, habitu corporis gracilibus interdum in obesis sanguinem impurũ habentibus; sæpius provenire solet ab oppressis hæmorrhoidibus, vel etiam in juvenibus a suppressa Gonorrhæa.

§. 3. Hic affectus & in specie Nephritis admodum familiaris est calculosis, quibus nimirum calculi majores in renibus facile generantur, item quibus mictus cruentus alias asvetus supprimitur: denique abusus Diureticorum sanguinem ad renes commoventium facillime occasionem suppeditat non tam ad calculum, verum m. Nephritidis generationem.

§. 4. Inter causas externas allegantur Ictus, contusio, aut vulnera renum & vesicæ regioni inflicta, item equitatio vehementior in personis maxime plethoricis, vel crassum sanguinem habentibus.

§. 5. Dolor Nephritidis differt pro *diversitate partis affectæ*. Si media renum substantia affecta est dolor magis gravativus percipitur, si circumferentia renum ubi terminantur arteriæ affecta est, dolor magis est pulsatorius: reliqua signa sunt febris magis vel minus ardens, mictus difficilis ☐ pauca & rubicunda, stupor cruris in latere affecto, si diutius hic affectus durat transit in abscessum, ubi materia purulenta sæpe rejicitur per urinam. Conjungitur huic affectui vel m. præcedit mictus cruentus, & in principio vomitus biliosus.

§. 6. Inflammatio vesciæ sive potius ejus sphincteris, quæ principaliter afficitur cognoscitur ex dolore circa regionem pubis tensivo, constrictorio ardente, ex ☐ ardore cum summa ejus imminutione aut m. suppressione, tenesmo & febre.

§. 7. Distinguitur Nephritis à calculo in eo, quod in calculo absit fere febris, dolor sit periodicus & gravativus sine Ischuria, nisi calculus ureteribus firmiter sit impactus.

§. 8. Renum inflammatio periculosa est in corporibus macilentis

lentis & debilitatis præsertim quando delirium supervenit, tunc enim ut plurimum mortem affert.

§. 9. In vesicæ inflammatione, si membranacea ejus pars simul affecta, periculosior est status & plerumque lethalis, idque 4. aut ad summum 7 die.

§. 10. Inflammatio renum facillime degenerare solet in tabem & Hecticam.

§. 11. Si in Nephritide urina alba, tenuis ac purulenta, absque febris & symptomatum remissione, cum crurum & femurum extenuatione, mortem portendit.

§. 12. Nephritidi si supervenit hæmorrhagia narium vel fluxus hæmorrhoidum aut mensium optima spes curationis adest. Solvitur interdum etiam per largiorem sudorem criticum.

§. 13. *Cura* horum affectuum ferme eadem est, & in principio absolvitur *diaphoreticis*, *discutientibus*, ac *temperantibus* V. S. si subb. sunt plethorica; si vero in abscessum degeneraraverit adhiberi possunt *decocta demulcentia*, atque *balsamica*, cum *consolidantibus*.

§. 14. Præstat semper alvum servare apertam & in quiete detinere ægrotantem, omnis enim corporis motus vehemens hic noxius est: deinde vitanda sunt ♀ ira omne vinum.

§. 15. V. S. vel hæmorrhoidum apertio, & mensium provocatio in personis consuetis, & ubi evacuationes talismodi suppressæ sunt summam merentur laudem; ubi tamen monendum quod statim in principio id ipsum fieri debeat, si vero febris lenta & hectica adest merito ab his est abstinendum.

§. 16. Balnea tepida ex herbis emollientibus parata sunt præstantissima, maxime si dolor valde urgeat & hectica absit, nec febris adeo vehemens.

§. 17. In subjectis hypochondriacis, & qui proclives sunt ad hæmorrhoides & mictum cruentum, damnosissima sunt opiata & lacticinia, quæ inflammationem lethalem experientia teste producere sunt apta.

CAPUT IIX.

De
Inflammatione uteri.

§. 1.

INflammatio uteri *est præternaturalis sanguinis congestio circa ipsum uterum conjuncta cum ardore in inguine, dolore atque tumore, mensium suppressione vel depravatione, interdum tamen cum stranguria mictuque difficili, interdum cum alvi adstrictione aliisque symptomatibus Hystericis.*

§. 2. Fœminæ talismodi inflammationibus obnoxiæ, temperamento ut plurimum sunt cholericæ, habitu corporis macilentæ, ac teneriores ad iracundiam & motus animi intempestivos proclives, interdum m. sanguineæ nec non scorbuticæ, fluore albo laborantes &c.

§. 3. In scorbuticis hic affectus oritur à sero acri, ⊖so, item in illis, quæ fluore albo aut nimio mensium fluxu laborant, ubi propter acredinem sanguinis vel lymphæ affluxus, & stasis humorum concitatur. In plethoricis à nimio motu corporis vel etiam animi, præsertim terrore progigni idem malum potest exlue ♀ea, vel fluore albo virulento frequens illud malum observatur: in puerperis quoque accidere solet post retentionem lochiorum, vel etiam si menses propter refrigerationem, aut aliam causam externam præpostere sistuntur.

§. 4. Differt hic morbus ratione *partis affecta* ita ut nunc totus uterus, nunc vero saltim ejus pars affecta sit, ratione *symptomatum* nunc cum exulceratione uteri conjunctus, nunc sine illa.

§. 5. Si pars uteri antica inflammata dolor magis versus pubem extenditur & vesica urina in consensum trahitur, si postica dolor magis lumbos affligit, & spinam dorsi, alvusque supprimitur, si in lateribus uteri morbus subsistit illius loci inguina tenduntur & crus, quod è regione est ægre movetur, si in fundo uteri sit inflammatio dolor ad umbilicum extenditur, si totus uterus inflammatione correptus gravissima concurrunt symptomata.

§. 6. Inflammatio uteri facile confunditur cum inflammatione

tione vesicæ vel intestini recti; discerni tamen potest si attenadmus symptomata & actiones uteri læsas,

§. 7. Si inflammationi conjungatur exulceratio materia putrida saniosa vel & tabida subinde per uterum excernitur conjungitur marcor corporis, febris lenta, item dolores in inguine nonunquam m. pathemata hysterica maxime si impeditur effluxus materiæ purulentæ.

§. 8. Inflammatio uteri est affectus periculosissimus, & ut plurimum lethalis: majus tamen vel minus periculum portenditur, pro magnitudine morbi, causæ & symptomatum.

§. 9. Malum hoc ad tabem, & mortem plerumque ducit fœminas, maxime si exulceratio gravior, & abscessus ingens in utero producitur, quod in sanguineis facile accidit, si apperitur abscessus & intra abdomen sanies excernitur mortem ordinario producit.

§. 10. In inflammatione uteri *cura interna* ex superioribus repetatur: *externe* vero commendanda sunt *cataplasmata* ex speciebus *resolventibus atque amodynis parata*, *camphora* bene corroborata in vino cocta.

§. 11. Si exulceratio adest præter jam dicta vulneraria & externa *clysteres uterini* locum inveniunt, qui parari possunt ex ▽ *fl. samb. plantag. vin. Sach.* ♄ *camph. myrrh. aloe, floribus hyperici, rosar, &c.* quæ & mundificandi, & consolidandi virtute pollent.

SECTIO I.

De Hæmorrhagiis.

CAPUT. II.

De Hæmorrhagiis in genere.

§. 1.

HÆmorrhagia est *præternaturalis sanguinis effusio contingens ordinario in partibus tenerioris, ac rarioris texturæ, & ubi ipsa vasa san-*

gui fera in superficie sunt dispersa, ortum ducens ex liberiori sanguinis motu impedito, & ad tempus per certas partes aut viscera sufflaminato.

§. *Causa proxima* & genuina omnis hæmorrhagiæ est sanguinis liberior motus in circulo suo impeditus: quo facto juxta naturæ motuumque hydraulicorum leges impulsus, ac impetus sanguinis in vicina ac patentiora vasa pertingit, quæ cum copiam superfluam commode ferre non possint expanduntur nimium, tandemque dehiscunt illis in partibus quæ sunt teneriores, mollioriores & ubi vasa prominent minus tecta carne vel cute.

§. 3. Quæstio hic oritur an per arterias an vero per venas sanguinis eruptio contingat. Ubi respondetur quod per vasa utriusque generis prorumpere possit sanguis præter natutam vasa distendens, prababile tamen est sanguinem arteriosum magis excerni, quam venosum, propter valoularum situm, refluxum in venis impedientem.

§. 4. *Causæ procatarcticæ & remotiores* variæ sunt, *ex naturalibus* sese offerunt subjecta ratione temperamenti sanguinea vel etiam cholerica activioris ingenii, sangninem copiosum tenuem ac mobilem in vasis foventia rationeætatis juvenilia atque virilia.

§. 5. Observatione dignum est certis ætatibus per certa loca hæmorrhagias magis esse familiares: ita narium hæmorrhagiæ pueris & adolescentibus solennes sunt, juvenibus hæmoptysis unde m. circa hanc ætatem ingens phtiseos metus, consistenti vero s. virili ætati magis communes sunt hæmorrhoides.

§. 6. Ex causis naturalibus porro certa anni tempora peculiares hæmorrhiogiarum species producunt. Licet enim quovis ferme anni tempore hæmorrhagiæ varii generis contingant, frequentiores tamen sunt hyeme hæmoptises, mictus ac vomitus cruenti, æstatis vero tempore & vere hæmorrhagiæ narium.

§. 7. Ex causis *non naturalibus* animi pathemata frequentissime hæmorrhagias causantur, inprimis a. terror atque ira, porro errores in Diæta v.g. abusus ♌tuosorum vini generosioris, omniumq; rerum sanguinem copiosum producentium. Huc etiam pertinet motus, & exercitatio corporis nimia, nec non suppressio excretionum sanguinis consuetarum.

§. 8. *Ex Causis præter naturalibus* Cachexia, malum hypochondriacum, omnes morbi spasmodici, obstructiones viscerum frequentissime conjunctas habent hæmorrhagias.

§. 9.

§. 9. Nec prætereundæ ſunt contuſiones graviores capitis, aliarumque partium. Solenniſſimæ enim ſunt hæmorrhagiæ narium poſt contuſionem capitis, ita etiam poſt contuſiones membrorum graviores narium hæmorrhagiæ imo Dyſenteria vel vomitus cruentus teſte experientia obſervati fuerunt. Idem accidit a caſu ab alto, qui eosdem cum contuſionibus habet effectus.

§. 10. Poſt graviora vulnera & vaſorum dilacerationes quamvis multum ſanguinis excretum fuit; nihil ominus tamen facile excitantur hæmorrhagiæ, vel febres ſynochæ inflammatoriæ niſi mature ſuccurramus V. S.

§. 11. Dantur & aliæ hæmorrhagiarum cauſæ procatarcticæ v. g. membrorum amputatio, luxationes tumores inflammatorii nec non intempeſtivus adſtringentium ſtipticorum ſanguinem incraſſantium, & opiatorum uſus in perſonis plethoricis vel ſanguineo melancholicis.

§. 12, *Signa* hæmorrhagiarum diagnoſtica non ſunt obſcura. Siquidem autopſia cognoſcuntur, ſi præſensſit morbus, imminentem vero prænunciant tenſiones, & ſpasmi in hac vel illa parte *vid. Hoffm. Diſſ. De Hæmor. origine* §. 6.

§. 16. *Prognoſin* quod attinet, omnis hæmorrhagia quo magis enormis. eoms. etiam periculoſa.

§. 14. Majus imminet periculum ſi ex arteria ſanguis prorumpit maximum ſi major truncus vaſis ſanguiferi fuerit læſus.

§. 15. In morbis malignis cum exanthematibus conjunctis periculoſiſſima eſt hæmorrhagia.

§. 16. Pallor & diſcoloratio faciei, extremorum frigus deliria lypothimiæ, convulſiones & ſingultus hæmorrhagiis ſupervenientia triſtiſſimum prænunciant eventum.

§. 17. Salutaris dicenda eſt hæmorrhagia, quæ ſanguinem ſuperfluum, præſertim ex ſuppreſſa evacuatione conſueta, debita in quantitate evacuat.

§. 18. In hæmorrhagiarum cura ante omnia reſpiciendum eſt ad cauſas procatarcticas. Si ex abundantia ſanguinis fit absque V. S. præcaveri hæmorrhagia minime poteſt. Si ex obſtructione viſceris, & impeditiori ſanguinis motu in partibus abdominis hæmorrhagia oriatur, ſicuti contingit in Hyppochondriacis *apperientia* ♂*tialia* ⊕*oſa*, & quæcunque viſceribus tonum ac robur conciliare ſolent

in usum sunt vocanda. Si ex motu vehementiore corporis & animi vel ex abusu 🜁tuosorum hæmorhagia nascitur *anodyna sedativa acidula* & actu *refrigerantia* commodum inveniunt locum.

§. 19. In hæmorhagia sæpius recidivante, quod plerumque indicium est, Hypochondria vitio quodam laborare, præter jam dicta ♂tialia conveniunt quoque amara *sanguinis 🜁tuascentiam blande promoventia* & *obstructiones* placide *referantia*.

§. 20. Nunquam accedendum est ad stiptica externa ubi magna est congestio & impetus sanguinis ad partem affectam: item statim in principio quando non multum sanguinis effluxit maxime in statu plethorico, quoniam hæc remedia malum non tollunt sed sæpius gravissima symtomata excitant.

§. 21. Stiptica externa v. g. *caput mortum* 🜖li vel *liquor stipticus* vel *pulveres stiptici* locum inveniunt, quando magna sanguinis copia jam jam effluxit, & quando extrema incipiunt refrigerari ac lypothimiæ metus instat.

CAPUT. II.

De Hæmorrhagia narium.

§. 1.

HÆmorrhagia narium est *præternaturalis sanguinis effusio facta ex apertione vasorum sanguineorum minimorum tunicam narium interiorem perreptantium, proveniens a circulo sanguinis inæquali & inde dependente maximo sanguinis impetu ad caput.*

§. 2. *Causa proxima* hujus morbi est circulatio sanguinis inæqualis facta cum impetu. Quandocunque enim ob certas causas procatarcticas liberior sanguinis circulus in aliis partibus sufflaminatur, tunc majori impetu, præsertim si sanguis adhuc floridus tenuis ac mobilis, qualis est in juvenili ætate, ad caput ruit, vasa sanguinea extendit, & ubi minorem invenit resistentiam, perrumpit, sicque effusio contingit.

§. 3. Familiaris esse solet juvenibus & adolescentibus, habitus corpo-

corporis spongiosi præsertim post corporis & animi vehementiorem commotionem, vini copiosi, atque liquorum -ꝏ-osorum ingurgitationem tempore æstivo, austrino.

§. 4. Præter reliquas causas omnibus hæmorrhagiis in genere communes effusionem & stillicidium sanguinis e naribus producere valent sternutatoria fortiora, & inspirata acria.

§. 5. Hæmorrhagia narium frequentissimum est symptoma febrium ardentium, & interdum malignarum, item Variolarum, Morbillorum in subjectis sanguineis, atque cholericis: quoniam in talismodi morbis circulatio sanguinis admodum inæqualis deprehenditur, ob spasmodicam contractionem hinc inde factam, sanguinisque orgasmum.

§. 6. Distinguitur hæmorrhagia narium in *criticam & symptomaticam*. Illa instituitur à natura bonum in finem ad ejiciendam superfluam sanguinis quantitatem. Hinc fit cum euphoria & allevatione symptomatum & dici potest salutaris. Hæc vero semper est periculosa præsertim si enormis sit, cum symptomatum augmento & majori atrocia, viriumque diminutione.

§. 7. *Signa* imminentis narium hæmorrhagiæ sunt capitis dolor gravativus, tumor colli, pulsatio vehemens arteriarum circa tempora & collum, oculorum hebetudo, rubor faciei, narium siccitas & pruritus, lacrymarum involuntaria ejectio: quæ omnia imminentem narium Hæmorrhagiam patefaciunt præsertim in sanguineis & prædispositis subjectis.

§. 8. In nimia hæmorrhagia, eaque periodica, & consueta solet ut plurimum præcedere quædam cutis horripilatio, rigor pedum frigus, alvus adstricta & dolor tensivus circa hypochondria.

§. 9. In juvenili ætate temporeque æstivo à motu & exercitatione corporis, nec non ab incalescentia vini excitatæ narium hæmorrhagiæ non sunt periculosæ sed satis securæ.

§. 10. Si crebrius revertuntur Hæmorrhagiæ, & ex errore in rebus non naturalibus commisso, vel causa alia externa avertuntur atque sistuntur, capitis affectus plerumque solent succedere.

§. 11. Qui in puerili ætate crebriores narium hæmorrhagias experiuntur utplurimum ætate juvenili, hæmoptisi, & ex hac phtisi laborant.

§. 12

§. 12. Criticæ narium hæmorrhagiæ subito suppressæ periculosissima symptomata producunt v. g. anxietatem suffocatoriam in pectore, tumorem œdematosum capitis, inflamationem capitis, soporem lethargicum, hæmicraniam, apoplexiam.

§. 13. Si in principio malignorum morborum accidunt stillicidia immoderata, & incoercibilia nihil boni portendunt. Optimæ autem censentur quæ accedunt tempore, quo morbus solvi solet.

§. 14. *Indicationes primariæ* sunt *sanguini inæqualiter circulanti liberiorem restituere circulum ejusque impetum ad caput divertere & ad inferiora trahere*, tandemque *aperta vasculorum orificia claudere ac obdurare*, semper tamen respectum habendo ad causas procatarcticas.

§. 15. Usu interno convenientissima sunt *leniora diaphoretica*: instar omnium autem commendatur ⦶c. *camphora* addito si malum gravius *Sacharo* ♄ *ad gr. iiij.* vel *v.* & *laudano opiato ad gr. ij.* Propinari hoc remedium potest cum *aquis diaphoreticis*, & *antispasmodicis*, *ac cum regimine diaphoretico.*

§. 16. Derivationis gratia commendatur V. S. in brachio mature instituenda, nec non *pediluvia* ex herbis cephalicis parata additis *cineribus clavellatis* & ⊖*e communi.*

§. 17. In cura porro videndum est an alvus sit aperta sin minus aperienda est *clysmate.*

§. 18. Si hæc non satisfaciunt externe fronti, temporibus, ac collo nisi simul conjunctus sit morbus acutus applicari potest, & naribus quoque suscipi sequens cataplasma.

Rec. ♃ *Rosacei.*
∇. *Rosarum aa.* ℥j.
⩔ *Camph.* ʒj.
⦶ ʒij.
Opii ℈ß. *m.* & *frigide applicetur.*

§. 19. Hisce omnibus incassum adhibitis si nimius sanguinis affluxus maximi periculi metum afferat ad *liquorem stipticum accedendum* est, vel confugiendum *ad caput mortuum* ⊖*cum succo plantaginis* mixtum: quod sub forma turundarum naribus applicari, & intrudi potest ceu potentissimum adstringens.

§. 20.

§. 20. Nunquam accedendum ad adstringentia & refrigerantia fortiora nisi periculum immineat.

§. 21. V. S. inter initia morbi in parte opposita vel etiam remota instituta non contemnenda; abstinendum autem à V. S. si ingens sanguinis copia jam promanaverit. Ita quoque cavendum à sæpius repetito V. S. usu loco præservationis ne morbis Chronicis ansa præbeatur

§. 22. Ab aere frigido æger probe est arcendus & præsertim pedes, ac partes corporis extremæ ab aere frigido defendendæ.

CAPUT III.

De Hæmoptysi.

§. 1.

Hæmoptysis est *ejectio sanguinis plerumque floridi & spumosi in majore vel minore copia ex ore proveniens à respirationis officina, puta pulmonibus asperaque arteria, nunc citra singularem dolorem vel tussim validam, sed cum levi saltem screatu nunc cum tussi conjuncta.*

§. 2. Differt hæmoptysis à vomitu cruento ratione (1) *partis affectæ.* Nam in Hæmoptysi pulmones cum aspera arteria laborant, in vomitu cruento vero ventriculus affectus est. (2) Differunt ratione sanguinis *excreti* qui in Hæmotysi plerumque floridus & spumosus est in vomitu cruentó vero nigricans. (3) Ratione *symptomatum.* Nam in Hæmoptysi sanguis vel cum levi creatu vel cum tussi excernitur, in vomitu cruento vero absque creatu vel tussi.

§. 3. Differt porro hæmoptysis ab illo sanguinis sputo, *quod ex faucibus & gurgulionis partibus internis originem trahit* ipso colore, nec non modo ejectionis, siquidem in hoc levi screatu sanguis paucus excernitur atri plerumque coloris cum sputo viscido permixtus; sanguis autem è pectore sive pulmonibus cum tussi levi & pectoris quadam commotione excernitur, & spumosus magis est & floribus.

§. 4. Deinde etiam differt hæmoptysis *ab illo sanguinis sputo, quod in pleuritide,* vel aliis *thoracis læsionibus contingit,* quod in his morbis non excernatur sanguis purus, sed flavo magis sputo, vel etiam puru-

rulento permixtus, & quidem in pauca admodum quantiate, cum validiore & admodum molesta tussi.

§. 5. Differt tandem hæmoptysis ratione *modi læsionis*. Hinc alia est, a urptione vasorum majorum, alia vero ab erosione vasorum. Illa in instanti sæpius fit, & cum magna sanguinis profusione interdum ad aliquot libras, & certis paroxysinis seu intervallis recurrit: hæc autem vitium pulmonum sequitur, & cum respiratione difficili ac dolore pectoris gravativo ordinarie conjuncta est, & continuo magis investat, minore tamen semper sub quantitate sanguis excernitur, & ex hac utplurimum sequitur phtisis.

§. 6. *Causa proxima* ex antecedentibus nota est, nec opus est ut in *remotioribus & procatarcticis* describendis longiores simus. Omnia enim huc revocanda sunt, quæ in genere de Hæmorrhagiis diximus.

§. 7. In specie vero hæmoptysin præter communes causas compressio thoracis violenta, casus ab alto, gravis contusio, vulnus, vociferacio nimia, quæ facile rumpi solet vas sanguineum.

§. 8. Porro hæmoptoici plerumque vitium habent in Hypochondriis sive in hepate sive in liene, ubi obstructio quædam gravior subsistit: quæ si non radicitus tollitur, sæpius recurrit malum & frustra propinantur omnia incrassantia, & adstringentia remedia.

§. 9. Hæmoptysis sæpius esse solet symptoma Hystericæ passionis in fœminis, quemadmodum in viris affectionis Hypochondriacæ. Quandoquidem a spasmo contractis, & coangustatis sanguinis meatibus in visceribus abdominis sanguis impedito ejus liberiori circulo ad angustias redactus impetu, ac copia affectat exitum, & quā data porta erumpit.

§. 10. *Signa diagnostica* per se sunt manifesta, & in definitione jam jam tradita: quod vero *prognosin* concernit, si Hæmoptysis originem habeat à causa externa vel plenitudine sanguinis, quamvis in larga satis copia prorumpat sanguis, modo cito curatio legitima instituatur omnis ferme periculi expers est.

§. 11. Subjecta in quibus Hæmoptysis sæpius revertitur plerumque fiunt tabida, maxime si ex viscerum abdominis obstructione & vitio malum natales suas agnoscat.

§. 12.

§. 12. Si sanguinis sputo supervenerit puris expectoratio malum Secundum *Aph. Hip.* 5. *l.* 7.

§. 13. In *cura* ante omnia diligentissime ad *causas respiciendum* & si ex *Plethora* malum provenit V. S. tempestive instituta præservat & curat.

§. 14. Si à *violentia externa* oritur *remedia diaphoretica & sanguinem congrumatum resolventia* in usum vocanda, si ex *obstructione viscerum aperientia.*

§. 5. In genere vero sequenti methodo cura optime instituitur (1.) *Ipso in paroxysmo instituitur V. S. in brachio vel pede ad ℥. aliquot, quæ post* 3. *vel* 4 horas si malum non sistitur iterari potest (2.) *adhibendus est clyster non adeo stimulans sed saltim emolliens* (3) Interne sequens potio præscribenda.

Rec. ▽ *Plantag.*
Portulac.
Papav. Rhead.
Nymph. aa. ℥j.
Acet. dest. ℥j.
Lap. 69. ʒj.
⦶ *Purif.*
Sangv. Drac.
Hæmat. præp. aa. ℈ij.
Syrup. de Symph. Fern. vel Mirtillorum ℥ß.

De qua singulis horis aliquot cochlearia sumantur si malum gravius & periculum in mora Tra ♀⦶ *aut Liquor ♂tialis* admisceri potest, item *laudanum Opiatum*, qualis mixtura in omnibus enormibus & periculosis Hæmorrhagiis locum invenit. Postremo *remedia consolidantia* præsertim si gravior læsio vasis cujusdam facta fuerit in usum trahenda v.g.

Rec. *Rad. consol. Maj.* ℥j.
Herb. Agrimon.
Hedr. terrestr.
Scabios.
Sanicul.

Pulmon.
Tussilag. aa. m. j.
Summit. Hyperic.
Millefolii aa. m. ß.
Fl. Papav. errat.
Bellidis.
Boraginis
Cynoglossa.
Symph. aa. p. ij.
Sandal. rubr. ℥ß.
Coque in s. q. aquæ communis tunc

Rec. *Colat. mens. j ß.*
adde.
Sir. de Symph. Fernel. ℥iij.

Cui decocto etiam admisceri poterunt pro re nata *pulveres stiptici* præsertim, *Hæmathites* in subtilissimum pollinem redactus, item *Sanguis Draconis* vel etiam *E E. traumaticæ vel tra* ☿*tiales adstringentes* varii generis admisceri possunt, & tam tempore paroxysmi quam extra illum istud commode usurpari potest.

§. 16. Extra paroxysmum conveniunt leniora evacuantia & aperientia non omissis antispasmodicis.

§. 17. Ab omnibus stipticis austeris acidis, opiatorum magna dosi cavendum est sedulo, præsertim si ex Plethora vel ordinaria evacuatione sanguinis prohibita malum suscitetur: Nam anxietates præcordiorum, & cardialgiam efficere vel augere solent.

§. 18. Omne frigus, ventique septentrionales probe sunt vitandi, nec non aer nimis calidus & æstuosus. Item ☉ meridianus, omnesque motiones corporis & animi, & quicquid M. S. nimium exagitare valet fugiendum, ita quoque abstinendum à cibis piperatis, aromaticis & supra modum acidis vel ⊖sis, nocet quoque vinum, rubrum tamen concedi poterit si moderate sumatur.

§. 19. Pedes à frigore probe defendendi, & commendanda pediluvia, quæ simul ad sanguinis distributionem, & derivationem ad partes extremas egregriam locant operam.

§. 20.

§. 20. A terrore qui suscitat præsertim in dispositis omnis generis Hæmorrhagias, item aliquoribus ♎tuosis temperet sibi æger.

CAPUT. IV.

De Vomitu sanguineo, & fluxu Hepatico

§. 1.

VOmitus cruentus est *sanguinis ut plurimum nigricantis cum pituita mixti per vomitum ejectio proveniens ex aperto quacunque ratione vase sanguineo ad ventriculum pertinente.*

§. 2. Differt vomitus cruentus ab Hæmoptysi potissimum in hoc, quod in Hæmoptysi *sanguis ejiciatur ex pulmonibus* & aspera arteria, & excernatur plerumque floridus atque spumosus: in vomitu cruento vero *e ventriculo excernitur* colore ut plurimum nigricans cum alimentis pituita permixtis.

§. 3. Fluxus hepaticus, qui tamen rarior affectus est, est *sanguinis plus, minusve nigricantis interdum carnium loturæ similis absque singulari dolore per alvum ejectio.*

§. 4. Fluxus hepaticus probe distinguendus est a Dysenteria. Hæc enim cum spasmo dolorifico in intestinis conjuncta est: ille vero absque notabili dolore contingit. Deinde distinguendus est fluxus hepaticus a fluxu Hæmorrhoidali, quoniam hic fit cum dolore tensivo circa anum & cum tenesmo, abdominis compressione in fecum ejectione contingit, sanguisque exit floribus: ille vero absque tenesmo & notabili dolore contingit, nec sanguis floridus excernitur.

§. 5. Causa tam *proxima*, quam m. *remotiores* procatarcticæ conveniunt cum reliquarum Hæmorrhagiarum causis: in specie tamen vomitus cruentus in sexu sequiore sæpius agnoscit ceu causam procatarcticam suppressionem mensium.

§. 6. Vomitus cruentus sæpius est symptomaticus ortus ab inflammatione ventriculi propter assumta venena mineralia ☿ sublimatum, arsenicum &c.

§. 7. Fluxus hepaticus à veteribus adſcribitur hepati; ſed perperam, legibus enim anatomicis repugnat. Provenit potius ex vaſis meſeraicis, ubi ſanguis congeſtus tandem membranas inteſtinorum rumpit, & in inſigni quantitate ater ille ſuccus plus minus ſeroſus ad ℔ij vel iij interdum ejicitur cum virium & appetitus proſtratione, negandum tamen non eſt, hepatis indurationem hunc fluxum interdum poſſe producere.

§. 8. *Signa diagnoſtica* per ſe ſunt manifeſta, & ex ſuperioribus patent: quod tamen vomitum cruentum a ſuppreſſione menſium imminentem attinet accidit ille plerumque circa menſium tempus ordinarium cum alvi adſtrictione, murmure ventris, dolore ac tenſione Hypochondriorum præſertim ſiniſtri Hypochondrii, dolore dorſi gravativo, magna virium proſtratione usque ad ſyncopen, anxietate præcordiorum, ſudore frigido, appetitu dejecto; ipſo vero in paroxysmo frigent plerumque artus extremis vaſis detumeſcentibus.

§. 9. In ſanguinis vomitu ex Pancreatis vitio percipitur dolor profundus & gravativus in ſupperiore lumborum parte ubi ſitum eſt Pancreas, imo ſequi ſolet puris vomitus ob pancreas exulceratum.

§. Fluxus hepaticus cum dextri Hypochondrii dolore plerumque complicatur, & in confirmato ac deſperato Hypochondriaco malo contingit, & ſæpius ad mortem ægrotantes ducit.

§. 11. Vomitus ſanguinis variolis vel etiam morbillis primis morbi diebus in ſubjectis annoſioribus, ſanguineis atque plethoricis ſuper veniens absque periculo eſt, & ſæpius cum levanime accidit.

§. 12. Vomitus ſanguinis ingens periculum minatur ſi ex gravi ventriculi inflammatione ab aſſumto veneno naſcitur.

§. 13. Vomitus ſanguinis criticus a nimia ſanguinis copia, in illis ſubjectis, quæ menſum vel hæmorrhoidum ſuppreſſione laborant non ſemper periculoſus eſt non tamen negligendus.

§. 14. Vomitus ſanguinis interdum periodice recurrit, certo ac ſtato tempore, maxime in fœminis ſuppreſſione menſium laborantibus.

§. 15. Fluxus hepaticus incipiens & in juvenibus difficulter

curatur

curatur, inveteratus & in senibus fere nunquam. Ducit enim ad cachexiam, tabem, hydropem & tandem ad mortem.

§. 16. In *Cura* vomitus cruenti dilengenter attendere debemus causas, item an Criticus an symptomaticus sit. Ex hisce enim formandum indicium utrum sistendus an vero linquendus sit.

§. 17. Si ex sanguinis plenitudine ad revulsionem proficua erit V. S. in pede instituta, vel etiam ipsorum pedum sola immissio in 🜄 calidam qua egregie derivatur sanguis ad inferiora.

§. 18. Si ex obstructionibus viscerum, extra paroxysmum, deobstruentia *♂tialia ⊕osa, amara & leniora evacuantia* omne absolvunt curationis punctum.

§. 19. In ipso paroxysmo ante omnia V. S. celebranda nisi nimium jamdum sanguinis evacuatum fuerit: deinde *Clyster* injiciendus est, tam ad revulsionem, quam etiam ad scybalarum evacuationem, quæ retenta semper pejorem reddunt statum: porro sanguis congrumatus in ventriculo hærens & disolvendus, & simul quoque evacuandus est, quod commode præstat sequens pulvis.

Rec. Rhabarb. ℥j.
♁ diaph.
Lap. 69.
⊕ purif.
Pulv. Anglic. aa. ʒß
M. f. pulv. cujus dosis ℈ij.

Tandem opera danda est, ut vasa nimium aperta vel etiam erosa iterum consolidentur, quo nomine commendantur *decocta vulneraria vel etiam træ traumaticæ.*

§. 20. Ratione Diætæ confert pro potu ordinario 🜄 *chalybeata,* aut cerevisia tenuis, cui instillata est *træ ♂ Zwelff. vel cydoniata,* cibi facilis coctionis & pauci offerendi, conducit quoque vinum rubrum parcius tamen datum.

§. 21. Si ex assumto veneno proficiscatur Theriacalia cum ☍ & antispasmodicis mixta celerrime & magna dosi applicanda.

§. 22. In vomitu cruento & fluxu hepatico ad consolidationem in fine mali laudatum deprehensum fuit vinum Hispanicum cum ☍ *amygd. d. vel olivarum* cum *pane tosto* mixtum & exhibitum.

§. 23.

§. 23. Fluxus hepatici eadem est cura, eademque medendi methodus sicut vomitus cruenti.

§. 24. Reliquæ cautelæ in cura horum morborum observandæ repetantur ex antecedente capite.

CAPUT V.

De

Mictu Cruento.

§. 1.

Mictus cruentus est nihil aliud quam *præternaturalis sanguinis sive puri sive cum lotio permixti per vias urinarias excretio.*

§. 2. *Causa proxima* est circulatio sanguinis impedita & inæqualis & ab ea dependens vasorum sanguineorum dilatatio, læsio, atque dilaceratio.

§. 3. *Causæ procatarcticæ* atque *occasionales* variæ possunt esse. Ex *naturalibus* sese offert temperamentum sanguineum. Sanguineis enim & plethoricis item juvenibus atque viris sanguinem floridum habentibus hic affectus familiarissimus esse solet præprimis si accedat vini immoderatus usus uti refert Hildanus Cent. 3. obs. 52. vel acria aromata & alliacea inter cibos frequenti in usu sint.

§. 4. Ad hunc effectum producendum contribuunt porro ⊖ia volatilia sanguinem rarefacientia vel etiam purgantia maxime aloetica item Cantharides quæ ⊖e suo caustico volatili partim sanguinem rarefaciunt partim etiam venarum orificia erodunt, nec non diuretica fortiora & calida uti sunt balsamum ♎ tereb. ℴℴ junip. similiaque calidissima ℴℴ, interdum etiam coitus frequentior hunc morbum producit.

§. 5. *Ex præternaturalibus* causis notari meretur acrimonia scorbutica vel Hæmorrhoidum in viris, & mensium in fœminis suppressio, vel obstructio viscerum sive hepatis & lienis Hypochondriacis etiam hic affectus admodum familiaris est.

§. 6. Affectus hic symproma frequens solet esse calculosorum præsertim si fuerint sanguinei, Ita quoque in inflammatione & exulcera-

ulceratione renum urina solet interdum prodire cum sanguine mixta sed quantitate pauciore, nonnunquam in morbis acutis præsertim Variolis & morbillis, petechiis, peste urina etiam cruenta ejicitur, & maximum plerumque prænunciat periculum.

§. 7. Tandem ex *causi externis* hunc affectum producere valent vehementior equitatio in subjectis plethoricis, casus ab alto, contusio & percussio in regione lumbari, nec non elevatio gravioris ponderis.

§. 8. Differentia mictus cruenti à parte affecta sumitur. Interdum enim ex ipsa vesica, interdum ex renibus interdum ex membro virili sanguinis extravasatio atque profluvium contingit.

§. 9. Signa mictus cruenti uroscopia suggerit, caveat tamen medicus ne à flammea scorbuticorum quorundam urina interdum sanguinis colorem mentiente decipiatur; consistit vero differentia in hoc si à ⊖ibus urina rubicunda tunc sedimentum deponit instar cinabaris vel incarnati coloris : si vero urina à sanguine apparet interdum instar loturæ carnis, & sedimentum dejicit nigricans atque grumosum. Deinde etiam perspicua solet esse scorbutiorum urina opaca magis quæ est à sanguine. Tandem etiam linteo explorari potest in mictu cruento purpurea vestigia ostendit secus ac in scorbuto.

§. 10. Pathognomonicum mictus cruenti signum est si grumi sanguinis fundum in urina petentes vel etiam natantes & fluctuantes observentur, & post urinæ fluxum ipse sanguis deprehendatur in membro.

§. 10. Signa partis affectæ sunt sequentia. Si *ex renibus* profluxit sanguis conjungitur, vel m. præcedit dolor lumborum gravativus aut in ipso paroxysmo calculi, vel etiam post ipsum minuitur; si *ex vesica* urinaria dolor & ardor circa inguina observatur &, paucus sanguis cum purulenta utplurimum materia simul excernitur. Si ex *membro virili* profluvium tale contingit citra urinæ fluxum, & dolorem lumborum vel abdominis ex *ipsa urethra* guttatim citra ullum dolorem stillat sanguis.

§. 12. In consuetis interdum admodum salutaris est talis mictio. Constat enim observatione practica quosdam per circuitus nonnunquam, mingere sanguinem & si nihil sanguinis effluxerit capitis dolore vexari, oculorum aciem hebetari, vertiginem pati, alios in co-

mitialem morbum incidere, alios malo hypochondriaco, hydrope aut nervorum vitio affici.

§. 13. Si mictus cruentus contingit in plethoricis, & qui sanguinem mittere vel cum euphoria ejus effluxum per alias vias experti sunt citra periculum est.

§. 14. Si ex inflammatione renum, & exulceratione vesicæ contingit tabem insignem hisce partibus illatam designat, maxime si cum saniosa materia junctus fuerit.

§. 15. Si fluxus fuerit enormis viresque dejiciat periculosum & fraudulentum malum est, & ad hydropem, cachexiam, hecticam apertissimam pandit viam.

§. 16. Si magnum vas ruptum fuerit in renibus, ita ut sanguis purus atque sincerus magna in quantitate procedat, inque grumos facile vertatur, tunc ipsos ureteres obstruere & urinæ suppressionem subsequente lypothimia causari poterit.

§. 17. *Cura generalis* consistit in eo ut spasmi, sine quibus nunquam talis fluxus perficitur, sistantur, & sanguini liberior circulus per corpus concedatur, postea viæ, & vascula læsa, ac sauciata convenientibus remediis consolidentur.

§. 18. *Cura specialis* adversus causas est dirigenda: si itaque ab acrimonia vel nimio calidorum remediorum usu proveniat mictus cruentus v. g. à cantharidum præpostero usu lac *recens cum rad. Alth. coct.* convenientissima erit medicina, vel hujus loco substitui poterunt emulsiones *ex seminibus refrigerantibus atque anodynis* non omisso ⦶o, vel potest misceri *lac recens cum vitello ovi aut croco*, vel etiam cum *bolo Armenia & succino.*

§. 19. In morbis malignis si mictus succedit cruentus ⦶*c.* *Camphora* mixtum omne expediet negotium: idem præstant *diaphoretica cum anodynis & ⦶osis* permixta, si à dolore & inflammatione renum oriatur.

§. 20. Si perseverat malum & erosio sive exulceratio viarum urinariarum metuenda præstat adhibere *decocta vulneraria & consolidantia*, & cum his assumere bolum Armeniæ ∀ *sigillatam*, *lap. 69. ♃diaph. &c.*

§. 21. Si immodicus sit fluxus ita ut vires præsentissime dejiciat cogitandum est de sedando tali fluxu. Non præsentius remedium

hic

hic datur ipsa tra Grammani præsertim si cum *laudano opiato aut Ess. anodyna* combinata fuerit, non omissis clysteribus V.S. aliisque e impetum sanguinis derivantbus remediis.

§. 22. Si crittica fuerit hæc evacuatio minime cohibenda est.

§. 23. Externe cataplasma cum ✠*to rosaceo aqua rosar,* ♈ *Camph.*⊕*sacharo* ♄ sine noxa, & cum summo effectu a quacunque etiam causa malum ortum fuerit, applicari potest.

§. 24. Præservant ab hoc malo leniora *purgantia Rhabarbarina* ♀*ea,* ⊕*osa, temperata* ♂*tialia,* item *decocta vulneraria,* quem in finem laudem merentur *Veronica Agrimonia Hedera* ♁*estris, radix Althææ* &c. In sanguineis V.S. tam curationis quam præservationis causa præsidium est laudatissimum.

§. 25. Styptica omni tempore maximopere vitanda sunt. Succedit enim, experientia teste, inflammatio, exulceratio hectica &c.

§. 26. In Diæta abstinendum est ab omnibus ⊖inis acribus calidis: laudantur autem juscula humectantia & demulcentia. Item Oriza, decoctum hordei, emulsiones ℴ amygd. d. oliv. &c.

CAPUT VI.

De

Nimio mensium profluvio.

§. 1.

NImius mensium fluxus dicitur, quando *sanguis ratione ipsius individui vel copiosius fluit, viresque dejicit, vel quando diutius ad aliquot septimanas durat, vel etiam quando frequentius revertitur, ita ut non expectet consuetum naturæ tempus, & menstruum spatium, sed singulis duabus vel tribus redeat septimanis.*

§. 2. Mensium profluvium nimium valde familiare solet esse sanguineis, spongiosiorem corporis habitum possidentibus: maxime omnium autem hypochondriacis, alvo adstricta laborantibus, & quæ facile spasmodicas partium contractiones patiuntur.

§. 3. Disponit ad hunc fluxum frequens usus acidorum, & viscosorum ciborum, necnon liquorum ♌osorum crebra & intem-

peſtiva ingurgitatio, corporis motus nimius, animi affectus, nimia ſalacitas, immoderatus remediorum ſanguinem fortiter pellentium v. g. purgantium, ſudoriferorum, emmenagogorum & præcipue Aloeticorum uſus.

§. 4. Nimium ſanguinis menſtrui profluvium per ſe facile cognoſcitur ſi nimirum ſanguis copioſius & præter modum evacuetur cum virium dejectione graviſſimisque ſymptomatibus.

§. 5. Symtomata quæ hunc affectum comitari ſolent ſunt tenſio atque inflatio hypochondriorum, dolor fixus & gravativus lumborum, flatulentia abdominis cum appetitu dejecto, rigor, & horripilatio partium externarum, cum vaſorum ſanguiferorum diſparentia, & detumeſcentia, facie pallida, livida, partes genitalium relaxantur, & intumeſcunt, ſæpe etiam dolor in capite, & anxietas in pectore ſimul præſens eſt: quæ cuncta teſtantur ſpasmodicam partium externarum contractionem, & ſanguinis in vaſis hypogaſtricis ſtagnationem.

§. In hoc affectu conſideranda ſemper eſt ſanguinis & quantitas, & qualitas, an nimirum ſanguis ſit fluxilis ſeroſus? quod cognoſcitur ſi in linteo pallidus juxta circumferentiam, in centro autem rubicundus apparet, an craſſus & grumoſus? an nigricans & fœtidus? item an materia perulenta vel tenax viſcoſa immixta fuerit.

§. 7. Si purulenta materia immixta eſt exulcerationem quandam partium genetalium ſignificat.

§. 8. Si ſanguis viſcoſus fœtidus nigricans excernitur, non adeo bonus exiſtimandus eſt ægrotantis ſtatus. Indicat enim ſcorbuticam & cachecticam corporis diſpoſitionem.

§. 9. Nimius & imoderatus fluxus ad cachexiam, hydropem tumorem pedum œdematoſum viam ſternit in ſangnineis ſubjectis; graciliora autem, & teneriora ſubjecta in phtiſin. & hecticam præcipitat, magnamque debilitatem toti corpori affert.

§. 10. Malum ſignum præbet ſi appetitus proſternitur, concoctio eſt debilior, corpus refrigeratur. Idem quando accedit faciei decoloratio, pedum inflatio, viriumque debilitas ad lypothimiam quandoque accedens.

§. 11. Si critica fuerit evacuatio, corpus plethoricum expurgans, ſique modum non excedat absque periculo eſt.

§. 12.

§. 12. *Cura generalis* eo dirigenda ut sanguinis circulus liberior restituatur, ♎ tuum ataxiæ & spasmodicæ fibrarum constrictiones auferantur, & consuetus sanguinis ad has vias motus divertatur.

§. 13. *Cura specialis* adversus causas semper est dirigenda: si itaque a turgescentia sanguinis, ejusque impetu malum habeat originem, vel ex abusu emmenagogorum purgantium, ♎tuosorum, & immoderato affectuum usu, modumque excedat ♎ ℞ *cum* ▽ *plantaginis* exhiberi potest, nec non *opiata*, aliaque *anodyna cum pulveribus diaphoreticis, & refrigerantibus.*

§. 14. Si a tono partium genitalium ultra modum relaxato nimiaque harum humiditate contingat, præter alia *succinum, corallia, ossa animalium usta, ac* 🜃*æ pingues* erunt accommodatissima.

§. 15. Quandocunque ex viscerum obstructione, vel imbecillitate hoc profluvium nascitur sine Rhabarbarinis, ♂tialibus, amaris, resolventibus, & deobstruentibus nihil efficies.

§. 16. Ipso in paroxysmo ante omnia vena secanda est in manu ad unam saltim unciam sanguinem emittendo, licet jamdum multum sanguinis effluxerit, sic præsentissime sæpe conquiescit sanguinea eruptio. Præterea immittendæ sunt manus in vinum calidum, quod laudatissimum est remedium, vel si paupercula est in *aquam calidam* ⊖*e communi inprægnatam.*

§. 17. Externe regioni pubis applicari potest spongia aceto rosaceo imprægnata, vel *vapor aceti ex scoriis* ♂*tis ignitis erumpens* utero excipiendus venit, aut lumborum regioni unguentum rosaceum cum *Camphora sacharo* ♄ °o *Hyosciami* applicari potest.

§. 18. Corpus est probe ab injuriis frigidi aeris defendendum præsertim caput, brachia, & pedes.

§. 19. Alvus semper aperta est servanda in & extra paroxysmum.

§. 20. Adstringentia, omniaque styptica pessima sunt, disponunt valde ad phtisin tabem, cachexiam, hydropem asthma melancholiam hypochondriacam, passionem hystericam, & malum utplurimum augent.

§. 21. *Balnea laconica thermæ*, & omnia quæ plus justo sanguinem exagitant, & rarefaciunt fugienda, item ♀ exercitium: uno verbo: excessiva omnia nociva, temperata optima.

§. 22. *Acidularum potus* in hoc malo non est noxius, modo non usurpetur tempore illo quo sanguis fluit: gaudent enim virtute aperiendi, leniter adstringendi. Hinc tonum viscerum labefactatum resistuuut, obstructiones referant, sanguinis circulum liberiorem reddunt, ejusque egressum impediunt.

CAPUT. VII.

De Mensium suppressione.

§. 1.

SUppressio mensium est *totalis menstrui sanguinis in fœminis justæ ætatis singulis mensibus alias semel & ordinarie ex genitalibus fluentis præter naturalis cessatio, proveniens a præter naturali sangninis, vel ipsius uteri, vasorumque sanguiferorum constitutione varia, gravissima sæpe symptomata in corpore excitans.*

§. 2. *Causa proxima* est impedita & inæqualis sanguinis circulatio: qua ratione vero purpureus iste fluor in motu suo, & circulo liberiore impediatur, vel ex antecedentibus jam manifestum est vel etiam ex subsequentibus patescet.

§. 3. *Cusæ* hujus mali *procatarctica* sunt variæ. Interdum in ipsius uteri præternaturali constitutione quærendæ, quando nimirum substantia ejus sit nimis compacta & vasa sanguinea, ac pori nimis constricti: idem quando scirrhi, tubercula, pinguedo, cicatrices & tumores alii comprimentes adsunt; sæpius vero causa latitat in ipsa massa sanguinea.

§. 4. Sanguinis præternaturalis constitutio suppressionis mensium causa existit, quando qualitate, vel quantitate peccat. Ratione quantitatis abundantia vel etiam defectus considerationem meretur. Ratione qualitatis cacochymia considerandа venit, quando nimirum

nimirum ~tuascentia legitima privatur, viscidisque pituitosis & crassioribus particulis refertus est.

§. 5. Reliquæ *causæ remotiores*, iterum sunt variæ. Ex *naturalibus* ratione temperamenti phlegmatica, ut & sanguinea constitutio huic malo frequentius obnoxia esse solet, ob sanguinis copiam, vasorumque angustiam.

§. 6. Ex rebus *non naturalibus* hic accusandus est (1) aer nimium frigidus præsertim in genitalia admissus. (2) Errores in diæta, victus nimirum crassus crudus frigidus concoctu difficilis, item acidus ut & potus frigidus (3) motus, excreta & retenta, nec non animi pathemata: hæc quid valeant in hoc affectu producendo noto notius est.

§. 7. Ex *causis præternaturalib⁹* varii sunt morbi qui fœminas in hoc morbi genus præcipitare valent v. g. febres varii generis, hypochondriaca, atque hysterica passio, omnesque morbi spasmodici.

§. 8. *Diagnosis* hujus affectus non est difficilis, modo fœminæ ingenue confiteantur causas a quibus originem habet. Contingit tamen nonunquam, ut lasciviores virgines vel viduæ impuro coitu imprægnatæ naturalem tunc temporis emansionem pro præternaturali venditent. Hinc probe caveat medicus, ne harum argutiis seductus committat crimen homicidii.

§. 9. Possunt autem sequenti modo gravidæ discerni ab iis, quæ mensium suppressione laborant. Nam gravidæ plerumque nativũ corporis colorem retinent, cum contra fœminæ suppressione mensium laborantes pallidæ sint, & fædo faciei colore. (2) Gravidæ hilares sunt, & parum in animi pathematibus mutantur cum contra in suppressione mensium plerumque tristes sint (3) symptomata quæ gravidis in principio accidere solent in dies paulatim mitescunt: contra vero in mensium suppressione quo diutius menses subsistunt eo magis symptomata augentur, & cumulantur (4) In gravidis motus & situs infantis tertio mense manu ventri admota percipi potest: quod non fit in suppressione mensium, ubi potius tumor quidam œdematosus & durus, nec utero semper respondens percipitur

§. 10. Signa ex quibus alias ipsa suppressio præternaturalis cognoscitur sunt sequentia: percipiunt fœminæ difficilem anhelosam respirationem, interdum si mensium temp⁹ imminet cum suffocationis metu

metu fortius moto corpore, cum totius corporis languore, gravitate pedum, pulsatione & tensione temporum, dolore dorsi & capitis, inflatione ventris, anorexia, horrore inordinato in calorem præternaturalem desinente & interdum vomitu jam pituitoso, jam biliosi.

§. 11. *Prognosin* quod attinet formanda hæc ipsa est vel ex mali diuturnitate vel ex causis, & symptomatibus conjunctis. Quo recentius itaque malum est eo citius: quo diutius vero substiterunt eo difficilius revocantur interdum etiam nunquam revocari possunt.

§. 12. Symptomata quo leviora & pauciora adsunt, eo mitius malum, & vice versa.

§. 13. Omnium pessima censenda est ea suppressio, quæ à connato vitio malæ conformatæ uteri proficiscitur, aut si ulcerum cicatrices vel excrescentiæ aut aliæ polyposæ, scyrrhosæque concrescentiæ vasorum oscula occœcaverint. Tunc enim raro, aut nunquam remedio locus erit.

§. 14. *Indicationes curatoriæ* desumendæ sunt à causis. Si itaque à *plethora* originem habeat sanguis imminuendus erit V. S.

§. 15. Vitiosa sanguinis qualitas corrigenda erit competentibus alterantibus icidentibus, & aperientibus. Hinc amara, omnia remedia ⊖e vol. ℴoso pollentia, nec non ♂tialia sunt præstantissima non omissis leniter evacuantibus, nec non urgente nenecessitate emeticis.

§. 16. V. S. si saltim evacuandi sanguinis gratia adhibetur statim in principio administranda erit. Si vero revocandorum suppressorum mensium causa vena aperienda 3. vel 4. diebus ante consuetum evacuationis ordinariæ tempus fieri hoc debet.

§. 17. V. S. loco in debilioribus etiam crurum scarificationibus & cucurbitulis scarrificatis, ut & hirudinibus adhibitis uti possumus: quandoque tamen etiam cucurbitulæ non scarificatæ adhiberi possunt ad sanguinem ad uterum revocandum præcipue si ad alia loca feratur.

§. 18. Egregiam quoque locant operam *balnea, thermæ, & pediluvia ex decoctis plantarum aromaticarum, & emollientium* parata, item *suffitus* per infundibulum utero exceptus ex scoriis *reguli ♁ in 🜄 solutis*, vel ex decoctis convenientibus lateri candefacto, vel silicibus candefactis injectis.

CAPUT.

CAPUT VIII.

De
Nimio ſanguinis Hæmorrhoidalis fluxu.

§. 1.

Hæmorrhoidum fluxus nimius *eſt præternaturalis ſanguinis per anum, vaſaque hæmorrhoidalia effuſio.*

§. 2. Nimius Hæmorrhoidum fluxus dicitur, *quando extra alvi depoſitionem* ſanguis largiter profluit, ac per aliquot temporis ſpatium durando corpus valde debilitat, & languidum reddit.

§ 3. Familiariter hic fluxus accidit perſonis ſanguineis habitu corporis ſpongioſo præditis, & quæ venarum copia & exilitate laborant, qualis corporis diſpoſitio, & habitudo ad ſpaſmodicas fibroſarum partium compreſſiones & ſanguineas excretiones per omnem ætatem valde eſt proclivis.

§. 4. Notabile eſt quod illi, qui annis adoleſcentiæ, & juventutis frequentius periodicis Hæmorrhagiis narium, vel etiam Hæmoptyſi afficiuntur ſi annoſiores facti fuerint facile corripiantur fluxu Hæmorrhoidali, præſertim, ſi otio, & quiete delectentur, multum comedant, & adhuc magis ſi fuerint Hypochondriaci.

§. 5. Familiaris eſt hic fluxus plerumque ſexui virili, non tamen excluditur ſexus ſequior, ſi nimirum menſium ſuppreſſione afficiatur.

6. 6. Oritur interdum hic fluxus ab aſſumptis acrioribus inprimis purgantibus reſinoſis, aloeticis, ſcammoneo, colocynthide, ſimilibusq; : de cetero circa cauſas procatarcticas repetenda hic ſunt omnia quæ in ſuperioribus de Hæmorrhagiarum cauſis dicta fuerunt.

§. 7. Differunt Hæmorrhoides vel ratione *partis affectæ.* Hinc aliæ dicuntur *internæ* aliæ *externæ.* Illæ originem habent ab arteria Meſeracia inferiore, & ramo ſplenico venæ portæ & exonerantur in ipſam cavitatem inteſtini recti, plerumque præcedentem habent gravitatem circa lumbos & dolorem inſtar pali inteſtino recto infixi, nullusque tumor externe obſervatur, ſæpius etiam turbæ flatulentæ in Hypochondriis & abdominis regione ſentiuntur.

§. 8. Hæmorrhoides externæ originem habent ex ramo Hy-

pogaſtrico arteriæ Iliacæ internæ, & ex venæ cavæ ramo Hypogaſtrico, quæ vaſa terminantur in muſculos ani, ejusque ſphincterem, & in his tumor dolor ardorque quidam obſervatur externe circa anum.

§. 9. Ratione *fluxus* aliæ ſunt apertæ, & *fluentes* aliæ *cœcæ*: ratione eventus aliæ criticæ & ſalutares, aliæ minus ſalutares ſeu morboſæ.

§. 10. Si non ultra modum fluant Hæmorrhoides egregie expurgant ſanguinem ſuperfluum, & magnum levamen ſanitati infirmæ, in primis ex Hypochondriaco malo & ſcorbuti foco afferunt, adeoque non facile quamvis in principio videantur nimiæ ſiſtendæ, & extingnendæ ſunt ſive internis ſive externis.

§. 11. Si nimius ſit fluxus vires dejiciens tunc ſiſtendus convenientibus remediis. Facile enim viam pandit ad cachexiam, anaſarcam, hecticam, aſcitem &c.

§. 12. Si intempeſtive ſupprimitur fluxus Hæmorrhoidalis, eadem mala teſte experientia oriuntur.

§. 13. *Cura* tam *in* quam *extra Paroxyſmum* non differt à Curatione nimii menſium profluvii. Ipſo enim in paroxyſmo *ſanguinis motus divertendus, ac derivandus. Spaſmi* ſine quibus hoc malum nunquam exiſtit, *tollendi ac ſanguini liberior circulus concedendus.*

§. 14. *Primam indicationem adimplet V. S.* in manu celebrata, quæ in ſanguineis egregiam præſtat opem tam in quam extra paroxyſmum. Deinde etiam *manus* derivationis fine *aquæ calidæ ſunt immittendæ.*

§. 15. *Secundæ & tertiæ indicationi* ſatisfaciunt *antiſpaſmodica, nervina, carminativa & aperientia*, ex *Eſſ. Caſtorei, cort. aurant.* cum ♁o *macis* acuata, item ex *Tra* ♂ *Zvvelffer. antiphtiſica Gramanni* & *Eſſ. anodyna* parata, vel pulv. ex ⊕o, *lapid.* 69. *Camph.* ſimilibusque cum ▽*is diaph.* propinati.

§. 16. Si ex obſtructione viſcerum in Hypochondriacis hoc malum habeat originem *Rhabarbarina* ♂*tialia*, ⊕*oſa* partim aperiendo, ac roborando, partim ſuperfluum ſerum evacuando, uti ſuperius jam jam de nimio menſium fluxu dictum, optatum afferunt auxilium.

§. 17. Si fuerint Hæmorrhoides externæ & nimium fluant, pulvis

pulvis Colophoniæ cum albumine ovi mixtus non sine successu adhibetur. Plura de externis remediis & a muletis vide in *Bergeri dissertatione* de *Hæmorrhoidibus ultra modum profusis, & cœcis* §. *XXXV. seqq.*

§. 18. Ipso in Paroxysmo externe carminativa etiam calida uti °° *menthæ, carvi, cum* °° *lil. alb.* mixta abdomini applicata laudabilem exerunt effectum.

§. 19. Ad fortiora externa styptica, & interna narcotica ac opiata raro, vel plane non accedendum. Hæc enim non modo magna cum pernicie sistunt hunc fluxum; sed & turbas in actionibus ratiocinationis relinquunt.

§. 20. Quando sanguinis fluxus nimis impetuosus est, & in personis ubi sanguis non abundat sed potius deficit prius adhibitis lenioribus internis accedendum ad fortiora styptica, & constringentia externa nempe *liquorem stypticum* qui cum stupa vel linteaminibus applicari debet.

§. 21. Abstinendum est semper ab omni motu corporis nimio & incalescentia, item à potu nimis spirituoso & assumptis acribus, & alvus lubrica servanda ne ex induratione fecum alvinarum, quæ cum conatu ejiciuntur malum augeatur vel recrudesat.

CAPUT IX.

De Hæmorrhoidibus cœcis & suppressis.

§. 1.

HÆmorrhoides cœcæ sunt *tubercula in intestino recto livida, rubicunda, interdum pallescentia, nodosa ac mollia sive verrucosa plus minus dolentia orta a congestione sanguinis in prædicto intestino.*

§. 2. *Causas* tam *proximam* quam *remotiores* communes habent cum fluentibus: ratio autem cur sanguis facilius in intestino recto congeratur quam in aliis intestinis consistit in eo, quod (1) situs ejus sit perpendicularis (2) compages intestini recti admodum laxa (3) laxitas ejus facile augeatur à frequentiore, & uberiore humiditate & (4) Venarum hæmorrhoidalium extremitates non tam in profundo substantiæ intestini recti recondantur, quam promineant &

tenui saltem atque tensili admodum tunica obvelentur facilius distendantur ac lacerentur. Vid. *Bohnius de cœcis Hæmorrhoidibus.*

§. 3. Distinguntur Hæmorrhoides cœcæ in internas & externas. Illæ non facile in conspectum veniunt nisi sub evacuatione alvinarum fecum id contingat; hæ vero magis patent.

§. 4. Variant etiam ipsi tumores ita ut nunc vel *majores* vel *minores*, ratione *numeri* nunc unus vel *plures*, ratione *coloris* nunc *lividi* vel *obscure rubicundi* nunc albicante materia turgidi appareant vid. *Bergeri Diss*, §. *VII. XXIV. & XXV.* item *Bohnii. Diss.* §. *IX.*

§. 5. *Diagnosis* hujus mali facilior est in externis, difficilior in internis. Externæ hæmorrhoides evidentiores sunt & visu, atque contactu dignoscuntur, quamvis etiam internæ uti jam dictum interdum promineant, sæpius tamen adeo profundæ seu altæ sunt, ut conjecturare eas potius, quam deprehendere liceat. Vid. Bohnius §. VIII.

§. 6. Utriusque tumoris genus prodit se vel pruritu mox dolore ab initio tensivo, hinc lancinante, hocque in progressu utplurimum acerbissimo & ardente satis: exacerbatur autem dolor per vices, dum ægri alvum deponere conantur, & quidem sæpe ad deliquium usque animi, cum internis conjungitur interdum urinæ suppressio: externe vero præter jam dicta symptomata sessionem & ambulationem molestam reddunt vid. ibid. § 9.

§. 7. Hæmorrhoides externæ minus malæ, & felicioris curationis sunt præ internis.

§. 8. Hæmorrhoides cœcæ quæ non adeo tument nec dolent minus periculosæ observantur, hinc potius naturæ committendæ quam aperiendæ.

§. 9. Si dolor Hæmorrhoidum valde augetur non tantum de intestini inflammatione, apostemate, ulcere fistuloso ac Gangræna metuendum, sed de convulsionibus quoque ac pervigiliis continuis, quas dolores movent, de virium languore animique deliquio.

§. 10. Tubercula hæmorrhoidalia collo vesicæ urinariæ quo viciniora eo pejora, facile enim huius inflammationem Ischuriam ac Stranguriam producunt, perinde ac in fœminis quo uteri collo

eadem

eadem viciniora eo plus quoque periculi huic minantur ob arctius utriusque vinculum, imo prægnantibus ſæpius cauſantur abortum.

§. 11. Hæmorrhoidibus alias conſuetis vel arte vel natura ſuppreſſis facile ſubnaſcitur melancholia, Nephritis, mictus cruentus pleuritis Arthritis, malum Iſchiadicum, podagra, hydrops, contabeſcentia Hæmoptyſis, aliaque mala quam plurima: de quibus videatur *Hoffm.* diſſert. de ſalubritate fluxus Hæmorrhoidalis.

§. 12. *Indicationes curatoriæ* conſiſtunt in eo, ut *hæmorrhoides fluere conſuetæ, & a natura vel arte ſuppreſſæ ad conſuetam periodum reducantur; cœcæ autem & nunquam fluere conſuetæ diſcutiantur, ſemperque dolor ſiſtatur* : unde patet remedia *aperientia, diſcutientia atque anodyna* in hoc morbo omnem abſolvere paginam.

§. 13. Si fluere conſueverint ac venæ tumeant, vel dolor ardor & pondus in lumbis obſervetur aperiuntur *internis Aloeticis* vel *externis ſuppoſitoriis, frictionibus* atque fomentis paratis ex *herba malvæ Ebuli, centaurii, Cyclaminis, foliis ficus, ſucco ceparum, felle ataurine pulpa colocynthidis*, ſemper tamen cavendo ne fortioribus excitetur inflammatio.

§. 19. *Alii inciſione facta cum ſcalpello vel Hirudinum applicatione* Hæmorrhoides apperiunt: ubi tamen notandum, quod prior modus non ſine periculo adminiſtretur; poſterior etiam tunc demum in uſum vocandus, quando alia mitiora incaſſum fuerunt adhibita, venæ tamen tumentes ſint, & natura per has ſanguinem evacuare conſueverit vel velit.

§. 15. Alteri indicationi ſatis faciunt nec non tertiæ diſcutientia atque anodyna v. g. *flores Verbaſci ſambuci. chamomillæ ſimiliaque*, *vel* ♁ *infuſa vel in lacte cocta* & calide applicata ſub fotus, ſacculi, linimenti, & clyſteris, aut ſuppoſitorii forma. Vid. *Bohnii diſſ. de Hæmorrh. cœcis* §. 30. *ſeqq.*

§. 16. Vngta, atque pinguia non promiſcue, adhibenda præſertim ubi dolor, & ardor adeſt inflammatorius atque ad gangrænam malum tendit, Tranſpirationem enim inhibent, ardorem exaſperant, & venarum capacitaten notante *VVedelio* augent, vid. *Bergeri diſſ.* §. 36.

PARS TERTIA.

De
Morbis ex motu & vitio lymphæ & ſeri ortis.

CAPUT. I.

De
Scabie, Herpete, Lepra, Variis, Gutta roſacea ac Tinea capitis.

§. 1.

HI morbi ſunt *affectus cutis originem trahentes ex impuritate ſeri ejusque acrimonia ac ſtagnatione, & cognoſcuntur ex defœdatione cutis puſtuloſa, atque ulceroſa.*

§. 2. Generantur hi affectus ex tranſpiratione prohibita non quidem in totum ſuppreſſa, ſed potius quando excretio ſeri excrementitii quoad certas tantum partes ſuſpenſa eſt, dum nimirum ⊖ia ♀ea acida acria & cauſtica varii generis in ſero contenta per hujus emunctoria poros minus ipſis convenientes commode non poſſunt excerni ſed remorantur, & in cute ſtagnant & ſubſiſtunt ubi deinceps majore acredine concepta vellicationes, dolores, tumores, eroſiones ſuppurationem, continui ſolutionem, & uno verbo inflammationem vel ulcera producunt.

§. 3. Prout autem ⊖ia illa ratione quantitatis & qualitatis differunt, & magis vel minus corroſiva ſunt, eo pejora ſolent producere ſymptomata: unde dicti affectus gradu ſaltim differunt: modus autem generationis, nec non curationis fere idem eſſe ſolet paucis ſaltim mutatis.

§. 4. Quod *ſcabiem* in ſpecie attinet eſt illa *defœdatio cutis & quidem magis univerſalis totius fere corporis cutim ocupans excepta ſaltim facie, conjuncta cum pruritu, dolore, tumore, levique exulceratione.*

§. 5.

§. 5. *Herpes* eſt nihil aliud quam *ſcabies maligna à ⊖e cuaſtico corroſiviore lympha glandulas cutis miliares corrodente, & deſtruente progna-ta, utplurimum certam ſaltim partem occupans.*

§. 6. Lepra eſt *Herpes univerſalis totius cutis cum ulcuſculis ſanguineis lympham acerrimam viſcoſam tamen ſtillantibus, unde ſuperficies furfuracea fit, ſubtus latitantibus ulcuſculis pruriginoſis.*

§. 7. Vari Germanice finnen ſunt *puſtulæ rubicundæ ac dura magnitudinem ſeminis milii adæquantes quæ quandoque ex ingenito pure matureſcunt, illoque expreſſo brevi diſparent, vel etiam ſine pravia ſuppuratione iterum ſiccantur.*

§. 8. *Gutta roſacea* vulgo küpffericht Geſicht *eſt facies puſtuloſa & ulceroſa variis tuberculis pruriginoſis, & eminentiis rubicundis ſtipata ſique morbus inveteraſcit in monſtroſiſſimam deformitatem facies & inprimis nares attolluntur.*

§. 9. *Tinea capitis* ſunt *ulcera capitis fœtida, cruſtoſa cutim ejus erodentia, modo viridia, modo crocea, modo cinerea, ex quibus parum aut nihil ſaniei effluit, & quid emanat fœtidum eſt, ſi in infantibus talismodi ulcerat ulceroſa tubercula caput occupant dicuntur Achores favi vel cruſta lactea, quamvis hæc* m. faciem ac interdum univerſam corporis cutim occupet.

§. 10. Differt ſcabies ab Herpete (1.) quod illa magis ſit univerſalis hæc vero magis particularis. (2.) Quod illa lubentius obſecundet remediis, hæc autem difficilius ſanationem admittat, ſæpiusque revertatur, & contumax admodum ſit. (3.) Non tantus pruritus, tantusque dolor in ſcabie, quam in Herpete percipitur.

§. 11. Differt ſcabies à Lepra (1) quod illa ſit magis benigna, hæc autem mali moris non æque obſecundans remediis (2) quod in Lepra ulcera ſint profundiora, cum furfuribus & ſquamulis pruriginoſis; ſcabies autem magis eſt in ſuperficie & cortice cutis absque ſquamulis & furfuribus mox abeuntibus, mox recrudeſcentibus quod ſolenne eſt ſymptoma lepræ (3) quod lepra, ut ut ſanetur, mox revertatur, difficiliusque extirpetur, ſcabies autem congruis remediis radicitus tollatur.

§. 12. Ipſa ſcabies vulgo diſtinguitur in humidam & ſiccam. In humida copioſa apparet materia purulenta, & puſtulæ etiam majores, & habitus corporis valde turgidus ſero vitioſo corrupto ſca-

tens,

& minor equidem adest pruritus, sed major membrorum ad motum impotentia. In sicca scabie cutis est valde arida pruritus, cum ardore & dolore maximus pacuaque promanat saniosa materia.

§. 13. Porro scabies erit distinguenda in *criticam & symptomaticam.* Illa sæpius contingit in quartana, Arthritide, Epilepsia, malo Hypochondriaco, & admodum salutaris est: hæc autem oritur ex Diætæ & rerum non naturalium vitio, nec alium morbum sequitur.

§. 14. Scabies humida admodum familiaris esse solet sanguineis, pueris, infantibus & habitu corporis spongiosiore præditis, præsertim si multum comedant fructibus horeis nimium vescantur, & quibus transpiratio est impeditior: senes macilenti, Hypochondriaci, & qui -^-utosis, salsis carnibus fumo induratis, saltis, cepis allio delectantur frequentius scabie sicca vexantur.

§. 15. Herpes familiaris est subjectis scorbuticis, si transpiratione debita destituuntur, & quandocumque serum causticum certæ partis glandulas semel invadit, & corrumpit, tunc sæpius iterum ad hanc partem ex sanguine demandatur.

§. 16. Lepra vel scabies maligna contingit maxime in illis, quorum glandulæ intra vel extra corp⁹ existentes induratæ, aliaq; emunctoria ⊖ibus obstipata vel vitiata, & infecta sunt. Hinc scorbuticis, Hæmorrhoidum vel mensium suppressione laborantibus malum est familiare.

§. 17. Varis, & Gutta rosacea laborant qui acidis, & spirituosis vinis, vel etiam 🜄 se se frequentius ingurgitant, sanguinem biliosum habent, alvique sunt durioris, & ventis frigidis borealibus sub motu, & exercitatione corporis violenta faciem objiciunt vel externis adstringentibus cosmeticis faviem lavare solent.

§. 18. Tinea capitis familiaris esse solet, & sæpius oritur Achoribus & facis diu durantibus, vel tarde nimis, aut male curatis.

§. 19. *Prognosin* quod concernit, scabies in se malum non adeo periculosum est: si tamen diutius durat, vel incautius tractetur, multa incommoda magnique morbi exinde propullulare possunt: vice versa etiam à multis morbis præservat, & liberat, *vid. Senn. pract. I. Lib. V. c. XXVII.*

§. 20. Scabies sicca longe molestior est, diuturnior, difficilioris-

liorisque curationis quam humida præsertim si senes invadat.

§. 21. Herpes non facile curatur diuturnusque morbus est, nisi simul in cura totius corporis habeatur ratio. Licet enim usu remediorum externorum interdum sana videatur pars affecta, frequentius tamen repullulare solet.

§. 22. Lepra est malum contagiosum difficiliorisque sanationis, ac sæpius renascens propter emunctoriorum glandulosorum pertinacem obstructionem.

§. 23. In Leprosorum cute interdum conspiciuntur tubercula dura, nodosa, glandulosa: quæ quamdiu durant plenaria restitutio speranda non est.

§ 24. Vari si debitis tractentur remediis, & legitima diætæ ratio adhibeatur, curationem facile admittunt: diffilius autem curatur gutta rosacea, præsertim si facies sit pustulosa & quasi exulcerata. Tunc enim plerumque hominem usque ad mortem comitatur.

§. 26. Tinea capitis curatu est difficilis: facilius tamen curatur recens flavi coloris, & quæ non nihil adhuc humida est. Inveterata, & quæ plane sicca cinerea vel nigra est contumax esse solet, & curatu difficillima.

§. 27. Quod attinet genuinam rectamque hos morbos *curandi rationem*, primum omnium eo respiciendum est, ut, *⊖ium causticorum generationem, quæ* in prædictis morbis est feracissima, *impediamus.* 2do ut *⊖ia in lympha jam præsentia corrigamus, & expellamus.* 3tio *ut læsas & erosas partes restituamus, & consolidemus.*

§. 24. Juxta *primam indicationem* radix horum morborum aggredienda erit: quem in finem commendatissima sunt omnia quæ obstructiones in angustissimis glandularum tubulis expediunt, & removent, nec non lymphæ liberiorem motum efficiunt: qualia sunt *♂ialia, ☿ialia* v g. *tra ♁ij. ♀sat. 🜍♁ correctum. regulus ♁ medicinalis. ☿ d. diaphoreticus ☉laris, vel Jovialis,* item omnis generis *Cinnabarina.* Hæc enim remedia lymphæ coagulum potentissime resolvunt, obstructiones reserant, & sub exigua mole totum corpus suarum partium subtilitate penetrando gravissimorum morborum radices extirpant. Optime autem exhibentur *sub forma pilularum cum extracto liquiritiæ, fumariæ, Centurii minoris, resina ligni Guajaci &c.*

§. 28. *Secundam indicationem* adimplent *diluentia ac demulcentia* sub forma infusi, vel decocti assumenda. Parari possunt ex *Veronica fumaria, scabiosa, scordio, Centaurio minore, radice Chinæ, polypodii, Rhabarbaro, cortice ligni Sassafras, ligno Guajaco, juniperino, radice Althea &c.* Præterea temperant ⊖ium acrimoniam ∀ea *absorbentia,* ⦶osa, *leniora papaveracea, atque anodyna.* v. g. *lap. 69. mater perlarum,* ∀ *Lemnia, conchæ pp.* ⦶ *pp. Sirupus papav. errat.* ▽ *fl. Sambuci. &c.*

§. 29. Expellunt superfluum serum sudorifera, qualia sunt decocta lignorum, & infusa jam dicta item præter ♃ialia, ♎♀, *tra Bezoardica, item purgantia, leniora Rhabarbarina, similiaque.*

§. 30. *Tertiæ indicationi* satisfaciunt topica: hæc autem variant prout diversus, qui cutim investat, est affectus. In scabie itaque humida unguenta exsiccantia composita *ex* ♁*e, cerussa, Tutia, creta, addito* ☍ ♀ *per deliquium & ungto Pomato* egregium præstant officium.

§. 31. In Herpete commendantur *ungta* ☿*ialia*; hac tamen adhibita cautela ut semper saltem ejus circumferentia inungatur.

§. 32. In Gutta rosacea, sequens linimentum erit accommodatissimum.

Rec. ▽ *fl. Samb.*
Fabar.
Ros.
Spermatis ranarum aa. ℥j.
Mag. Bismuth. ʒj.
☿ *præcip. alb.*
Sach. ♄.
Camph. aa. ℈ß.
E. E. Benz. ʒjß.
Sach. Cand, ʒij.

Quo linimento sæpius de die inungenda est facies, præmissis tamen debitis purgantibus, ☿ialibus, & decoctis lignorum.

§. 33. In Tinea capitis præmissis semper universalibus internisque remediis sequens unguentum adhiberi potest.

Rec. ☍ *Vitell. ov.* ℥j.
Pulv. Nicot.

fl. ♁.

Fl. ♃.
Succini aa. ℥j.
Balsam. Peruv. ℥ß.

Post inunctionem per aliquot dies continuatam lavandum est caput decocto quod constat ex anatica portione *vini* & lixivii, quæ cum *scordio Arist. rot. l. Myrrha.* & *floribus Lavend.* coquenda sunt.

§. 34. Quando hæc omnia incassum adhibentur usu interno commendantur *viperina* quæ tanquam specifica in subcuntaneis morbis à multis extolluntur: externe autem *ex pice navali* & *balsamo de copaiva* potest parari mitra ac capiti imponi, ut sic tota pellis detrahatur. Postmodum consolidatio cum ℅ *vitelli ov.* optime peragitur.

§. 35. In scabie sicca ab omnibus topicis plane abstinendum quia poros occludendo plus nocent, quam emolumenti afferunt: cura autem absolvi potest solis internis, & herbarum infusis diluentib', interdum tamen balnea emollientia & humectantia in usum vocari possunt.

§. 36. Si glandulæ tumefactæ in habitu corporis promineant, quod sæpius contingit, & malum pertinacissimum producit, *balf.* ♃ ☿*iatum* egregium affert levamen, si frequentius calide inungantur, ut emolliantur hæ ipsæ.

§. 37. V. S. vel ejus loco cucurbitulæ scarrificatæ insignem habent usum in affectibus subcutaneis quando vasa turgent sanguine & humoribus: quod si autem sanguis deficit & serum effoetum vappidum existit plus nocere quam prodesse solent.

§. 38. In his morbis semper abstinendum a purgantibus fortioribus quoniam experientia teste serum vitiosum impurum revocant ad interiora &, sæpius febre mlentam imo ardentem malignam post se trahunt.

CAPUT. II.

De

Rheumatismo.

§. 1.

RHeumatismus est *dolor partium musculosarum sæpissime cum imbecillitate partium conjunctus nunc cum, nunc absque febrili commotione originem trahens a decubitu seri vitiosi ⊖si, acris.*

§. *Causa proxima* est seri acrioris decubitus atque stagnatio in ipsis musculis, horumque membranis, *remotiores* vero possunt esse variæ. Quicquid enim transpirationem liberiorem impedit id ipsum Rheumatismo producendo causam præbere potest. Accidit interdum quoque ut ab urinæ fluxu impeditiore hoc malum oriatur.

§. 3. Habetur hic morbus frequentissime a medicicis inexpertis pro Arthritide, & si ex una parte progrediatur in alteram pro Arthritide vaga. Differt autem in hoc, quod Arthritis ipsos articulos, Rheumatismus vero spatia magis intermedia sive partes musculosas circumjacentes afficiat. Deinde Arthritis est morbus magis hæreditarius & certis personis ratione ætatis ac temperaturæ familiaris data occasione sæpius revertens: Rheumatismus autem malum transiens epidemice plerumque grassans, & plures simul corripiens.

§. 4. Afficere solet hic morbus frequentissime dorsum pertinacissimo dolore juncta simul immobilitate, cum serum acre plicaturis menbranarum juxta spinam dorsi sitis se se insinuet, aliquando dolor ipse descendit ad os sacrum, & ibi mentitur Nephritidem, unde etian a practicis & *Sydenhamio* vocatur *lumbago Rheumatica.*

§. 5. Rheumatismus itaque regionem lumbarem occupans facile cofunditur cum Nephritide: differt autem in hoc quod in Nephritide major difficultas circa vias urinarias, seu motum urinæ item conatus vomendi conjunctus sit, in Rheumatismo vero neutiquam.

§. 6.

§ 6. Invadit hic morbus maxime tempore autumnali præcedente frigore intenſo.

§. 7. Rheumatismus valde familiaris eſt ſenibus complexionis ſeroſæ frigidæ: item obeſis ſanguineis, & qui ſcarrificationibus conſuetis per tempus caruerunt.

§. 8. Rheumatismus malum magis eſt moleſtum quam periculoſum: & neglecta vitæ ratione ac debita pharmacia degenerare tandem poteſt in Arthritidem veram.

§. 9. Si cum frebre Rheumatismus oriatur brevior eſſe ſolet; ſed diris cruciatibus & acerbioribus doloribus ægrotantes exercet.

§. 10. Rheumatismus aliis morbis ſupervenines, ut Apoplexiæ & convulſioni periculum imminuit translata materia morbifica a partibus internis ad habitum corporis.

§. 11. Sudores in declinatione morbi advenientes ſalutares ſunt.

§. 12. Urinæ craſſæ & copioſæ in declinatione prodeuntes morbi ſolutiones afferunt.

§. 13. *Cardo* totius *curationis* verſatur in eo ut *ſanguini atque humoribus liberior circulus reſtituatur, ſerum ſtagnans diſcutiatur ac expellatur: tandemque ſymptomatum ratio habeatur.*

§. 14. *Primum perficitur* V. S. initio ſtatim inſtituta, ſi ſubjecta ſint plethorica niſi quid contraindicet: utpote hac ipſa dolorum atrocia mitigatur, & immobilitas remittit, reſtituto ſanguini, atque humoribus motu ſuo naturali.

§. 15. *Alteram indicationem* implent blandiora diaphoretica v. g. *Ex ſambuco* parata & ſudorifera cum Anodynis mixta *Tra Bez. decoctum Chinæ, Scorzoneræ roboratum additione mixturæ ſimplicis.*

§. 16. Symptoma magis urgens in hoc morbo ſolet eſſe dolor ſomnum arcens & conjuctus cum calore corporis præternaturali. *Hinc* ⦶*oſa cum Cinabarinis, antiſpasmodicis atque anodynis* mixta ſunt convenientiſſima.

§. 17. Si dolor atrox regionem lumbarem occupat præter jam dicta m. diuretica in uſum trahenda v.g. *Tra* ♄ *acris ſolutio lap.* 69. *arcanum* ♀ *Tra aperitiva Mæbii,* ♌ ⊖ *vel* ⦶ *dulcis cum* ♌ ⊖ ✱ *refracta doſi* propinatus. Congruum enim evacuatorium materiæ ſeroſæ Rheumaticæ conſtituunt renes,

§. 18. Nec topica in hoc affectu negligenda, Magnam enim opem ferre solent externe 🜄 *camph.* ▽ *Anhaldina*, ▽ *regina Hungariæ* ♌ *cochlearia* ♌ ⊖ ✳ *vinosus* ♌ *formicarum, lumbricorum*, item *linimentum Nervinum* in hoc affectu præstantissimum paratum ex *sapone Veneta soluta in* 🜄 quibus partes affectæ calide probe fricari & inungi possunt.

§. 19. Conveniunt etiam *Emplastra* ac ceu præstantissimum extollitur *Empl. Vigonis de ranis cum* ☿*io cum Empl. dia* ♀ *Rulandi camphora &* ⚬⚬ *Hioscimi vel pinguedine Castorei* remixtum, quod etiam diu perseverantibus lumbaribus doloribus experientia teste omne sæpius curationis punctum tulit.

§. 20. Omnia sanguinem atque sudorem impetuose commoventia sunt nocentissima, utpote quæ dolorum faces magis accendunt quam exstinguunt.

§. 21. Alvus in hoc morbo semper servanda est aperta, sive id fiat internis laxantibus ac emollientibus, sive externis clysmatibus.

§. 22. Potus ordinarius sit *decoctum CC. vel china cum passulis* calide sumptum. Hoc enim & temperans diaphoreticum, blandumque duireticum est.

§. 23: In Diæta omnia quæ ⊖ sedinem atque calorem sanguini & humoribus ingenerant, poros obstruunt, nervisque inimica sunt, sedulo cavenda, atque fugienda.

CAPUT III.

De

Catarrhis coryza, Raucedine & tussi.

§. 1.

CAtarrhus est *defluxio seri plus minusve acrioris viscidi tunicas glandulosas narium palati, asperæ arteriæ bronchiorumque pulmonum occupans, originem habens à circulatione sanguinis atque humorum segniore tonoque fibrosarum partium labefactato ac depravato.*

§. 2.

§. 2. Conjungitur talismodi lymphæ ſtaſis cum tumore, rubore ardore imo & dolore partis affectæ, & plerumque cum commorione ſanguinis febriculoſa invadit, ſive cum præcedente frigore partium extremarum, laſſitudine membrorum, & ſubſequente ardore, pulſu celeri & frequenti, appetitu proſtrato, ſubſequi deinde ſolet in parte affecta gravitas, dolor, tumor, ac ſeri copioſa effuſio. Quando enim ſerum copioſum exundans varia qualitate peregrina imbutum in vaſis colligitur providiſſima natura illud ipſum, ne ulteriori ſtragnatione tandem corruptelam deſtructoriam ſanguini minitetur extirpat mediante motu intenſiore, & febrili, cordis, arteriarum & ſubſtantiæ muſculoſæ conſtrictorio ſ. ſpaſmodico per glandulas conglomeratas vel etiam tunicas glandulosas, quæ convenientiſſima ſeri colatoria, & emunctoria ſunt.

§. 3. Pro diverſitate affectarum partium variat quoque ipſe catarrhus variumque ſortitur nomen. Si enim in ſubſtantia faucium, & naſi ductuum atque ſinuum capitis tunica glanduloſa lympha ſubſiſtit, & ſtagnat fit exinde, Coryza vel ſalivatio copioſa. Si circa aſperam arteriam *rancedo.* Si in bronchiis, & vaſculis pulmonalibus oritur *tuſſis.*

§. 4. *Cauſa proxima* horum affectuum ex ſuperioribus eſt manifeſta: *remotiores* vero variæ ſunt, & deſumendæ vel ex ſanguinis vitioſa qualitate, vel ſubjectorum diverſitate, vel ex aeris atque Diætæ vitio.

§. 5. Quod in ſpecie *Coryzam* attinet, obnoxia ſunt huic effectui ſubjecta pituitoſa phlegmatica fœminæ juvenes pueri, vitæ otioſæ dedita, abutentia nimio potu, lacte fructibus horæis, item acidis, ſomno & quieti indulgentia, præſertim quando tranſpiratio prohibita eſt propter frigus æris externum, vel propter aerem humidum, & frigidum ventum rigidum ſeptentrionalem conſtipantem.

§. 6. Sæpiſſime occaſionem *Coryzæ* producendæ præbet ab uſus ſternutatoriorum, quæ indiſpoſitis ſubjectis facile *Coryzam* inducere poſſunt.

§. 8. Dividitur *Coryza* à practicis in *humidam & ſiccam.* In humida ſeroſus liquor continuo e naribus, ſæpe etiam ex oculis effluit. E contra in ſicca nihil quicquam ſæpius etiam cum maximo conatu emungi poteſt.

§. 8.

§. 8. Porro alia *Coryza dicitur Epidemica*, quando nimirum populariter grassatur propter commune aeris vitium circa tempus autumnale, vel vernale & quandocunque ingens, & subitanea mutatio aeris calidi, sereni in humidum, frigidum crassum vel contra procedit.

§. 9. Coryza omnibus est cognita: aggreditur autem plerumque cum dolore capitis gravativo torpore mentis, frigore extremorum præsertim pedum, appetitu prostrato, sternutatione crebra, & ab initio tenuis saltim lympha atque ⊖sa procedit e naribus, quæ successu temporis crassior lentior ac magis cocta apparet bono indicio.

§. 10. Coryza omnis periculi expers est, & magis salutaris si legitime tractetur, nec cohibeatur statim vel calida ♌tuosa Diæta, vel acri ⊖sa malum exacerbetur.

§. 11. Si lympha in Coryza est acrior facile *Ozenam* sive exulcerationem narium producere valet.

§. 12. *Raucedinis causa proxima* est decubitus, & stagnatio lymphæ circa laryngem asperamque arteriam *Causæ remotæ* & *procatarcticæ* iterum sunt variæ partim communes cum Coryzæ causis, partim propriæ: ad has referenda inspiratio fumi ♀, aliorumque acriorum, quibus & suo modo loquela, cachinnum, aut vociferatio intensior annumerantur.

§. 13. *Causa interna* est lympha acrior ad asperam arteriam delata, quæ ex propriis laryngis & asperæ arteriæ glandulis effunditur. Hinc scorbutici, & lue ♀ea correpti facile raucescunt propter serum acrius asperæ arteriæ internas partes occupans: phtisici etiam Empyematici, & qui tussi crebriori laborant non raro raucescunt propter acrem materiam frequenter rejectam, quæ laryngem irritare, & hinc copiosioris lymphæ affluxum provocare solet.

§. 14. *Diagnosis* hujus morbi causarumque morbificarum nullam involuit difficultatem, & elucescit ex antecedentibus: quod vero *prognosin* concernit desumenda hæc est vel ab ipsius morbi differentia vel a causarum diversitate.

§. 15. Raucedo inveterata difficilius curatur quam nuperrime prognata: & testantur observationes practicæ raucedinem per unum, alterumve annum confirmatam sanationem vix ad misisse.

§. 16.

§. 16. Raucedo à cauſis internis orta ſive ob ſuppurationem, ſive tabem fiat ſæpe uſque ad mortem continuat: & quo contumacior eſt ipſius rancedinis cauſa interna, eo magis dubitare licet de perfecta ſanatione.

§. 17. Quod concernit generationem naturam & cauſam tuſſis eſt illa nihil aliud quam *motus convulſivus diaphragmatis*, *& thoracis cum exſpiratione violenta conjunctus, dependens ab irritatione tunicarum nervearum valde ſenſibilium, bronchias pulmonum cingentium.*

§. 18. *Cauſa proxima* utplurimum eſt ſtagnatio lymphæ plus minus acris, ⊖ſæ, conjuncta cum humoris copioſi excretione, unde tuſſis *humida* vel ſine illa unde *ſicca*, quæ etiam ſi acredo maxima eſt, & ſuffocationis quidam metus dicitur *tuſſis ferina convulſiva.*

§. 19. *Ex cauſis occaſionalibus* cuncta quæ tranſpirationem impediunt, uti flatus ſeptentrionalis, expoſitiones corporum locis aerique frigidis, ex calido infrigidum mutatio, nec non intemperantia in cibo & potu, acidorum abuſus, item calida, acria, aromata, illorumq; eſſeæ & ☍a, in magna copia aſſumta cauſantur frequentius tuſſim: jungitur quoque ſemper fere tuſſis vulneribus, atque ulceribus pulmonum, pleuritidi, peripneumoniæ, abſceſſibus thoracis, & talismodi tuſſis *ſymptomatica* non curatur niſi principali affectu ſublato, unde etiam ſymptomatica dicitur.

§. 20. Spaſmodica tuſſis frequentius contingit in infantibus ante eruptionem dentium dolorificam, item ſi vermes inteſtinorum membranulas erodunt, nec non à metallorum vaporibus inſpiratione hauſtis præſertim ♄ninis.

§. 21. Tuſſis ſicca ſpaſmodica, & quæ per conſenſum fit, ſcorbuticis, hypochondriacis, & infantibus præſertim lactantibus admodum familiaris eſt, & oritur à ⊖e tenui, acri diaphragmatis muſculos irritante, inque motus convulſivos tractorios incitante, & magis eſt affectus diaphragmatis, quam pulmonum.

§. 22. Diſtinguitur tuſſis in *pectoralem* & *ſtomachalem*. Pectoralis ſedem habet in pulmonibus, & conjuncta eſt cum reſpirandi quadam difficultate, gravitate, & dolore pectoris, ejectione materiæ viſcoſæ, vel etiam ad ſenſum ⊖ſæ, & conjungitur talismodi tuſſis frequentius Coryzæ, defluxionibus catarrhalibus & malum eſt epidemicum, veris maxime & autumni proles.

§. 23. Tussis stomachalis quæ oritur ex vitio primarum viarum molestior ac diuturnior est, & non comitatur tanta materiæ rejectione, conjungitur inappetentia, conatus ad vomitum, alvi adstrictio, & magis est malum individuale.

§. 24. Tussi pectorali magis obnoxii sunt serosiores, qui catarrhalibus defluxionibus tentantur. Tussis enim semper fere jungitur Coryzæ præsertim graviori. Non tantum enim serum vitiosum per nares expellitur; sed & per alia glandulosa lymphæ secretoria, quæ existunt in aspera arteria & pulmonum bronchiis. Porro familiaris est plethoricis, cacochymia ⊖sa laborantibus, excretiones sanguinis ordinarias suppressas habentibus, Diæta lauta & victu pleno utentibus præsertim tempore autumnali aut vernali, & talismodi tussis solet esse *critica & salutaris.*

§. 25. Tussis pectoralis alia est magis symptomatica, & familiaris est Phtisicis, Hecticis, Marasmo & Atropia laborantibus, nec non quandoque Cachecticis hydropicis, scorbuticis, & quicunque lympham ⊖sam in corpore fovent, secretam per poros tunicæ glandulosæ asperæ arteriæ.

§. 26. Tussi stomachali magis subjecti sunt hypochondriaci flatulenti, infantes, & qui intemperantiæ dediti sunt, flatus, ructus, ac tormina sentiunt, & appetitum dejectum habent.

§. 27. Datur etiam *tussis periodica*, quæ certis temporum intervallis redit, nempe certis horis v. g. circa tempus vespertinum aut matutinum, & talis ex digestionis vitio, & seri in pulmonibus collectione oritur.

§. 28. Tussis quæ ex pulmonibus oritur, habet ordinarie quandam commotionem febriculosam conjunctam, & citius solet terminari: sine febre autem est stomachalis & convulsiva, & hæc quoque magis diuturna.

§. 29. Tussis quæ diu perseverat sive humida, sive sicca sit, utplurimum aliquid monstri alit. Facile enim degenerat in phtisin præsertim si atrophia conjungitur.

§. 30. Tussis quæ Epidemice grassari solet, tempore maxime autumnali, & quæ certa habet tempora, atque periodos extra periculum est.

§. 31. Tussis sicca & convulsiva gravissima etiam gravidis facile ad

le ad abortum, in infantibus & pueris ad Herniam disponere solet.

§. 32. In *Curatione* totius negotii cardo vertitur in eo, ut *causæ probe investigentur*. His enim opponi debent apta remedia & tota curatio pro causarum diversitate mirum in modum variat ita ut nunc evacuantibus, nunc incidentibus, nunc demulcentibus, nunc antispasmodicis, nunc sudoriferis & resolventibus pugnandum sit.

§. 33. Quod in specie Coryzam attinet abstinendum est a victu pleno corpus servandum in loco temperate calido, & propinanda infusa calida *Veronicæ* vel melius radicis *Chinæ*, *& corticis Sassafras*, & inter initia simul aliquot doses *Træ Bezoardicæ* cum infusis jam dictis propinari possunt.

§. 34. Quando fluxio per aliquot dies jam duraverit roborare convenit caput, simulque promovere pituitæ crassæ, qualis sub finem existit, ejectionem. Hoc præstant omnium optime errhina non valentiora; sed mitiora nervina, qualia sunt *Sacharum* acuatum cum pulvere *Benzoes*, *extracto ligni Guajaci*, *Succino*, *Castoreo Opobalsamo* ℴℴ *Major. Lavendulæ*, quod naribus extractum mirifice roborat caput & laxitatem excretoriorum tollit.

§. 35. Si acrimonia erodens conjuncta granum unum *Theriacæ cœlestis* cum pulvere præcipitante in ▽ *Fl. Sambuci* sub lecti ingressum assumi potest, non omissis infusis diluentibus ac demulcentibus.

§. 36. In *Cura* raucedinis iterum ad *causas respiciendum*: si itaque ab acrimonia & irritatione provenit incrassantia; si à refrigeratione ab aere frigido resolventia, quo nomine commendari solet *syrupus de Erysimo*, si a nimia exsiccatione item ex sermone prolixo humectantia & demulcentia conveniunt. Si malum est symptomaticum Hecticæ, aliisque morbis superveniens non tollitur nisi sublato morbo primario.

§. 37. In curatione tussis ante omnia *respiciendum* ad mali *fomitem*: Si itaque causa in ipsis pulmonibus latitat & tussis est à materia viscida tenaci conveniunt incidentia, resolventia, & expectorantia ex radice *Helenii*, *irid. flor. Ari*, *herbæ Hyssopi*, *Erysimi*, *Myrrha &c.* parata Expertissimum quoque sequens commendatur Electuarium.

Rec. ☍ *Amygd. d.* ℥ß.
Sachari Candi.
Sirup. Viol. aa. ℥ij.
Spermatis Ceti. ʒij.
Croci gr. XII.
Balsam. ♁ *Anis. gt. X.*
M. f. Electuarium.

Rec. ▽ *Hissop.*
Asthmat. Ruland. aa. ℥ij.
Loch. pulm. vulp.
Sirup. Viol.
Oxymell. Squill. aa. ℥ß.
♌ *Virid. aris. gt. XX.*

M. quod ultimum remedium etiam in ipso catarrho suffocati vo levamen affert optatissimum.

§. 38. Si tussis est sicca à materia acri vellicante præter jam dicta commendantur decocta ex *Rad. Alth. chin. Glycirrh. herba Malva, Hedera* ▽*stris, Marubii, tussilaginis, Veronica, Scabiosa, semine papaveris, anisi passulis ficubus floribus sambuci* vel si pulverem adhibere placet potestis componi ex *Bolo Armenia pulv. Glycirrh. floribus* ♁ *M. P. de cynoglossa &* ☍ *anisi* similibusque.

§. 39. In tussi convulsiva præter demulcentia, atque anodyna in usum vocanda erunt antispasmodica.

§. 40. In tussi stomachali ubi materia peccans latitat in primis viis adhibenda sunt partim evacuantia partim etiam detersiva incidentia ⊖ina nec non carminativa v. g. ▽*fol.* ♀ ♌ ⊖ ✱ *anisatus, Ess. Zedoaria, cort. aurant. Nucista, Myrrha* additis aliquot *gutt. bals.* ♁ *anisati vel bals. peruv.* non omissis abdominis & pectoris inunctionibus ☍ quodam carminativo composito institutis v. g. *ex* ☍ *menth. carv. anis. & Hyosciami.*

§. 41. Pediluvia ex sola aqua ⊖ sa parata egregie divertunt metastasin humorum in partibus supperioribus stagnantium versus inferiora.

§. 42. Pessime faciunt medici qui assuetas talismodi excretiones

tiones seri solennes nituntur cohibere sive externis, sive etiam internis constringentibus anodynis.

§. 43. Ad præservationem morborum catarrhalium in statu plethorico commendanda est V. S. item corpus præsertim pedes, caput & ventriculus a frigore probe defendendi, 310. non multum comedendum. Optima enim est medicina inedia & usus infusorum calidorum.

§. 44. *Cautelæ* speciatim in tussi observandæ sunt sequentes.

I. Si tussis est humida & multum pituitæ evacuatur abstinendum ab anodynis, emollientibus, edulcorantibus, & tunc magis *spiritus* ⊖✻ *anisatus Ess. Zedoariæ radix Ari irid. flor. fl.* ♁ *adhibenda* quæ expectorationem & incisionem materiæ viscosæ promovent.

II. Si tussis est sicca & ⊖sedo cum insigni acrimonia in faucibus percipitur præter emollientia & inviscantia, anodyna præsertim *papaveracea* præsentem ferunt opem: nocent autem tunc omnia volatia, calida ♌tuosa, purgantia, & irritantia.

III. Quandocunque vomitus cum tussi jungitur quod sæpius accidit præsertim in infantibus ℅ *NM expr. cum* ℅ *menth. cara. anis. & pinguedine castorei* mixtum adhibendum, quo regio pectoralis calide inungatur.

IV. Quando febris catarrhalis quæ sæpius circa noctem huic affectui jungitur, *solum* ♆ *diaph. cum paucis* ⓪ *granis* junctum circa noctem offerendum cum ▽ *Card. bene. scord. scabios. &c.* vel etiam *diascord. Fracast. cum lap.* 69. & ⓪.

V. Opiata cautissime offerenda in qauacunque tussi præsertim humorali: prosunt tamen in tussi convulsiva quando probe fuerint correcta.

§. 45. Tussis stomachalis si tractetur dulcibus electuariis, decoctis expectorantibus faclile in cachexiam asthma, vel Hydropem conjicit ægrotantes. Hic enim digestio alimentorum plane invertitur, & lymphæ multo major tenacitas, atque viscositas quæ jam delinquit inducitur.

§. 46. Tussis infantum à vermibus producta, quæ cognoscitur ex illis signis quæ vermes comitantur etiam non tractanda dulcibus electuariis atque expectorantibus. His enim malum non modo augetur sed & tumor ventris, convulsiones, febris putrida facile

conciliantur. Juvant hic præter purgantia, & abstergentia leniora *Rhabarbarina amara Ess. Myrrh. Elix. propr. Extr. absinthr. cum extr. croci* conjunctum.

§. 47. In gravidis abstinendum est ab omnibus opiatis, & potius leniora laxantia pilulæ pectorales, quæ ex *gum.* ✱ *Myrrh. Extr. Elenii Rhabarb. fl.* ♀ ℴℴ *Anis. mac.* concinnatæ sunt prosunt, ante omnia an antispasmodica ut *Ess. NM. castor. adjecta* una vel altera gutt. ℴℴ *macis* sunt indicatissima.

§. 48. Quoad Diætam cavendum est ab acre frigido, ventis borealibus inæqualitate aeris, alimentis, & medicamentis acidis, cibis leguminosis, flatulentis crassum sanguinem generantibus, acredine stipatis, copioso cibo, abusu vini, vel \S/ calidis remediis sanguinem exagitantibus, item a fructibus horæis.

CAPUT. IV.

De

Cachexia, Chlorosi & Ictero.

§. 1.

Cachexia est *universi corporis habitus ex vitiosa nutritione à naturali constitutione in tumidum pallidum vel lividum mutatioc, um imminutione actionum tam vitalium, quam animalium, dependens à sero superabundante vitiato tenaci viscoso, ac defectu particularum* ♂*-tuosarum* ♀*earum, atque balsamicarum in sanguine.*

§. 2. Quando virgines hoc affectu præsertim ex mensium obstructione laborant dicitur *Chlorosis s. febris alba virginea.* Lenta enim febris subjectis juvenilibus, macilentis, & gracilibus facillime sese complicat, cum in senibus tumor totius corporis sive Anasarca lubentius sese associet.

§. 3. Quando habitus totius corporis, & præsertim faciei, & oculorum flavus citrinus aureus vel etiam nigricans apparet dicitur *cachexia Icterica s. Icterus.*

§. 4.

§. 4. *Causa proxima* horum affectuum est stagnatio seri nutritii vitiati & corrupti in habitu corporis; orta à digestione depravata, & inde natis viscerum obstructionibus.

§. 5. Causæ antecedentes atque occasionales sunt omnia quæ lædunt chylificationem: primatum autem obtinent errores in Diæta, & inprimis assumtio alimentorum copiosiorum, Dyspeptorum, viscidorum, ac glutinosorum, deinde cuncta quæ ♌ distrahunt à chylificationis negotio, uti sunt lucubrationes, nimium studium, ♀ abusus, mœror, amor, terror cunctaque animi pathemata immoderata, somnus post pastum, motus intermissus.

§. 6. Porro quoque vitia viscerum, & aliarum partium v. g. ulcera partium internarum & obstructiones, quæ impedire solent secretionem particularum heterogenearum ansam præbere possunt cahexiæ, ejusque speciebus.

§. 7. Cachexia distinguitur variis modis ratione *durationis in recentem & inveteratam*, ratione *causæ* in *hæreditariam* & *acquisitam*, item in *cachexiam Ict ricam*, *scorbuticam*, *hypochondriacam*.

§. 8. Cahexia Icterica s. Icterus iterum duplex est. Alia enim oritur ex obstructione ductuum biliariorum, quibus complectimur non tantum glandulas biliarias in hepate illarumque ductus, sed etiam cystidem felleam, ac ductum cholodochum. Hinc circulatio bilis ex hepate in duodenum, & ex hoc partis bilis superioris progessus ad sanguinem impeditur. Bilis itaque secreta in hepate regurgitans, vasaque lymphatica ingrediens ipsam lympham, & serum sanguinis flavo colore tingit

§. 9. Alia species Icteri oritur à spasmodica contractione ductus cholodochi, & frequentissime sequi solet tormina ventris spasmodica, vel oritur ex iracundia, aut alia inordinata ♌tuum commotione spasmos producente, & hæc Icteri species levior est, nec adeo diuturna, illa vero gravior, & diuturna est & prodromus hydropis.

§. 10. Quandoflavedo in nigredinem transit dicitur Icterus niger indicatque austeritatem bilioso humori admixtam esse; quæ species morbi omnium est gravissima.

§. 11. Cachexia scorbutica nominatur, si præter seri abundantiam etiam particulæ ⊖nio-♆eæ excrementitiæ in sanguine remanent, adeo-

adeoque ſerum impurum & ⊖ſum evadit: quod variarum eroſionum, inflammationum, exulcerationum, dolorum, motuum ſpasmodicorum cauſa atque auctor exiſtit.

§. *Signa* quibus dignoſcitur Cachexia ſunt calor faciei pallidus & plumbeus, totus habitus corporis tumidus, inflatus, pedum tumor œdematoſus, preterea reſpiratio ſub motu, & aſcenſu difficilis, gravitas in membris, & in motu quædam impotentia percipitur appetitus eſt laguidus, ſenſuum adeſt hebetudo, & actionum, ſecretonum, atque excretionum imminutio, utpote tranſpiratio eſt debilis, urina parcius fluit, excrementa alvi ſegnius ejiciuntur, & ſanguinis ordinariæ excretiones in menſibus & hæmorrhoidibus non legitme procedunt.

§. 12. Chloroſis ſive febris albæ virgineæ ſigna ſunt ſequentia in genis labiis & tota facie imo univerſo corpore priſtinæ formæ gratia perit pallido, virideſcente colore in locum ſuccedente, tumor, & inflatio obſervatur, in palpeoris, non raro etiam pedes, præſertim circa malleolos intumeſcunt, ſuccedit laſſitudo totius corporis, viriumque languor, nec non cordis palpitatio ad levem corporis motum præſertim in loca acclivia, caput dolet, triſtitia corripiuntur, reſpiratio fit difficilis, accedit cibi faſtidium, dolor ventriculi gravativus, Hypochondriorum tenſio, potiſſimum vero menſium abolitio, vel imminutio deprehenditur, urina tenuis, & ▽oſa excernitur.

§. 14. In Ictero quoque coloris nativi contingit mutatio, & quidem in croceum, vel nigricantem, & inprimis album oculorum eodem colore tingitur, urina intenſe rubicunda, & crocea videtur immiſſa linteamina eodem colore imbuens, exadverſo alvi excrementa utplurimum albicantia, aut cineircea prodeunt alvo ſtrictiore, & difficulter ſolubili exiſtente, in ſuper laſſitudo totius corporis Hypochondriorum potiſſimum dextri dolores, præcordiorum anxietas, cordis palpitatio, appetitus dejectus, nauſea, lypothymia áffligunt ægrotantes nec non capitis dolor, aut gravitas cum vertigine & oris, omniumque, quæ aſſumuntur amaritie.

§. 15. Cachexia eſt morbus chronicus, & ſi vires acquirit lubentiſſime tranſit in Ana ſarcam, & Hydropem. Hyberno tempore

pore, & in senibus difficilioris est sanationis ætate vero juvenili, & verno tempore facilius sanationem admittit.

§. 16. Chlorosis si statim ab initio adhibentur convenientia remedia facile cedit: quando autem est inveterata facile degenerare solet in phtisin asthma, vel hydropem, ob admodum pertinaces obstructiones, digestionemque depravatam.

§. 17. Icterus qui oritur a spasmodica contractione ductuum biliariorum facilius curatur, quam qui ab obstructione. Ita quoque Icterus flavus facilius curationem admittit quam niger.

§. 18. Ictero laborantibus si jecur durum sit malum. Si enim obstructiones sint pertinaces in Scyrrhum degenerantes hydropem prænunicare solent.

§. 19. Indicationes curatoriæ solent esse, (1) *ut sanguini atque humoribus legitima temperies restituatur* (2) *ut viæ obstructa iterum reserentur.*

§. 20. Ante omnia respiciendum est ad statum primarum viarum si enim hæ ipsæ repletæ sunt amurca vitiosorum humorum ad hibenda sunt corrigentia, & educentia leniora nimirum purgantia cum amaricantibus mixta, aut pro re nata vomitoria.

§. 21. Sanguini atque humoribus blandam spirituascentiam restituunt, obstructionesque reserant *amara*, & illorum extracta, quæ optima anti cachectica, utpote biliosas 🜍eas partes augent, serosas viscidas incidunt, obstructiones tollunt, & non tantum præservant, sed & curant hos morbos omnium optime.

§. 22. Deinde *♂tialia* dictis in morbis præsentissimum quoque auxilium ferre solent, qualia sunt *♄ ♂tiale cachecticum, lim. ♂ in subtilem pollinem redacta, pulv. cachect. Quercet.* Hæc enim associata aromaticis v. g. *rad ari curcum. cost. arab. vel etiam ⊖nis arcano duplicato,* 🜿 *🜿sato ⊖e absinth.* similibusque & admixtis aliquot guttulis 🜩 aromatici, carminativi omnibus fere palmam præripiunt.

§. 23. Circa ♂tialia probe notandum quod semper imperandus sit motus corporis post illorum usum, nec non matutino tempore illis sit utendum jejuno existente ventriculo, nec statim cibos superingerendos.

§. 24. In Cura Cachexiæ in genere hæc cantela probe atentenda est ne fortioribus remediis illam aggrediatur medicus

 cus

dicus; sed in quantum possibile remississimis. Citius enim obtinebit intentionem suam si debitam Diætam simul observet æger.

§. 25. V. S. in subjectis plethoricis, & ubi evacuationes consuetæ sunt suppressæ, si vires id patiantur, nec adsint contraindicantia optimo successu administratur.

§. 26. Medicus dictis in morbis magna solicitudine fugiat usum anodynorum, sive illum indicent dolores, sive vigiliæ & hæmorrhagiæ quæ perquamfrequenter hisce complicantur. Ita enim facile mortem procurabit.

§. 27. Fugiat quoque medicus vesicatoria utpote frequentissima expereintia compertum est hæc ipsa persæpe Gangrænam sphacelosam post se relinquere.

§. 28. Quoad Diætam, his morbis laborantes fugere debent frigus externum, & semper in loco calido, & sicco teneantur.

§. 29. Fugiant sedulo omnia satulenta, leguminosa acida, & alvum constipantia.

§. 30. Fugiant denique ægrotantes omnes affectus animi præsertim terrorem, metum & tristitiam, item nimium potum in primis cerevisiarum crudarum, flatulentarum. His enim augentur valde anxietates, ut etiam metum suffocationis incutiant.

CAPUT. V.

De

Hydrope eiusque speciebus.

§. I.

HYdrops est *præternaturalis colluvies humorum serosorum viscidorum in certa quadam corporis cavitate, vel etiam universo corporis habitu originem trahens a motu seri vitiato.*

§. 2. Dinstinguitur hydrops à practicis *in universalem & particularem.* Illa est nihil aliud, quam seri congestio in habitu corporis, conjuncta cum tumore, distensione atque mollitie, diciturque *Anascra.*

§. 3. Hydrops particularis pro diverſitate partium affecta-rum diverſa quoque ſortitur nomina. Nulla enim corporis pars a trunculento hoc affectu eſt exemta. Si caput afficitur dicitur *Hydrocephalus*, qui iterum vel internus vel *externus* deprehenditur. Si abdominis cavitas ſero repleta eſt dicitur *Aſcites*. In reliquis partibus ſervat nomen Hydropis cum additamento partis affectæ, ita ut nunc dicatur *Hydrops thoracis, pulmonum, pericardii, uteri, ſcroti*: quæ ultima tamen ſpecies etiam peculiari nomine vocatur *Hydrocele*.

§. 4. *Cauſam* hujus mali primariam, & *proximam* ſuppeditat depravatus ſeri tam laudabilis, quam excrementitii motus, congeſtio, & extravaſatio.

§. 5. *Cauſæ mediatæ* & *procatarcticæ* quærendæ ſunt vel in ſeri vel viſcerum præternaturali habitudine. Serum peccat vel quantitate, vel qualitate, vel motu. Ratione quantitatis deprehenditur ejus abundantia, ratione qualitatis ſpiſſitudo, ratione motus depravata excretio, & tardior circulatio.

§ 6. Viſcera infinitis modis a naturali textura recedentia hydropem producere valent: potiſſima tamen ſunt obſtructa, vel tono legitimo deſtituta. Hinc ſecretiones ordinariæ non procedunt legitime: quibus non ſuccedentibus oriuntur congeſtiones ſe ri, tandemq; extravaſationes.

§. 7. Quicquid errores in rebus non naturalibus commiſſi ad hunc affectum producendum contribuere valeant nemini ignotum eſt: horumque effectus, modumque agendi optime delineavit *Hoffmannus in diſſertat. de Hydrope pericardii* §. *XVI.*

§. 8. *Cauſæ occaſionales præternaturales* iterum ſunt plurimæ. Teſtantur enim Obſervationes practicorum frequentius hunc affectum oriri ex febribus intermittentibus ſpeciatim quartanis male tractatis, item ex pectoris affectibus, ex viſcerum abdominis vitio. *Vid. Ettmullerus contractus* p. 328.

§. 9. Circa Diagnoſin notandum quaſdam hydropis ſpecies ſenſibus eſſe obvias, atque cognoſci ex tumore molli, albo, indolente aut ſaltim gravativo, quales ſunt Anaſarca, Hydrocephalus externus, tumor pedum œdematoſus; alias vero magis latere v. g. Hydrocephalum internum, Hydropem thoracis, pulmonum, uteri.

§. 10. Porro ſigna diagnoſtica nunc *imminentem*, nunc *præſen-*

tem hydropem demonſtrant. Imminentem innuunt (1) urina parcior craſſior & interdum valde tincta (2.) Organorum urinariorum inſigne vitium (3.) cauſarum evidentium pariter, ac latentium præſentia v. g. febris chronicæ, compotationum immoderatiorum in ſpecie 🜄 & liquorum ♌-tuoſorum, ſanguinis excretionum naturalium ſuppreſſionis, Hæmorrhagiæ immodicæ, viſceris intumeſcentiæ &c. tandemq; appetitus proſtratus, cum urinæ imminutione.

§. 11. Præſentem magis prodit facies antea vividior absque manifeſta cauſa pallida, & lurida, tumor pedum ac faciei œdematoſus. Ille interdiu & in corpore erecto, hic noctu & in decumbentibus major, Diſpnœa ſine aliorum morborum ſignis á paſtu notabiliter creſcens ac in orthopnœam demum tranſiens, ſitis intenſior ſine calore, & tandem fluctuatio ſive aquarum ſtrepitus ad motum corporis ſenſibilis. *Vid. Langius p. III. p.* 319.

§. 12. Quod *Anaſarcam* in ſpecie attinet in hac totius corporis moles conſpicitur aucta quæ à cruribus plerumque incipit, cum colore corporis minus vivido, pulſu parvo, & urina utplurimum tenui ſecus ac in cæteris microcoſmi diluviis, ac ſi digito comprimantur partes tumentes fovea aliquandiu in ipſis relinquitur plus minusve durans pro differentia viſciditatis.

§. 13. *Hydrocephalus* externus ex iisdem fere ſignis cognoſcitur: internum vero innuunt palbebrarum, ac ſuperciliorum tumor mollis pallidus & indolens, ſenſuum hebetudo ac torpor cum dolore capitis tenſivo: quibus temporis tractu in infantibus præprimis propter ſuturarum calvariæ minus adhuc firmam connexionem intumeſcentia capitis ſæpe vix credibilis accedit vid. id. p. 320.

§. 14. *Pectoris hydrops* in ſpecie cognoſcitur ex reſpirandi difficultate nocturno in primis & primo ſomni tempore ingraveſcente ac ſub diluculo remittente (2) fluctuatione in pectore ad corporis volutationem (3) ſuſpicionem hujus hydropis facit ſi pectori admota calida & calor lecti, ſive foci diſpnœam intendant ſub ▽ ebullientis ſenſu.

§. 15. *Empyema thoracis* facile cum Hydrope thoracis confundi poteſt ſiquidem communia in utroque morbo adſunt ſymptomata, facile tamen diſtinguuntur modo reſpiciamus in Empyemate ad-

præce-

præcedaneam inflammationem, ac suppurationem sine quibus serum in Hydrope colligitur.

§. 16. *Ascitis* metum præter signa generaliora incutit epigastricæ regionis tensio, hincque diaphragmatis compressio ab alimentorum assumtione ingravescens, cui paulo post complicatur tumor abdominis & scorti, partibus reliquis nisi anasarca combinetur marcescentibus, ad corporis motum in latus dextrum, vel sinistrum percipitur fluctuatio, supervenit tussis sicca, quæ successu temporis in Asthma, & orthopnœam terminatur.

§. 17. In diagnosi Ascitis caveat medicus ne gravidam habeat pro hydropica, quæ invicem discernuntur sequentibus (1) in gravidis color faciei plerumque est floridus (2) tumor inæqualis ad præcordia vergens, in hydropicis æqualis & quasi œdematosus ad inferiora magis vergens. (3) In illis mammæ increscunt in his magis detumescunt (4) in gravidis nulla aquæ fluctuatio ad corporis volutationem percipitur. (5) In gravidis vivacitas oculorum gestationem significat, in hydropicis nitor oculorum perit. (6) In hydropicis urina utplurimum crassa, intense tincta perquam lixivialis (4.) pauca quoque excernitur, & semper est parcior, quam assumtorum fert ratio utut in quibusdam pallida, tenuis cruda sed & pauca prodeat, in gestatione hæc non occurrunt. Vid *Ettm. contractus* p. 329.

§. 18. In *prognosi* instituenda respiciendum erit ad morbi naturam, causarum, ac symptomatum pertinaciam, ægrotantium obedientiam, ac denique ad remediorum operationem, & efficaciam.

§. 19 Hydrops recens plus promittit spei præ inveterato.

§. 20. Collectio seri in ambitu corporis non adeo periculosa quam quæ contingit in corporis cavitatibus.

§. 21. Hydrops à pertinaciore viscerum obstructione proveniens plerumque curationem respuit.

§. 22. In hydrocephalo interno soporosi ac convulsivi affectus supervenientes lethalem indicare solent exitum.

§. 23. Urina hydropicorum quo paucior, eo pejor.

§. 24. Si pharmaca propinata aquas copiose, & cum euphoria evacuant cum abdominis detumescentia aliqua salutis spes est; si

vero nihil, aut parum ab illorum usu excernatur, ac viscera hinc irritata cum abdomine magis intumescant, aut tumor subsistens recrudescat omnino desperandum erit.

§. 25. Plus spei est in illis qui morigeres in remediorum admissione, & diætæ accuratioris observatione sese gerunt, quam qui contrario modo vivunt.

§. 26. Universum curationis negotium versatur in eo, ut ante omnia *aquarum colluvies legitime removeatur*, deinde ut *sanguini, atque humoribus debita* ♌*tuascentia, visceribus vero robur, ac tonus iterum restituatur.*

§. 27. Prima indicatio requirit evacuantia: e quorum censu primatum obtinent purgantia. Sine his enim vix aliquid salutare in medela hydropicorum expectari potest: seligenda autem sunt fortiora: leniora quippe parum præstant auxilii, partim quoniam propter copiam seri superabundantis educendi majori impulsu ac motu opus est, partim etiam quod natura languida excitari debeat validioribus. Vid. *Sydenhamius* p. 612.

§. 28. Ex purgantibus decantatissima sunt, & specifica hydragoga *Rad. Jalap in substantia* vel ejus *resina Gum. Gutt. extr. Helleb. n.* quæ optime sub forma pilularum exhibentur additis ⊖*ibus succini*, ♀ ℞*lati, absinthii,* quæ cuncta egregie purgantium vim adaugent.

§. 29. Purgantibus non incongrue associantur emetica, quæ etiam sola rarius operationes suas exserunt per superiora, partim quod ventriculi parietes nimium relexati sint, ut firmiter sese constringere nequeant, partim etiam quod in Hydrope bilis plane iners sit, vel deficiat: quæsi copiosa adest & ⊖♀eo volatili abundat mirifice emeticorum operationem per superiora promovet. Potest itaque. ♀ *emeticus vel* ☿ *vitæ* purgantibus addi ut activiorem consequantur effectum.

§. 30. In purgantium præscriptione etiam in Hydrope probe respicienda ægrotantium idiosyncrasia an nimirum facile an difficilius commoveantur notante hoc *Sydenhamio* l. c.

§. 31. Purgantia sufficiente dosi & repetitis vicibus sunt exhibenda, ut fortiter & subito fiat evacuatio, ita tamen ne ægri vires penitus dejiciantur.

§. 37. Purgantibus succedunt diuretica v. g. ⊖*ia fixa* & *lixivia*

via ex ipsis parata ac cum vino hausta. Commendari huncin finem etiam meretur *arcanum* ♀ *liquidum it Tra* ♀ *bene saturata,* ♁ *acris, vel* ♀ *sata, Tra* ♃ *corallia usta cum* ⊖ *succini additis aliquot guttulis* °° *Iuniperi:* quo remedio vix datur potentius in movenda urina.

§. 33. Alteram indicationem implent medicamenta balsamica roborantia, *stomachica apperientia amara, &* ♂*tialia*: de quibus jam actum est in capite præcedente.

§. 34. Diætæ regimen committitur prudentis medici judicio, hac tamen addita admonitione ut convenientem adhibeat potum non tenuem, aut aquosum sed potius ♒tuosum, vinum sc. cerevisiam generosam, vel decocta ex convenientibus parata, ut hac ratione sitis extinguatur, diuresis promoveatur, & obstructiones reserentur.

§. 35. Potus parcior ad imminutionem seri plura contribuit, hinc ad sitim fallendam commendari debet ⊕ in ore detinendum vel collutiones oris *cum* ▽ *simplici* ♒ ℞ accidulata.

§. 36. Quæ cirrca paracenthesin observari debent videantur in *Langii dissertatione de hydrope* §. XIV. & XV.

CAPUT VI.

De Tympanite.

§. 1.

TYmpanites est *expansio abdominis orta a collectione flatuum nunc in primis viis saltim existentium, nunc vero reliquum abdominis spatium occupantium.*

§. 2. Vocatur a veteribus ipsoque Hippocrate *hydrops siccus*; sed male. Nam originem non habet a sero collecto; sed potissimum a flatibus abdominis regionem ita extendentibus ut digito percussa ceu tympanum sonum edat.

§. 3. *Causa proxima* tympanitis est abdominis inflatio, utpote quod enormiter inflatum tumet, propter aeris retentionem in ejus modi tumorem durum, atque sonum attollentem.

§. 4.

§. 4. *Causæ remotiores* sunt variæ ex *non naturalibus* errores in Diæta commissi considerationem merentur. Quicquid enim cruditatibus primas vias onerat uti sunt alimenta difficilis solutionis & pravi succi facile fermentescentia & acescentia ad hunc affectum producendum facile ansam præbere solet.

§. 5. *Ex præternaturalibus* hunc affectum facile comitem habet malum Hypochondriacum, colica flatulenta, Iliaca passio, febres præsertim chronicæ, asthma siccum.

§. 6. Symptomata præcedentia sunt solenniter dolores gravativi ventriculi & intestinorum lancinantes, ex quibus postmodum tormina ventris oriuntur, item alvi suppressio, quæ si per aliquot dies continuetur intumescit abdomen, tandemque tumor pulsatus resonat: quod ultimum symptoma sufficit ad hujus affectus cognitionem.

§. 7. Non omnis abdominis inflatio tympanitis nomen meretur. Inflatur enim interdum abdomen simplici modo ubi borborigmi, tormina, rugitus, flatusque adsunt: attamen nisi accedant dolores lancinantes, & tumor tantus ut ad candelæ admotione lucem transmittat, pulsatusque resonet, non est Tympanitis.

§. 8. Ascites facile distinguitur à Tympanite. Nam in Ascite moles abdominis magis est gravis, & tumor non est renitens, sed mollis ægroque supino jacenti venter non adeo ex pansus manet, quam in Tympanite.

§. 9. *Prognosin* hujus affectus quod concernit non negandum quod admodum periculosus sit: mitius tamen est malum in quo venter tumet flatibus in primis tantum viis existentibus, quodque nullum morbum chronicum consequitur, nec inveteratum est, nec adeo funesta conjuncta habet symptomata.

§. 10. Curatio absolvitur *carminativis, & antispasmodicis:* priora tamen semper cum hac cautela sunt adhibenda ut sc. alvus prius reddatur aperta. Nisi enim via patula prius fuerit reddita cuncta carminativa magis nocent, quam prosunt.

§. 11. Interdum sphincter anispasmo admodum molesto afficitur, præsertim si reliqua intestina spasmo simul laborant: hoc in casu instrumentum sub forma fistulæ intrudi debet, ne adeo contraha-

trahatur inprimis si robur sufficiens musculis abdominis distentis non adsit.

§. 12. Fasciæ ventri circumjectæ flatus educere juvant.

CAPUT VII.

De

Atrophia.

§. 1.

ATrophia est nihil aliud quam *contabescentia sive consumtio corporis & inprimis musculosarum partium nunc universalis, nunc particularis orta a defectu vel subtractione succi nutritii, & cum totius corporis languore, & inappetentia conjuncta.*

§. 2. *Causa proxima* consistit in denegata sive depravata nutritione: vitium itaque quærendum erit in succo nutritio, cujus corruptela consistit vel in quantitate, vel qualitate, vel motu depravato.

§. 3. Ratione quantitatis deficientis variis modis peccare potest chylus, quando nimirum ob alimentorum inopiam tempore anonæ caritatis non elaboratur sufficiente in copia, vel quando idem accidit ex vitio ventriculi anorexia laborantis, vel denique quando elaboratus justa qualitate statim in primis viis consumitur à vermibus ibidem nidulantibus.

§. 4. Ratione qualitatis chylus nunc elaboratur nimis viscidus, aut variis heterogeneis particulis ad nutritionem ineptissimis refertus, idque nunc vitio alimentorum dispeptorum acrium &c. nunc vitio ipsius massæ sanguineæ.

§. 5. Ratione motus chylus peccat quando in circulo suo impeditur: idque statim in intestinis, ubi quandoque per peristoma villosum ad ostiola vasorum lacteorum pertingere nequit propter mucum copiosissimum ostiola obstruentem, aut ob cicatrices à Dysenteria diuturna & exulcerata ibi relictas, hinc una cum alvi fecibus ejicitur *Vid. Lang. Disp. de Atrophia.*

§. 6. Chylum quacunque ratione is peccet nihil magis depravatum reddere potest, quam ♌-tuum defectus, sive virium debilitas.

bilitas. Quando enim ∽, vel vires corporis motrices deficiunt nullo modo bonus chylus, multo minus laudabilis ſanguis, & benignus nutritius ſuccus generari poteſt, utpote a ∽tuum defectu ſecretio, & circulatio humorum ſ. n. fieri nequit, unde multæ ſordes inquinant ſuccum nutritium, qui rudis, & crudus adhuc eſt propter deficientem ∽tuum motum, hinc etiam neceſſario deſtituuntur partes ſolidæ bono, & laudabili nutrimento.

§. 7. Obſervamus itaque frequenti experientia atrophiam oriri immediate vel ex nimio mœrore, triſtitia, ſolicitudine, aut fractis per nimium laborem, vel morbum viribus, vel etiam mediate ex nimia ſanguinis hæmorrhagia per nares, uterum, hæmorrhoides, aut ſeri copioſa excretione in Diabete, ſudore, ſalivatione vel ſucci optimi nutritii ſubductione in Gonorrhæa, fluore albo. Hæ utplurimum ſunt cauſæ primæ, & occaſionales atrophiæ, ex quibus deinde naſcitur ſanguinis maxima impuritas & diſcraſia adeoque ſucci nutritii deſtructio, & viſcerum corruptela.

§. 8. Atrophia ratione *partis affectæ* eſt vel *univerſalis* quando ſc. univerſo corpori materia nutritionis detrahitur, vel *particularis* quando uni ſaltem aut alteri parti reliquis illæſis id accidit, & talis obſervatur jam in manu, jam in oculo, jam in dorſo.

§. 9. *Atrophia incipiens* cognitu eſt difficillima, comitatur tamen utplurimum totius corporis languore, & inappetentia, cum ſubſequente habitu corporis œdematoſo, urina, utplurimum intenſe rubicunda, & quæ ſolito minore in quantitate excernitur: quæ tamen ſymptomata etiam ab aliis morbis producuntur.

§. 10. Si morbus eſt *in ſtatu* diagnoſis eſt facillima, totum nimirum corpus, aut aliqua ejus pars collabeſcit exſiccatur, attenuatur, vigorem priſtinum & robur perdit, facies apparet Hippocratica, aliqualis reſpirandi difficultas percipitur, muſculoſæ partes attenuantur, & excarnes fiunt ita ut ſola cutis flaccida, arida, & corrugata nuda corporis oſſa inveſtire videatur.

§. 11. Quando Atrophia non nimis diu duraverit, & concoctio bona ſeſe ſiſtit, appetitus redit, vires colliguntur ſalutem ſperare, & promittere licet, & vice verſa.

§. 12. Quando in Atrophia ſymptomata incrementa ſumunt ſimul accedente diarrhæa & pedum intumeſcentia res conclamata

eſt.

eſt. Generalis enim eſt regula in quacunque phtiſi & atrophia Diarrhæam & tumorem pedum præſagire mortem, & plerumq; nono die mortem ſubſequi, quod frequenter & certe obſervatum eſt.

§. 13. Atrophia lethalis facile terminatur in hecticam imo in phtiſin pulmonalem.

§. 14. *Cura* hujus mali varia exiſtit pro cauſarum diverſitate. Indicationes generales & primariæ ſunt ſequentes. (1) *Cauſæ removendæ* (2) *ſymptomata mitiganda* (3) *alimenta uſurpanda, quæ ſuccos corporis temperatos reddunt, & nutrimentum laudabile ſuggerunt:* quibus vero mediis id fiat cauſarum diverſitas demonſtrabit, & legi hac de re meretur *Langii diſſertatio* ſupra allegata.

CAPUT VIII.

De Phtiſi.

§. 1.

PHtiſis eſt *contabeſcentia corporis orta ab exulceratione & abſceſſu pulmonum ac conjuncta cum reſpiratione difficili, tuſſi, & febre lenta hectica.*

§. 2. Phtiſis diſtinguitur ratione *cauſarum* in *idiopathicam* & *ſymptomaticam.* Idiopathica eſt quando prima mali radix eſt in ipſis pulmonibus, ſymptomatica, quando ex infarctu, obſtructione & corruptela viſcerum infimi ventris maxima ſanguinis impuritas naſcitur, quæ poſtea pulmones afficit.

§. 3. *Cauſa* phtiſeos *proxima* maxima ex parte locum ſuum habet in ipſis pulmonibus dum inflammatione, tumore, & ſubſequente abſceſſu affecti ſunt, unde febris lenta continua, tuſſis, diſpnœa, & ejectio materiæ fœtidæ purulentæ originem ſuam ducunt.

§. 4. Iſta pulmonum impuritas plerumque enaſcitur ex ſanguinis impuritate, & præcedente defectu ſpirituum animalium, indeque dependente debita ſanguinis depuratione, & ſecretione per congrua emunctoria depravata. Hinc omnis phtiſis productum eſt cacochymiæ humorum.

§. 5. Ex *Caußis remotioribus* & quidem *naturalibus* ad hunc affectum diſponunt ætas juvenilis, temperamentum cholericum, vel ſanguineo-cholericum, præſertim ſi affectibus animi indulgeant aut nimis ♈-tuoſa delectentur diæta: unde ſanguis ſeceſſum ſuum molitur, vehementius per ipſos pulmones movetur, & producitur Hæmoptyſis: cujus cura ſi non decenter peragitur ordinario relinquit phtiſin, unde phtiſis ſolennis eſſe ſolet circa annum 30. usque ad 35. juxta ipſum *Hippocratem*: quod tamen intelligendum de phtiſi ex plethora, vel ſanguinis eructatione per pulmones orta.

§. 6. Phtiſis interdum oritur ex decubitu frequentiore lymphæ ⊖ſæ ad aſperam arteriam, bronchiaque pulmonum, quare catarrhoſis coryza & tuſſi chronica laborantibus tandem ſupervenit phtiſis.

§.7. Hæc phtiſeos ſpecies magis familiaris eſſe ſolet phlegmaticis, multum comedentibus, bibentibus otioſis: Siquidem ipſum ſerum ⊖ſum quod alias ſolenni excretione critica per nares & fauces certo tempore in nonnullis ſubjectis evacuari ſolet in corpore remanens, evacuatione ſolemni per nares & fauces ſuppreſſa viam quærit in tunica glanduloſa faucium interiorum, ac aſpera arteria, ibique collectum debilitatem, nimiamque laxitatem tandemque eroſionem pulmonibus afferre poteſt: quæ tamen ſpecies faciliorem admittit curationem.

§. 8. Quid hæreditaria diſpoſitio valeat ad hunc affectum producendum, de eo loquitur quotidiana experientia. Compertum enim habemus phtiſicos parentes perſæpe talismodi produxiſſe liberos, ob conformem, & quidem malam pulmonum diſpoſitionem.

§. 9. Occaſionem etiam præbere poteſt aeris ſtatus corruptus, & exhalatio vaporum acrium coroſivorum. Hinc videmus hunc morbum certis populis eſſe endemicum.

§. 10. Naſcitur etiam interdum phtiſis ex Pleuritide, & Peripneumonia male curata.

§. 11. Subjecta ad phtiſin ſymptomaticam proclivia, ſolent plerumque eſſe hyphochondriaca, hyſterica, ſcorbutica. Quando enim talismodi ſubjecta, quæ phtiſi ſymptomatica intereunt diſſecantur, ſæpius conſpicere licet viſcera abdominis inprimis hepar lienem pancreas &c. indurata, ſcyrrhoſa vel etiam corrupta cum bile

inerti

inerti viscosa vel etiam calculosa & pauca, pulmones autem exsuccos vel etiam corruptos.

§. 12. Nascitur phtisis symptomatica ex evacuatione sanguinis, vel humorum suppressa, ita nihil magis familiare est quam ex suppressione mensium Hæmorrhoidum fieri phtisin. Ita quoque porro observatum fuit ulceribus sive fonticulis exsiccatis, quæ diu cum euphoria humores impuros evacuarunt, subnasci phtisin.

§. 13. Talismodi phtisis frequentius etiam propullulat quando sudores critici in febbribus sive intermittentibus sive acutis supprimuntur vel per interna refrigerantia, & adstringentia, vel per externum frigus. Ita etiam porro quando sudor pedum fœtidus nonnullis hominibus familiaris subito adstringentibus cohibetur, vel etiam ipsa scabies retropellitur, lentam febrem cum phtisi & corporis consumptione inde oriri.

§. 14. *Signa* phtiseos symptomaticæ solent esse sequentia, nimirum post evacuationem solennem suppressam in hominibus gracilioris texturæ, staturæ & colli longioris proveniens tussis diuturna cum marcore corporis, pulsu valido ac celeri maxime post pastum, urina crassa pauca cum sedimento, vel supernatante pellicula oleosa, sudor colliquativus, appetitus prostratus, virium magna debilitas præsertim sub ascensione scalarum, hypochondriorum tensio, alvi adstrictio, flatuum copia, febrem lentam, & phtisin sic dictam symptomaticam præsagiunt.

§. 15. Dispositio ad phtisin pulmonalem & idiopathicam manifestatur ex prominentia scapularum, pectore angusto, voce natura exili & clangosa, habitu corporis raro ac tenero, nimia ad iram proclivitate, collapsu carnis musculosæ præsertim inter digitos & in facie item ex pulsu celeriori post pastum, propensione ad sudorem largum præsertim circa tempus nocturnum, tussi sicca, respirandi difficultate.

§. 16. Phtisis perfecta ex iisdem signis cognoscitur sed jam evidentioribus, & incrementa sumentibus, quando nimirum conjungitur febris lenta continua cum totius corporis extenuatione, & purulentæ materiæ excretione per tussim.

§. 17. Phtisis imminens facile curatur, incipiens difficilius, confirmata nunquam, & qui ex pulmonum ulcere vult evadere

 debet

debet habere VI. Hippocratis signa: de quibus videantur *Sennertus & Sylvius. de phtisi.*

§. 18. Quo major quantitas materiæ flavæ subviridescentis ejicitur cum febre, eo minor spes est salutis.

§. 19. Conclamata res est hecticorum si facies est Hippocratica, si capillorum est defluvium, si pedum fit tumor & urina pauca rubicunda, nec non alvi fluxus.

§. 20. Plerumque phtisici moriuntur vel graviora pathemata patiuntur quando hyemis in vernum tempus est, mutatio, vel quando autumnus vertitur in hyemem.

§. 21. Phtisis symptomatica ex Hypochondriorum vitio proveniens si nondum confirmata est sed incipiens tractari debet ut malum Hypochondriacum abstersivis & detergentibus v. g. *solutione lap.* 69. 🜄 *foliata* ♀ *arcano duplicato,* ⊕ *purificato,* & absorbentibus *matre perl. lap.* 69. *antihect. poter.* deinde balsamicis & carminativis, v. g. *Myrrh.* in subst. adhibita it. *croc. nucista, cortic. citri, & aurant,* °° *anisi, balsamo* 🜂 *anisato.*

§. 22. Possunt etiam adhiberi decocta ex *rad. chin. cort. lign. sassafr. rad. liquir. Hb, scord. fumariæ, Veron. agrimon. chære fol. sem, anis. & fœnio.*

§. 23. Si phtisis symptomatica est consumata tunc cura saltem palliativa, mitigans symptomata & vitam ad tempus protrahens locum obtinet.

§. 24. Commendatur tamen a *Sydenhamo* etiam in ipsa phtisi confirmata ceu divinum, & præstantissimum remedium equitatio, quæ si aliquid præstare valet in phtisi symptomatica quando læsio pulmonum non adeo enormis est, & causa primaria etiam in abdominis visceribus latitat id præstare debet, & quidem propter motum. Vid. *Stahlii propemticon de novo specifico antiphtisico equitatione.*

§. 25. In phtisi idiopathica & pulmonali sequentes indicationes curatoriæ erunt observandæ (1) *Calor intestinus intensior sanguinis mixturam viresque destruens ac corpus depascens extinguendus* (2) *Acrimonia humorum temperanda.* (3) *pulmonum læsio, atquo erosio ulcere prius mundato, & absterso est consolidanda.*

§. 16.

§. 26. *Primæ indicationi* ſatis faciunt refrigerantia, abſorbentia leniterque conſtringentia ſive roborantia. Ex refrigerantibus commendantur *emulſiones parandæ e ſem. 4. frig. maj. c.* ▽ *ror. maj.* quæ mirifice hunc in finem laudatur, vel ▽ *Veron. ſcabioſ. fl. til. prim. ver. addito ſuccin. pp. matr. perl.* & aliquot granis ☽ *purif.* Ex abſcorbentibus, leniterque conſtringentibus commendantur ▽ea, inter quæ primatum obtinet *bolus fabrilis, hæmatites. China china*, cujus uſum in Hectica *Mordonus Angulus* non ſatis deprædicare poteſt.

§. 27. *Secundæ indicationi* ſatisfaciunt decocta ſic dicta pectoralia ex incraſſantibus, mucilaginoſis, terreſtribus leniterque conſtringentibus concinnata: cujus generis ſunt *rad. Alth. Chinæ. Scorzoneræ, Glyzirrh. Symphit. maj. herb. pulmon. Agrimon. Veron. tuſſilag. Malv. hedr.* ▽*ſtr. ſcabioſ. ſcord. fl. borraginis, cynogloſſæ violarum, ficus paſſulæ ſem. aniſ.* ex quibus pro re nata varia conncinnari poſſunt decocta, quæ & diluendi, & ⊖ia ♁ea inviſcandi virtute opem ferunt non contemnendam. Præterea temperando acrimoniam egregia ſunt oleoſa, & inter hæc polychreſtum ☍ *Amygd. d.* quod cum *ſperma te ceti* ope *ſachari candi ſyrupo violarum* in electuarium converſum eſt præſtantiſſimum, cui ob meliorem virtutem aliquot guttulæ *balſami* ♁*is vel* ♃*ij aniſati*, vel grana aliquot *croci.* aut *balſami peruviani* adjici poſſunt.

§. 28. *Tertiæ indicationi* præter jam dicta reſpondent mundificantia, & ulcus detergentia v. g. ⊖ia temperata, qualia ſunt *ſolutio lap. 69. coral.* ▽*fol.* ♀ *arcan. duplicatum.* Quadrant etiam hunc in finem *infuſa veronicæ, ſcabioſæ botryos Eſſ. ſcord. decocta lign.* Ex conſolidantibus omnia, quæ blanda balſamica roborante virtute prædita ſunt vocanda in uſum: quo nomine celebria ſunt balſama pectoralia & inter ea celebratiſſimum *balſamum Locatelli, idem balſ. de Tolu.* ♁ *c.* ☍ *amygd dulc. paratum, balſ.* ♃ *aniſ. ſuccinum* in ſubſtantia *fl.* ♁*is. Myrrha opobalſamum*, & ex herbis *Millefolium*, atque *hypericum.*

§. 29. In præſcriptione decoctorum atque electuariorum ſemper reſpiciendum eſt ad ventriculi, & inteſtinorum tonum. Horum enim nimius uſus robur ventriculi valde infringit, appetitum deſtruit, & flatulentias accerſit, propterea commodiſſime his miſceri ſolent carminativa, ſtomachica, & balſamica temperata.

§. 30. In phtiſi ſemper abſtinendum eſt ab opiatis fixioribus &

potius

potius anodyna subtiliora in usum vocanda, qualia sunt ▽ *papav. errat. sem. papav alb.* in emulsionem redactum, *syr. pap. alb. vel errat. diacod. Mont. Tra papav. rhead. vel croci*, & si opiata exhibenda sunt præstat illa semper parca manu, & refracta dosi præscribere.

§. 31. In cura phtiseos fine temperandi acrimoniam, extinguendi calorem, & suppeditandi laudabile nutrimentum magnifice celebratur *lactis cura*: quæ tamen ut recte administretur, sequentes *cautelæ* probe observandæ.

I. In cura lactis eo respiciendum est ut primæ viæ à sordibus sint expurgatæ, & acidum in ventriculo contentum correctum, vel penitus destructum.

II. Ut viscera non sint scyrrhosa vel obstructa, quare in hypochondriaca phtisi lac venenum est.

III. Ut absit plethora. Hinc cura lactis tantummodo locum habet in phtisi, quæ fit ab innanitione.

IV. Ut appetitus non sit prostratus.

V. Ut lac non nimis crassum, quale est ovillum & bubulum; sed potius caprinum, asininum, vel humanum assumatur, quod magis est serosum, vel illud ipsum si magis crassum cum infusis herbarum pectoralium, sanguinemque depurantium commodissime miscetur. Ita enim facilius transit corporis tubulos.

VI. Ut matutino tempore jejuno & vacuo ventriculo sufficiente in quantitate assumatur abstinendo in diæta ab omni carne, pane cum fermento confecto, acidis ♒tuosis liquoribus mediocriter exercendo, & commovendo corpus.

VII. Quando obstructiones alvi accedunt lenitivis v. g. *prunis, succo pomorum Bordorf. aut infuso Rhabarbari alvus* expedienda est.

VIII. Ut per unum sive duos ad minimum menses cura continuetur singulis diebus sumendo pro diversitate individuorum mensuram unam vel unam semis. Hac ratione solum lac optime & præsentissime atrophiam expugnare & habitum corporis macilentum in pinguem & obesum demutare potest.

CA-

CAPUT. IX.

De

Diabete.

§. 1.

Diabetes est *crebra & copiosissima mictio, ita ut urina sæpius excreta quantitatem assumtorum quam maxime superet ex abundatia particularum serosarum, tonoque tubulorum renalium nimium relaxato conjuncta cum siti, æstu præternaturali, ac denique cum corporis contabescentia.*

§.2. Lotium quod excernitur nunc tenue est, & crudum; urinæ tamen colorem & substantiam referens, nunc vero eandem ferme formam servans quam habuit potus assumptus ita ut parum vel plane nihil mutatus in excretione deprehendatur. Hinc orta fuit distinctio inter *Diabetem notham & veram.* Hæc dicitur quando potus fere nihil immutatus excernitur, illa quando solito major urinæ quantitas evacuatur.

§. 3. Rectius secundum Rivini mentem Diabetes distinguitur *in inchoatam, & consumatam,* ita ut inchoata dicatur cui alias *nothæ nomen imponitur, consumata* vero quæ *alias vera appellatur.* In principio enim morbi potus omnino alteratur, progressu vero temporis, ubi omnes digestiones destructæ, assumta non adeo immutata excernuntur.

§. 4. *Causa proxima* sive formalis ratio consistit in copiosa & præternaturali urinæ in ipsis renibus secretione, quam causantur seri tenuioris nimia abundantia, destructaque sanguinis mixtura naturalis, nec non organorum urinæ secretioni dicatorum nimia relaxatio.

§. 5. *Causæ procatarcticæ* possunt esse variæ. Quicquid enim serum ⊖sum ac tenue accumulat, evacuationem per alia emunctoria impedit, tubulos renales relaxat, vel ad copiosiorem secretionem stimulat ansam præbere potest nostro affectui. Legi hac de re meretur *Rivini dissertatio sub Conringii præsidio habita de Diabete.*

§. 6. Signum hujus morbi essentiale & pathognomonicum unice quærendum est in urina plus solito excreta, & quidem in notabili

tabili excessu: quod tamen in incipiente diabete non adeo attenditur ab ægrotantibus, successu vero temporis quantitas urinæ excreta magis magisque augetur, accedit sitis, æstus præternaturalis, virium prostratio, totiusque corporis extenuatio, atque consumtio.

§. 7. *Prognosis* hujus morbi ita in genere institui potest, quandocunque morbi violentia in dies crescit, vel saltem ad plures dies continuatur, ægroti contra vires prostratæ sunt nec iterum colliguntur mors certo expectanda venit.

§. 8. Diabetes in senibus, item post immodicum laborem, post nimium ♀usum, post febres chronicas plerumq; est incurabilis.

§. *Cura* peragitur remediis incrassantibus & viscidis, qualia sunt ex regno vegetabili gummata minus acria v. g. *Gummi Arabicum*, *cerasorum*, *tragacantha*, *thus*, *mastiche*, quibus ex regno animali *lac*, *gelatina cornu cervi*, & *Eboris vel pedum vituli aut porci* addi poterunt. Commendatur etiam a nonnullis decoctum *malvæ*, *althææ*, *radicis chinæ*; *sarsaparillæ*, item *mucilago seminis psilii*, *Cydoniorum*.

§. 10. Renum laxitatem tollunt fibrasque sive tubulos renales roborant leniora adstringentia, qualia sunt *🜃sigillata Bolus Armeniæ*, *sanguis Draconis &c.* quibus associari possunt refrigerantia v. g. *succus portulacæ & sempervivi majoris*.

§. 11. Externe Hypochondriis, lumbis, & regioni inguinali etiam cataphlasmata refrigerantia, & adstringentia applicari possunt ex *succo vel aqua plantaginis*, *portulacæ sempervivi*, *umbilici* ♀, *item ceratum santalinum*, *ungtum refrigerans Galeni*. Vid. *Senn. de Diabete.*

CAPUT. X.

De

Ardore urinæ & Stranguria.

§. I.

ARdor urinæ est *dolorifica urinæ excretio non tamen cum imminuta ejus quantitate conjuncta prout in stranguria, sed potius cum rosione atque adustione sphincteris ac meatus urinarii inter mingendum.*

§. 2.

§. 2. Stranguria consistit *etiam in dolorifica urinæ excretione continuoque conatu ad mingendum cum imminuta quantitate & stillicidio urinæ ita ut guttatim saltem prodeat urina.*

§. 3. Uterque affectus communem agnoscit causam nimirum urinæ acrimoniam, & differunt hi affectus saltim gradu ita ut in Stranguria major videatur adesse acrimonia, quod ex continuo apparet stimulo, in ardore vero minor.

§. 4. Interdum dolorifica observatur urinæ excretio absque vitio urinæ, sed potius partium solidarum nimirum membri virilis exulcerati a Gonorrhæa.

§. 5. *Causæ procatarcticæ* possunt esse variæ. Quicquid enim acrimoniam sanguini, atque humoribus inducere valet, id ipsum etiam potest præbere ansam nostris affectibus v. g. acria vel acida assumta, cerevisia minus defecata, abusus cantharidum etiam externe saltim applicatarum.

§. 6. Diagnosis horum affectuum, ex descriptione patet: quod vero prognosin concernit in se non adeo periculosi sunt, molestiam tamen sæpius diuturnam excitant, quæ ægros præcipue senes ad mortem usque comitatur.

§. 7. Ardor urinæ si diu durat vesicam urinariam, tandemque ejus collum exulcerat.

§. 8. In *Cura* ante omnia intentio dirigatur ad *acrimoniæ correctionem,* quæ obtinetur vel per diluentia, *aquam simplicem aut thermalem, aut potum Theæ vel Coffe vel per absorbentia lap.* 69. *&c.* vel per incrassantia & mucilaginosa *mastichen Gummi Arabicum Tragacantham, mucilaginem cydoniorum seminis psylii, lac bibulum &c.* quibus non male si dolor fuerit nimius anodyna adduntur uti sunt *semen papav. albi, Hyosciami vel etiam crocus.*

§. 9. Si dolor nimis urgeat possunt etiam infusa atque decocta demulcentia vel etiam lac calidum vel chalibeatum sub forma clysmatis injici in ipsam vesicam urinariam.

CAPUT XI.

De

Dysuria & Ischuria.

§. 1.

QUemadmodum in Dysuria urinæ excretio ex parte imminuitur & aliquo modo supprimitur : ita in Ischuria *totalem urinæ suppressionem observare licet.*

§. 2. Dysuria differt à stranguria quod in hac urina saltem guttatim profluat cum continuo mingendi conatu, ardorisque sensu tam circa quam post excretionem : in illa vero urina parcius quam solito par est excernitur, nec dolorem ardentem nisi proveniat ab inflammatione ante & circa excretionem excitat, vel post excretionem relinquit.

§. 3. Ischuria distinguitur à nonnullis *in veram, & notham* : intelligunt autem per Ischuriam veram urinæ suppressionem, quæ fit vesica plena : per notham quæ fit vesica vacua. Porro ratione partis affectæ distinguitur in Ischuriam renalem & vesicalem.

§. 4. *Causa* horum affectuum nunc quærenda est in ipsa M. S. nunc potius in organis & viis urinariis: sanguinis culpa supprimitur urina quando crassus, & minus serosus, existit, renales tubulos infarciens, adeoque secretionem impediens.

§. 5. Ratione organorum urinæ secretioni & excretioni dicatorum, vitium nunc quæredum erit in renibus, nunc in ureteribus, nunc in vesica, nunc in ipsis genitalibus. Hæ partes enim aut calculo sunt obstructæ, aut sauguine congrumato vel viscida materia infarctæ, aut inflammatione correptæ, aut per consensum spasmodice contractæ ob vitium in partibus vicinis existens, aut vitio connato depravatæ.

§. 6. Symptomata utplurimum conjuncta habent dolorem pro causarum diversitate varium, & tumorem vel in lumborum vel pubis regione eminentem, supervenit quoque interdum anxietas præcordiorum, torpor sensuum, pathemata epileptica, tumores

œdematosi, Ascites, vomitus, sudores ac halitus plus minus fœtidi, ac urinosi. Accidit tamen interdum ut neutrum ex hisce symptomatibus adsit.

§. 7. Diagnosin quod attinet affectus ipsi cognitu non sunt difficiles: ut vero cura rite institui queat probe attendendum erit ad partem proprie affectam, & ad ipsam morbi causam procatarcticam.

§. 8. Signa loci affecti dolor & tumor illarum partium suppeditabit, aut si nullum ex his adfuerit in M. S culpa erit. Sed difficilior est causarum in his affectibus cognitio, potest tamen ad hanc perveniri per antecedentium, & concurrentium symptomatum examen. Calculus enim dolore lancinante utplurimum sese prodit, inflammatio dolorem ardentem & pulsatorium habet comitem: quæ tamen symptomata in aliis causis desunt.

§. 9. Affectus de quibus jam agimus sic satis sunt molesti, periculosi & non raro lethales in primis si non intra paucos dies suppressio illa tollatur.

§. 10. Ischuria renalis periculosior est vesicali, & illa sine dolore; pejor dolorosa.

§. 11. *Cura* pro causarum diversitate diversa debet institui. Si enim *vitium in M. S.* adhibenda sunt aquea diluentia v. g. *decoctum petroselini, dauci, anserinæ, virgæ* ☉*eæ, seminis milii* ☉*is* quæ præter vim diluendi etiam virtute diuretica instructa sunt.

§. 12. *Si calculus* in causa tunc cura ex capite de calculo inferius tradenda hic loci erit inserenda. Si *inflammatio* curam depromere licebit ex capite de inflammatione. Si ex *atonia fibrarum* ob diuturniorem urinæ retentionem *compressione externa manus & roborantibus antiparalyticis* vel etiam *catheterismo* fluxio urinæ promovenda. Si ab *induratione alvinarum fecum clysmata emollientia, si à spasmo antispasmodica* sunt adhibenda.

§. 13. Prægnantibus vero si ab *uteri mole cervix vesicæ comprimatur* non necesse est plura præscribi, cum in iis urinæ suppressio facile tollatur quando, *in lectum se recipientes*, vel cruribus cum abdomine paulisper elevatis vel devoluto in quoddam latus corpore *pondus vesicæ incumbens aliquandiu declinent.*

§. 14. *Pituita viscida & sanguis congrumatus* in vesica existens re-

quirit resolventia & aperientia in specie ⊖*ia volatilia vel fixa* ⊖*sa* ⊖ *ononidis* ⊖ ✳ *&c.* possunt etiam *clysmata* ex resolventibus parata per meatum urinarium in vesicam injici.

§. 15. Si *caruncula* sive caro spongiosa meatum urinarium occludit per medicamenta ⊖ina ut erodatur caruncula nonnulli suadent v. g. parare solent ex *viridi æris, auripigmento* ℞ *&* ○*e in* ⊙*e calcinatis*, probeque tritis addito ℅ *rosaceo & lithargirio* emplastrum, quod extremitati tenuis candelæ cereæ affixum in canalem □rium adigi ibique per tres horas relinqui debet. Ita enim renovato quotidie emplastro caruncula intra 6. vel 8. dies absumitur, uti *ex Borello* annotat *Rivinus dissertatione de Ischuria* §. 20. sed tutius est cum tubulo instrumentum ferreum in apice candefactum immittere, & carunculam ustione tollere. Caustica enim facile gravissima symptomata excitant.

§. 16. Si vero urina supprimatur, propter membranam vel præputium quibus urethra occluditur, iis per decentem sectionem facile medemur, & ubi opus est cannulam plumbeam immittere licet ne vulnus iterum coalescat.

CAPUT. XII.

De

Pollutione nocturna Gonorrhæa & fluore albo.

§. 1.

POllutio nocturna est *excretio liquoris seminalis dormientibus & somniantibus cum voluptate eveniens, & vel à copia seminis vel etiam ab acrimonia* ⊖*inā scorbutica vellicante dependens.*

§. 2. Gonorrhæa est *stillicidium fere continuum liquoris seminalis sine penis erectione & absque titillatione Venerea.*

§. 3. Fluor albus a Gonorrhæa virorum non nisi nomine differt. Similis enim materia continuo effluit, similiaque conjuncta sunt symptomata. Hinc non inepte a nonnullis dicitur *Gonorhæa mulierum.*

§. 4.

§. 4. Pollutio nocturna alia est *critica*, alia *morbosa*. Critica contingit cum euphoria & robore naturæ, in subjectis sanguineis robustioribus, quæ extra conjugium vivunt, lautoque ac calidiori cibo utuntur.

§. 5. Pollutio autem morbosa contingit cum virium prostratione, corporis consumtione, actionum animalium imminutione: unde familiarissimum est post frequentem pollutionem visus debilitatem subnasci.

§. 6. Datur etiam alia adhuc pollutionis species, quæ de die affligit nempe ad aspectum vel contactum pulchrarum fœmellarum in personis imbecillioribus juvenibus ad Venerem pronis, & calidioris temperamenti.

§. 7. Ad pollutionem nocturnam morbosam dispositi sunt Hypochondriaci, phtisici, scorbutici partim ob sanguinis acrimoniam, partim etiam ob organorum semen continentium nimiam debilitatem & laxitatem.

§. 8. Pollutio nocturna non facile cadit sub curam medicam; sed sponte cessare solet, præsertim quando sobria victus ratio instituitur, spirituosa & aromatica alimenta evitantur, & a Venereis cogitationibus ac conversationibus cum fœminis abstineatur. Quando autem hic affectus frequentius accidit corpus utique debilitat, cerebro & nervis nocet, & ad vertiginem, memoriæ defectum, visus imminutionem imo ipsam paralysin disponit.

§. 9. In *Cura* pollutionis morbosæ, adhibenda sunt talia quæ seminis acrimoniam temperant & mitigant vasaque seminalia relaxata roborant. Hinc egregium præstant usum emulsiones ex *sem. 4. frigidis item ⦶ cum coralliis & succino*, nec non decoctum *Althææ Glyzirrmastichis*.

§. 10. Gonorrhæa distinguitur in *benignam* sive simplicem & *malignam s. virulentam.* Quid benigna sit ex §. 2. apparet. Virulenta consistit itidem in continuo seminis profluvio: differt autem a benigna variis modis pejoraque symptomata habet conjuncta. Vel enim materia quæ excernitur non est alba & limpida; sed caloris flavi, viridescentis & odoris fœtidi (2) ratione qualitatis materia excernitur acris & corrosiva ipsa etiam indusia interdum dilacerans (3) in Gonorrhæa virulenta semper semen emittitur, major

ardor

ardor & dolor ſemper percipitur, ac in membri erectione moleſtiſſimus obſervatur dolor, tandem quandoque ſupervenit Satyriaſis, dolor vel tumor teſtium, penis inflammatio glandis exulceratio, urethræ exeſio, & excoriatio cum concreſcentibus carunculis ſive verrucis, conjungitur qu que ſæpius Dyſuria &c.

§. 11. Gnorrhæa virulenta iterum diſtinguitur in *incipientem & inveteratam*. Incipiens curationem facilius admittit, difficilius inveterata, & plerumque comitem habet luem Veneream, & tunc ulcera non modo vaſa ſeminalia, urethram; ſed & ipſum membrum occupant unde inflammatio caruncularum & verrucarum generatio, urinæ ſuppreſſio, tumores &c.

§. 12. Pars affecta in Gonorrhæa ſunt præcipue non tam vaſa deferentia teſtes, veſiculæ ſeminales, quam potius oſcula ſive orificia ductuum qui ex proſtatis abeunt ad urethram; conſtant hæc oſcula ex fibris nerveis. Hæ fibræ quando nimium relaxantur illarumque tonus labefactatur contingit profluvium ſive ſtillicidium involutarium continuum. Demonſtrant hoc ſectiones Gonorrhæa defunctorum ubi teſtes ſalvi, veſiculæ ſeminales repletæ, proſtatæ etiam bonæ, quamvis in maligna interdum exulceratæ, & eroſæ repertæ fuerint.

§. 13. Ex altera parte vitium latitat in ipſo ſemine nimis ⊖ſo acri & ſtimulante, quod ad contractionem ductus ſeminales excitat poſtea pororum antea dictorum tonum plane labefactat ut ſemen amplius continere nequeant.

§. 14. Diſponunt ad Gonorrhæam nunc laſcivia & coitus frequentior, abuſus ciborum ⊖itorum acrium aromaticorum, vini generoſi ſpirituoſi, frequens equitatio, vectio in curru &c.

§. 15. Gonorrhæa maligna ſemper fere oritur ex coitu impuro, tum nimirum quis rem habet cum muliere infecta, quæ in vagina uteri recondita habet virulenta ulcera. Ab hiſce communicantur particulæ ⊖inæ acres erodentes ipſi peni, quæ ibi ſubſiſtentes eroſionem dolorem excoriationem, fungoſasque carunculas excitant.

§. 16. Si Gonorrhæa præcipuee virulenta inveſtat ſubjecta ſcorbutica vel cacochymica item ſenes in quibus utplurimum lethalis eſt, graviora ſemper concurrunt ſymptomata, & notabile eſt quod choleri-

cholerici & melancholici item viri ac ſenes non tam cito inficiantur quam ſanguinei phlegmatici & juvenes.

§. 17. Cito ſuccurrendum eſt huic malo quo magis enim invaleſcit eo difficilius ſanatur, magnamque debilitatem in nervis. laſſitudinem membris & toti corpori ſtatum peſſimum inducit.

§. 18. *Indicationes curatoriæ* ſunt ut 1. *corporis ſeroſitates a partibus genitalibus deriventur & divertantur ad alia loca.* Hinc commendantur purgantia & ex his inſpecie gummata v. g. gum. * Sagapenum, Myrrha, Aloe terebinthinæ cum purgantibus acrioribus roborata v. g. ☿ *d. extracto colocynhidis, reſina Jalappæ &c.* quibus alvus ſemper teneatur aperta, aſſumendo pilulas alternis diebus.

§. 19. *Altera indicatio* eſt ut diſcraſiam ſanguinis ⊖ſam corrigamus, hoc peragitur partim decoctis lignorum, partim acidulis ♂tialibus amaris abſorbentibus &c.

§. 20. Revocato ſero ad alias vias humoribusque probe correctis *tertiæ indicationi* ſatisfaciendum *tonusque ac robur relaxatis partibus ſeminalibus fibroſo nerveis reſtituendum.* quod peragitur balſamicis terebinthinatis v. g. *therebinthina* in ſubſtantia ſive *cocta* aut ejus ♎*tu*, vel gratioribus adhuc qualia ſunt *balſamum peruvianum* ejusque *Eſſ. Balſamum de Copaiva vel opobalſamum* quæ commodiſſime cum *vitello ovorum & vino Hiſpanico* ſumuntur. Si fortiore conſtrictione opus eſt, ad ♂*tialia* deveniendum nimirum *tincturam Hæmathitis ♂tis tram antiphtiſicam Gramanni, crocum martis adſtringentem. &c.*

§. 21. Gonorhæa maligna ſtatim inter initia remedia externa requirit nimirum detergentia, temperantia demulcentia & conſolidantia inter alia ceu præſtantiſſimum laudatur ſequens linimentum. v. g.

Rec. ▽ ♆
 ♍ *camph. aa.* ℥j.
 Sach. ♄ ℈j.

Quod calide applicatum abſtergit & tumorem arcet: quod ſi autem jam ulcera & quidem carioſa ad ſint ☿ albus adjici poteſt.

§. 22. Quando autem in urethra malum hæret per ſyringam repetitis de die vicibus ſequens vel ſimile medicamentum injici poteſt.

Rec. ▽ Plantag.
Portulac aa ℥j
Sach. ♄ gr. Xij.
camph. ʒß
Bol. armen vel
Croc. ♂tis ʒj.
M. d. S. liqnor Zum. einspritzen.

§. 23. Interne præter superius dicta corrigentia ad expellendum contagium & defendendam M. S. a corruptione *Tra Bezoard. cum Ess. succini & lignorum mixta item Tra ♃ij balsamum ♃iatum* adhiberi possunt.

§. 24. In Gonorrhæa benigna quæ ut plurimum est scorbutica abstinendum a ☿ialibus calidioribus & acrioribus ne sanguinem commovendo dolores vel inflammationes & fluxum præternaturalem augeant, potius cura lactis commendanda cum pulvere succini ossium sepiæ præmissis præmittendis.

§. 15. In Gonorrhæa a ♄ninis præsertim magisterio & sacharo ♄ abstinendum. Facile enim excitantur colicæ convulsivæ, virium & appetitus prostratio & alvi contumacissima occlusio.

§. 26. Quando Gonorrhæa virulenta & inveterata est cum ulceribus cacoethicis sine usu ☿ialium & decoctorum lignosorum nihil efficies.

§. 27. Quando carunculæ vel caro exsuperans in urethra, Ischuriam excitant cum tubulo instrumentum ferreum in apice candefactum immittendum & caruncula ustione tollenda. Caustica enim hic non prosunt.

§. 28. Quando testium tumor Gonorrhæam malignam comitatur *emplastrum ☿iale Vigonis* cum balsamo ♃ malaxatum & calide admotum est efficacissimum.

§. 29. Si bubones in inguine apparent *decocta lignorum EE. alexipharmaca & camphorata* adhibenda, si vero per camphorata discuti renuit tumor per *emollientia* maturandus, postea *balsamica atque sarcotica* adhibenda.

§. 30. Fugienda sunt omnia acida, acria, spirituosa, ⊖sa cerevisiæ crassiores nimius motus corporis præsertim equitatio, Venus, contra victus tenuis humectans facilis coctionis adhibendus.

§. 31.

§. 31. Nonnulli ad præservationem ne quis inficiatur ab infecta commendant ut statim postcoitum impurum lavetur membrum, & injiciatur *lac tepidum* cum *camphora & theriaca* mixtum.

CAPUT XIII.

De

Lue Venerea.

§. 1.

LUes venerea ex morbis chronicis gravissimus est cum symptomatum gravitate, dolorum sevitia, qui etiam natura refractaria summaque sorditie reliquos fere omnes longissime superat Ipsa enim non tantum partes fluidas corporis humani verum & solidas miserrime destruit, invertit corrumpit & mortificat, multis que signis sese prodit quæ tamen distincta sunt & differunt prout naturæ temperamenta, ætates ac clymata discrepant.

§. 2. Seminia hujus morbi interdum diutissime latitare possunt in corpore, testatur enim experientia nonnullos Gonorhæa virulenta ex coitu impuro correptos & sanatos post aliquot annos iisdem symptomatibus quæ alias scorbutum vel malum hypochondriacum comitari solent afflictos fuisse, cum tamen antea necHypochondriaci, nec scorbutici fuerint, quod certissimum indicium est seminia hujus morbi successu temporis in actum fuisse deducta. Salia enim caustica sub involucro sanguinis ramoso & viscoso diu involuta esse possunt citra ullam noxam, quæ quando explicantur vel vitio aeris vel nimia intemperantia vel animi affectibus assumunt naturam suam, auduntque tragedium consuetam.

§. 3. Prima hujus morbi origo est pricipium acre causticum subtile quod instar fermenti maligni uti communiter statuunt auctores ipsos fluores corporis nostri invertit, quod omnino admittendum modo legitima fiat explicatio.

§. 4, Peccat ab initio sive latitat atque consistit vitium luis ♀eæ in principio tenuissimo summe activo, acri, atque caustico quod pro diversitate partium & varia in corpus humanum actione di-

versa producit symptomata. Agit autem hoc principium non tam immediate in lympham & sanguinem quam, potius propter subtilitatem in ♌ animales & his mediantibus in partes reliquas fluidas non minus quam solidas.

§. 5. Si accedit ad ipsos spiritus principium hocce malignum subtile & ad ipsos nervos, tunc crasin illorum invertit, lassitudinem insignem virtumque langiorem & actionum torporem inducit. Deinde m. ♌ mixti cum tenuissima caustica materia vitiosum efficiunt motum, spasmodice fibras constringunt unde excretiones a glandulis constrictis non legitime procedunt, transpiratio impeditur, quo fit ut magnæ impuritates ⊖inæ acres, ♃eæ in sanguine accumulentur: Hinc symptomata luis ♀eæ sæpius quoque mentiuntur scorbutum.

§. 6. Porro autem propter constrictionem violentam spasmodicam emunctoriorum maxime vero glandularum stasis fiunt lymphæ obstructiones glandularum, quæ in scirrhosos tumores partim degenerant, partim in inexulcerationem transeunt, & cancrosam quasi naturam assumunt ita ut quot tumores glandularum exulcerati tot minutissimi quasi cancri aperti exedentes & depascentes partium substantiam per corpus sint dispersi, adeo ut causa luis ♀eæ non tam immediate agat invertendo crasin humorum, sed potius ab initio spirituum quibus infectis legitima humorum generatio retardatur, impeditur & invertitur.

§. 7. *Causa occasionalis* hujus morbi plerumque est coitus impurus tum fœmina in vagina recondita habet ulcuscula sordida virulenta, rarius per contagium accedit. Falsum enim est per oscula, per pocula communia posse propagari quo se plerumq; excusare solent lue ♀ea tacti potest tamen inficere si quis cum ægroto in uno eodemque dormiat lecto præsertim si corpus sudet. Infantes etiam laborant hoc morbo per infectionem tum per lac nutricis malum hauriunt vel etiam ipsi infantes hoc malo affecti prodeunt ex utero infectæ matris.

§. 8. Incipiens morbus cognoscitur ex summa corporis lassitudine, somnolentia, torpore raucedine, doloribus vagis vel etiam in certa parte fixis nocturno tempore ingravescentibus v. g. in capi-

te, articulis, in pedum ossibus unde hic morbus sæpius mentitur arthrididem.

§. 9. Certiores de lue ♀ea nos reddunt exulcerationes in corpore præsertim in partibus genitalibus membro virili, palato, faucibus, naso, dolorificæ variæque pustulæ hincinde in corpore, maxime vero in facie dispersæ, quando malum hoc altas egit radices & à causa valde maligna proficiscitur ulcera prædicta cancri naturam habent, & non tantum spongiosam membri substantiam, sed etiam faucium uvulæ, & nasi cartilaginem exedit, consumit & intollerabili fœtore imbuit.

§. 10. Porro certum signum hujus morbi reddunt tophi, tubercula, excrescentiæ verrucosæ, condilomata hinc inde suscitata præsertim in pudendis in mulieribus, in pene & urethra in viris, ubi efficiunt urinæ suppressionem, vel transitum ejus valde dolorificum, & ipsa ossa redduntur quasi majora & tophacea.

§. 11. Si inveteratum est malum accedit defluvium capillorum superciliorum, barbæ, quæ omnia certissimum luis ♀eæ præbent indicium.

§. 12. Accidit autem sæpius ut lues ♀ea lateat sub aliis morbis, scorbuto Arthritide a quibus difficicili negotio distinguitur. Scorbuti enim truculentia sæpius non cedit symptomatibus luis ♀eæ: ibi autem notandum quod ex prægresso coitu impuro, symptomatum circa noctem exacerbatione, & remediorum anti-scorbuticorum in sufficientia conjicere liceat de latitante lue ♀ea.

§. 13. Scorbutus & Arthritis scorbutica quamvis magnam affinitatem habeant cum lue ♀ea, distinguuntur tamen à se invicem in hoc (1) quod lues ♀ea exordium suum plerumque capiat in partibus obscœnis ubi & Gonorrhæa virorum cum carunculis verrucis, pustulis se manifestant: in scorbuto autem à talismodi labe immunes sunt (2) in scorbuto non scyrrhosa & cariosa ossium substantia deprehenditur (3) in lue ♀ea urina est sanorum fere similis in scorbuto plerumque rubicunda.

§. 14. Lues ♀ea majorem tyrannidem solet exercere in viros quam in fœminas præsertim si sint cholerici vel cholerico melancholici vel etiam sanguinei. Quamvis enim pituitosi facilius contagium recipiant, in iis tamen non tantas vires potest exserere

propter ſuccorum humiditatem & copiam motusque tarditatem, ſive ut veteres loquuntur frigiditatem: in illis autem qui craſſum & 🜍eum habent ſanguinem quales, ſunt cholerico melancholici, horrenda procurat ſymptomata.

§. 15. Ulcera ♀ea in pituitoſis admodum ſunt ſordida in bilioſis exedentia & phagadenica, in melancholicis cancroſa eſſe ſolent.

§. 16. Lues ♀ea quando afficit ſcorbuticos phtiſicos cachecticos, & qui viſcera non habent ſana robuſta longe periculoſiora imo ſæpius lethalia producit ſymptomata, cum alias per ſe non ſit lethalis.

§. 17. *Indicationes curatoriæ* ſunt ſequentes 1. ut *virus cauſticum coagulans quod profundius* inſidet partibus oſſeis & glanduloſis *ex corporis ſphera ejiciatur.* 2. Ut *enormes illæ ſeri coagulationes & putredines hinc inde in partium fluidarum tubulis exiſtentes tollantur:* quem in finem præmiſſis univerſalibus ſequentia admodum proficua ſunt.

Rec. *Raſ. lign. Guajac.* ℥jß.
Rad. Chin. ʒ X.
Raſ. lign. Saſſafr.
Sandal. citrin.
Sarſaparill. aa. ʒvj.
Fl. Samb. m. ß.
Bacc. Junip ʒiij.

Conciſa & contuſa M. d. ſ. ſpecies zum Holz-Tranck.

Rec. *Træ ♁ij acris* ℥j.
~ ♀
Træ corall. c-~ Lign. aa. ℥ß.

M. d. ſ. Blut renigende Tictur zu XL. biſs L. Tropffen Morgens und Abends zu nehmen.

Rec. *Reg. ♁ij. medicinal.* ʒij.
☿ *d. prob. pp. vel*
☿ *fixat cum ♃. vel ☉e.*
🜍 ♁ *probe elaborat aa.* ℥ß.

M. f. pulv. cujus doſis eſt ℈j. Poteſt hoc remedium cum conſerva roſarum & theriaca in electuarium redigi, vel etiam in pilulas.

§. 18.

§. 18. Si Lues ♀ea incipiens est, nec adeo inveterata vel mali moris solo decocto lignorum continuando id ipsum ad minimum per 6. septimanas & regimen sudoriferum simul subjungendo expugnari potest : ut autem ejus operatio eo felicius succedat Ess. prædicta ☿ialis admiscenda est.

§. 19. Quando cura per ligna insufficiens est tunc accedendum ad usum ☿ialium probe præparatorum.

§. 20. Salivatio per hydrargirium externe excitata nunquam fere tuta, & nisi probe fuerit corpus purgatum antea plerumque periculosa.

§. 21. Interna ☿ialia longe tutiora externis sed probe debent esse depurata & præparata, & tunc rarius sudorem & salivam frequentius etiam alvum movent : quod tamen præcaveri potest si sumantur cum *Diascordio Tra castorei* vel ejus usus interpoletur.

§. 22. Mercuriclia ad minimum per 2. vel 3. septimanas continuentur poros semper apertos servando, & præmissis purgantibus nec non sudoriferis, felicissime scopum medici contingunt.

§. 23. Si salivationem movent & fœtidus Ichor fauces occupans tumorem dolorem, & putrilaginem in hac regione auget gargarismata linimenta & cataplasmata ex herbis alexipharmacis leniter constringentibus & depurantibus diligenter adhibenda sunt.

§. 24. Si salivatio nimis vehemens est medicamenta ex 🜍e parata & soli flores 🜍 cum theriaca cœlesti mixti item purgantia ex rhabarbaro, manna foliis sennæ s. st. diagridio &c. sunt adhibenda.

§. 25. Salivatio & tota cura optime instituitur tempore verno & autumnali.

§. 26. In curatione luis ♀eæ stricta & accurata servanda est Diæta. Abstinendum enim est ab omnibus acidis, ♌-tuosis vino ∇S tabaco, ab esu carnium præsertim suillæ, cibis induratis, cerevisia oleosa, & commendanda est Diæta tenuis, moderata, & corpus in calore æquabili tenendum : unde reprehendendus est mos eorum, qui mirum in modum hypocaustum calefaciunt.

§. 27. Pro potu ordinario decoctum lignorum secundarium per aliquot menses inservire poterit.

§. 28. Tophis, & callositatibus osseis extrinsecus applicari potest *Emplastrum Vigonis de ranis cum ☿io* addito *Balsamo 🜍 therebinti-*

nato

nato ☿ præcipitato albo, & camphora quod egregie tales tumores resolvit, & discutit.

§. 29. Ulcera cacoethica optime tractantur ☿ialibus, sumitur nimirum ▽♆, *solutio sach. ♄ in 🜊 camph.* addit, ☿ *albo.*

§. 30. Si salivatio ex professo instituenda purgantia sudorifera balnea, & in plethoricis V. S præmittenda, præsertim quando externe ☿ in unguento adhibere velimus.

§. 31. In infantibus, personis tenellis sensibilioris texturæ ad phtisin proclivibus unguenta ☿ialia cautissime vel nunquam adhibenda, nec salivatio studio provocanda; sed temperatiora lignorum decocta omisso vel parciori dosi assumpto ligno Guajaco, item ☿ialia diaphoretica probe depurata in usum vocanda.

PARS

PARS QARTA.

De
Morbis ex vitio & motu impedito spirituum animalium ortis.

SECTIO I.
De
Affectibus soporosis.

CAPUT I.

De
Apoplexia.

§. 1.

APoplexiat ex *soporosis affectibus gravissimus quippe qui sæpius absque ullo signo præcedente hominem intra breve spatium interimit.* Describitur autem a practicis quod sit *omnium functionum animalium in sensu & motu consistentium repentina cessatio.* Taliter enim affecti subito non secus ac fulmine tacti in teram concidunt, sensibus externis non minus, quam internis privantur, motus imminuitur manente tamen pulsu & respiratione, si malum est gravius etiam stertor & spuma circa os observatur.

§. 2. Apoplexia ratione *partis affectæ varia sortitur nomina.* Si enim totum corpus una cum capite afficitur dicitur *apoplexia* in genere, si unum tantum latus sive dextrum sive sinistrum dicitur *Hemiplegia vel Hemiplexia*, si totum corpus capite excepto dicitur *Paraplexia.* Ratione *causæ* iterum distinguitur in apoplexiam sanguineam, & serosam sive pituitosam. In illa plerumque post mortem instituta sectione capitis sanguis extravasatus ad aliquot cochlearia reperitur in cerebri ventriculis, in hac vero serum.

§. 3. Porro distinguitur in *Idiopathicam* & *symptomaticam*: raro tamen observatur symptomatica nisi quod Lethargus tandem in Apoplexiam desinat.

§. 4. *Causa proxima* hujus morbi est spirituum in cerebro atque nervoso systemate depravatus motus dependens a sufflaminato vel denegato influxu tam in sensorium commune, quam in nervorum paria motuum voluntariorum præsidia.

§. 5. Pars primmario affecta in Apoplexia est ipsa medulla oblongata, quæ solet esse principium nervorum. Quando enim ibidem subsistit vel stagnat aut serum extravasatum aut sanguis extravasatus poros obstruit vel comprimit ut spiritus minime vel non rite influere possint, contingit apoplexia.

§. 6. Sanguinis extravasati causa est ruptura arteriarum quæ in cerebro tenuissima tunica sunt præditæ non venarum, quippe quæ sub dura membrana tendinosæ indolis latitant reconditæ: præcipue autem talismodi ruptura contingit in plexu choroidæo tanquam e tenuissimis arteriolis conflato. Circa hujus enim confinia sanguis extravasatus deprehenditur.

§. Causa ruptionis est copia sanguinis in arteriis collecta & refluere nescia partim ob spasmum notabiliorem circa caput vel alias partes etiam dissitas excitatum, partim propter obstructionem venarum jugularium, factam a polyposa materia quale, quid observavit *Nimannus*, vel etiam sanguis & quidem crassus cum impetu ad caput motus ubi deinde non facile in venas tam propter crassitiem, quam propter motum languidiorem tonicum sive robur fibrillarum & membranarum cerebri recipitur, & ibi subsistens a tergo vero subsequente majore copia nimium distendit & deinde disrumpit ipsa vasa cerebri.

§. 8. Serum in ipso cerebri sinu collectum eandem agnoscit causam, nimirum impeditiorem sanguinis per venas regressum: non enim potest aliter fieri quam si sanguinis circulatio est impeditior per venas motu a tergo urgente, ut ipsum serum a sanguine subsistente per poros arteriolarum distensione majores factos secedat, & extravasetur, non secus ac videmus in ligatis venis tumorem in parte protinus succedere serosum.

§. 9.

§. 9. Subjecta apoplexiæ ſanguinea ſunt plethorica, juvenes, viri vino dediti & qui diu omiſerunt V. S. vel in quibus Hæmorrhoidum fluxus ſuppreſſus eſt, vel qui e naribus fluxum ſanguinis diutius paſſi ſunt, qui fluxus poſtea per longum tempus ceſſavit. In apoplexia enim ſanguinea etiam robuſiſſimi homines ſubito intereunt citra ullum præcedens incommodum, facie exiſtente colorata rubicunda, oculis aparentibus fulgidis pulſu exiſtente valido.

§. 10. Seroſa inveſtare ſolet maxime ſenes hypochondriacos temperamenti phlegmatici & pituitoſi.

§. 11. Apoplexia ſanguinea facile ſuſcitari ſolet ex ira, pituitoſa ex terrore, triſtitia & curis, deinde ſanguinea magis tempore vernali, pituitoſa tempore hyemali & autumnali familiaris eſt.

§. 12. Imminentem apoplexiam quandoque prænunciant gravativus capitis dolor, oculorum caligo, vertigo, hebetudo poſt ſomnum, aurium tinnitus memoriæ languor, ſomnus largus, frequentes ſternutationes ſed irritus conatus, linguæ tarditas, vox tremula, mentis obtenebratio motus imbecillis: quæ omnia certiſſimi affectus noſtri ſunt prodromi, quandoque autem citra ullum antecedens ſingnum ingruit.

§. 13. Præſens apoplexia in ſpecie ſanguinea cogniſcitur ex repentina ſenſus motusque ceſſatione, oculis rutilantibus, venis oculorum & totius capitis tumentibus, pulſu magno duriſſimoque, & in genere ex omni quæ plethoram ſanguinisque abundantiam & orgaſmum induxerunt.

§. 14. Pituitoſa eſt dicenda quando ſenes phlegmaticos & qui frequentius catarrhos paſſi fuerunt aggreditur cum facie pallida, pulſu tardiore & præcedente ſomnolentia, obtuſo capitis dolore, aurium tinnitu ac interdnm tumore œdematoſo in corporis quadam parte.

§. 15. Diſtinguitur noſter affectus a ſyncope tum in hac pulſus ceſſat in illo vero reſtitat, a paſſione hyſterica tum in hac fauci um ſtrangulatio, anxietasque præcordiorum præcedit vel ſequitur citius que reſtituuntur quam apoplectici, a catarrho ſuffocativo, in quo maxima adeſt reſpirationis difficultas, pectorisque anguſtia: apoplexia autem in momento invadit citra anxietatem quandam & ſpirandi difficultatem.

§. 16. *Prognosin* quod attinnet, affectus noster admodum periculosus esse solet, subito enim mortem inducit pessimumque signum præbet si sanguis e vena secta non profluit. Indicium enim est cordis musculos simul esse tactos, item si post V. S. ægroti non ad se veniunt, porro si clysteres non retinentur sed statim iterum effluunt una cum fecibus.

§. 17. Apoplexia valde recidivat, & signum est recidivæ si subjectum remanserit torpidum, stupidum, si vigor actionum animalium valde imminutus fuerit, vel linguæ impotentia remanserit & memoriæ imminutio: quod si enim non exacte observetur vivendi regimen facillime de novo revertitur malum ægrumque interimit.

§. 18. Quicunque non servantur in apoplexia sanguinea V.S. mature instituta illi certissime pereunt.

§. 19. Apoplexia sero a sæpius terminari solet in paralysin dextri, aut sinistri lateris, aphoniam & facile solet recidivare, si feliciter etiam curatur relinquit post se memoriæ debilitatem torporem segnitiem & capitis ex facili causa dolorem ac debilitatem, nec non corporis totius lassitudinem

§. 20. Omne *curationis* negotium consistit potissimum in eo ut *æger excitetur, excitatus reficiatur, ac tandem a novo paroxysmo præservetur.*

§. 21. Si apoplexia sanguinea ante omnia instituatur V. S. & quidem *in pede ac brachio* larga satis in quantitate & mature antequam sanguis extravasatus intra cerebrum in grumos abeat.

§. 22. Fine excitandi *naribus applicentur odorifera cephalica fortissima*, v. g.

Rec. ♉ *Rectif.* ℥j
♌ ⊖ ✱ *c.* ♆ ʒij
Camph. ʒj
☍ ♋ *rut.*
caryophyll. *aa gtt. X.*

M. d.

S.

Eusserlicher Spiritus mit einer Feder vor die Nase zu streichen, wie auch die Schlaffen und Ancken

§. 23. Nec omittenda sunt clysmata ex stimulantibus acrioribus

bus præſertim ⊖inis, item ex extracto colocynthidis nec non cephalicis parata, vel etiam horum loco applicentur ſuppoſitoria acriora: non nulli m. adhiberi ſolent veſicatoria, item frictiones capitis cum panno calidiſſimo aliaque excitantia.

§. 24. Uſu interno, fine confortandi & excitandi potiones ſive mixturæ ex ▽lil. conuall. Eſſ. caſtor. ⊖✳ ſimilibusque præſcribi poſſunt.

§. 25. In pituitoſa poſt excitationem ſequentes pilulæ erunt admodum proficuæ.

Rec. *Extract panch. Croll.*
Reſin. lign. Al.
Ladani.
Benzoes.
Troch. alhand.
⊖ ſuccin.
☿ Dulc.
Balſam. Peruv. aa. ℈j.

M. f. c. Eſſ. caſtorei pilulæ ex ℈j. XIV. d. S. Pillen alle Abend XIV. auff ein mahl. Item

Rec. *E. E. Succini.*
Lign. Al.
Caſtor.
⊖✳ *aa. ʒij.*
Cardamomi.
Cinamomi.
Caryophyll.
N. M. aa Gtt. iiij.

§. 26. Poteſt etiam nuchæ vel toti capiti applicari emplaſtrum ex gummi Elemi, ſuccino, maſtiche, ſtorace, Benzoe opobalſamo, balſamo peruviano lign. rhod. rut. lavendulæ paratum.

§. 27. Ante omnia æger ponendus eſt in locum lucidum ſerenum & poſituram mediam nec de clivem nec altam.

§. 28. Si ſubjectum eſt plethoricum V. S. ſtatim adminiſtretur, ſi autem phlegmaticum & malum per prodromos redit cum ſuc-

cessiva symptomatum imminutione tunc a V. S. magis abstinendum.

§. 29. Vomitoria nunquam fere danda sunt nisi cibo copioso & quodammodo noxio assumto, utpote emetica impetum exserendo ad caput plus nocent quam prosunt.

§. 30. Cum sternutatoriis cautissime est agendum & non nisi errhina admittenda.

§. 31. Spirituosa cephalica ⊖ia volatila °₀°osa in ipso paroxysmo cautissime danda sunt præsertim in sanguineis & plethoricis, quod etiam valet de °₀°is destilatis & externis balsamis apoplecticis, quia magis sanguinem in impetuosum motum conjiciunt.

§. 32. Ante omnia æger a frigore defendendus est, & præsertim pedes lectis vel in tegumentis probe muniendi, ut sic humores a capite divertantur ad has partes.

§. 33. Opiata inebriantia omniaque anodyna tam præservandi quam curandi fine cane pejus & angue sunt vitanda.

§. 34. Illi qui servati fuere & convaluerunt sedulo vitare debent omnes graviores animi commotiones, vaporosa suaveolentia, volatilia; quibus omnibus capiti inbecillitas inducitur. Porro etiam ab alliaceis, cepis, spiritu vini, vino dulci, copioso abstinere debent, nisi enim Diætam & hujus leges probe observent facile rursus incidunt in simile malum.

§. 35. Apoplexia sanguinea averti & præservari potest commodissime V. S. verno & autumnali tempore celebrata & quidem mense Martio & Septembri, maxime si fuerint consueti & Hæmorrhagias per nares a longo tempore passi fuerint.

§. 36. In apoplexia pituitosa a fortioribus calidis sudoriferis, cephalicis ∽tuosis merito abstinendum est, & potius purgantia, balsamica cinnabarina, diuretica, & balsamica temperata externe & & interne optimam locant operam, quo etiam spectant frictiones capitis cum panno calido fortiter institutæ, cucurbitulæ sine scarrificatione applicatæ, item vesicatoria & errhina inter quæ principem locum habent resina Guajaci, flores Benzoe, cum pulvere succini, & castorei.

CA-

CAPUT. II.

De Paralysi.

§. 1.

PAralysis est apoplexia quasi particularis, sicuti apoplexia paralysis universalis. Quemadmodum enim in apoplexia omnes motus voluntarii una cum sensuum exercitio penitus cessant; ita in paralysi certit lateris dextri vel sinistri vel tantum certæ partis, manus pedis, motus imminutio, & abolitio observatur.

§. 2. Differt paralysis ratione *partis affectæ.* Si enim medietas corporis tantum afficitur *Hemiplexia,* si omnes corporis partes excepto capite *paraplexia* si una lateris tantummodo pars κατ᾽ ἐξοχὴν *paralysis cum partis affectæ additione* v. g. paralysis pedis linguæ, ani &c. audit.

§. 3. Ratione majoris vel minoris gradus distinguitur in *veram & spuriam:* si sensus una cum motu perit dicitur vera, si vero motus imminuitur sensu salvo atque integro dicitur spuria.

§. 4. Porro alia Paralysis est *essentialis* alia *symptomatita,* Illa ex cerebro & nervis læsis primario oritur, hæc alium morbum præserti mmale tractatum sequitur.

§. 5. *Causa proxima* Paralyseos est impeditior spirituum animalium influxus in partes propter compressos aut in farctos nervos, qui oriuntur e medulla spinali.

§. 6. Ad paralysin dispositi sunt ætate senes, temperamento sanguinei, plethorici item phlegmatici, ratione habitus corporis, qui laxo & spongioso habitu sunt præditi.

§. 7. Disponunt ad paralysin ordinarie sanguinis evacuationes suppressæ, terror gravissimus, iracundia frequens, intemperantia in ♀e, fortiora sudorifera, balnea laconica, purgantia præsertim in corporibus caco chymicis, item apoplexia pituitosa & spasmodica facile post se palalysin relinquit.

§. 8. Paralysis spuria originem magis habet ex musculis atque tendinibus spasmodice contractis & malum est frequens in Arthiricis, scorbuticis, colica convulsiva laborantibus: in quo ultimo casu spe-

tu speciatim dicitur *paresis*, item familiarissima esse solet metallurgis qui mineras ♄ninas coquunt, & hinc dicitur Germanice *die Hütten-Krankheit oder Hütten-Katze.*

§. 9. Cognoscitur paralysis facillime ex imminuto vel destructo motu, ac sensu partis, cui accedit membri notabilis flacciditas. Quando enim rigidæ sunt partes morbus tunc potius dicendus est contractura.

§. 10. Notabile est partem paralyticam successu temporis vel nimio marcore consumi vel nimium etiam intumescere & semper frigidiorem deprehendi præ parte sana.

§. 11. Quod *prognosin* attinet in senibus difficillime sanatur in juvenili vero ætate major adhuc convalescentiæ spes est; deinde vernali tempore longe felicius cura instituitur, quoniam propter motum ætheris auctum intestinus motus & spirituascentia sanguinis longe vegetior existit tunc temporis quam hyeme ubi sanguis magis crassus.

§. 12. Si est ab apoplexia, quæ lubentissime terminatur in paralysin metuendum est ne apoplexia recurrat, si ex impuritate sanguinis & lymphæ scorbutica ac scabie retropulsa subnascitur, & magna simul nervorum debilitas adest ægerrime sanescit.

§. 13. In *cura* ante omnia respiciendum est ad causas mediatas & procatarcticas: in genere tamen notandum est omnia quæ apoplexiam curant sanare quoque paralysin. Hinc repetantur quæ §. 23. antecedentis capitis sunt dicta.

§. 14. Extere etiam adhiberi possunt thermæ naturales vel artificiales, item balnea formicarum vel etiam sequens unguentum.

Rec. *Axung. hum.*
taxi aa. ℥iij.
Pingued. Castor.
°° lumbr. ∀estr.
Juniperi.
Caryophyll.
Camphor. aa. ℥j.

Potest etiam addi balsamus Peruvianus vel aliquid de ♎⊖✱ quo linimento inungantur aliquoties de die calide tota spinalis medulla cum nucha, nec non juncturæ partium paralyticarum.

§. 15.

§. 15. Præſtat ſemper poſt ſudorem hujusque abſterſionem poris nempe apertis externa applicare.

§. 16. Si paralyſis ſalvo adhuc ſenſu ubique in muſculis, ac tedinibus cauſa magis latitat pars affecta pannis calidis bene fricanda ut pori aperiantur & deinde linimentum ſuperius deſcriptum vel ſimile quoddam illinendum, quodetiam valet in contractura metallurgorum.

§. 17. Maximopere cavendum eſt in hoc affectu a medicamentis ſpirituoſis inebriantibus ſanguinemque exagitantibus præſertim in principio & antequam prima regio ſufficienter fuerit expurgata. Teſte enim experientia ſæpius a præpoſtero calidorum uſu in plethoricis & cachecticis hoc malum oritur, cunctaque ſymptomata augentur.

§. 18. Si paralyſis eſt ſcorbutica decocta lignorum & ſpecifica anti-ſcorbutica nec non china chinæ debite adminiſtrata ſolamen afferunt egregium.

§. 19. In contractura & pareſi interne demulcentia decocta emollientia & præſertim 🝆 amygd. d. cum 🝆 carminativis mixtum item clyſteres pure 🝆oſi præſentiſſimum afferunt auxilium: externe autem balnea ex ſanguine brutorum nec non cutis canis detracta & calide applicata conducunt.

§. 20. Inter externa paralytica linimenta hæc præſtantiora eſſe ſolent, quæ ex pinguibus & ſpirituoſis penetrantibus oleis compoſita ſunt. Sola enim pinguia poros nimis relaxatos non penetrant, ſola ſpirituoſa nimis cito avolant exſiccant, fibrasque rigidiores reddunt.

§. 21. Quando paralyticæ partes tumore affectæ ſunt & frigore correptæ balnea Laconica ex ∇ aromatiſato vel cum oleoſis præparata conducunt, balnea autem humida aquoſa tali in caſu ſollicite vitanda ſunt.

§. 22. Si atrophia juncta eſt cataplaſmata ex formicis item linimenta temperata non nimis calida, nec non balnea ex partibus animalium deſumta conducunt.

§. 23. Vinum crebrius ſed parca doſi ſumtum, generoſum tamen aromatum infuſione & herbarum, cephalicarum additione

conditum & roboratum ventriculo, & capiti oppitulando desideratum spondet auxilium.

§. 24. Opiata omniaque vaporosa flatulenta viscida, acida, frigida constringentia in hoc affectu nocentissima sunt. Quorsum m. referendus nimius usus ♀is animique commotiones & perturbationes, ex adverso si in ullo affectu prodest motio corporis, item calor externus, præsertim igni vivo partem affectam quam proxime fieri potest admovendo hic prodest.

CAPUT. III.

De

Lypothimia Syncope & Ecstasi.

§. 1.

HI affectus omnes sunt nihil aliud quam subitanea omnium actionum tam vitalium, quam animalium imminutio & abolitio & gradu saltem inter se differunt, ita ut *lypothimia* sit primus gradus citius transiens, *syncope* secundus diutius durans, *ecstasis* tertius & ultimus ad aliquot dies quod tamen rarissimum se se extendens.

§. 2. Causa proxima horum affectuum est retrocessio, ac denegatus legitimus influxus ♌-tuum animalium in sensuum motusque organa major tamen in syncope & ecstasi quam in lypothimia.

§. 3. Causæ occasionales possunt esse variæ deficiunt enim interdum spiritus consumti a morbis malignis, inedia, sudore nimio laboribus excessivis hypercatharsi, ♀e immoderata, studiis nimiis, hæmorrhagia largiore &c. vel non legitime influunt ob peculiarem idiosyncrasiam, qualia exempla passim reperiuntur apud practicos.

§ 4. Porro ansam huic malo facile præbent animi affectus inprimis mœror, terror, metus gaudium & amor, odor rerum gratarum præsertim in sexu sequiore, potus frigidus in copia assumtus post corporis incandescentiam uteri gestatio, plethora, dolor exquisitus præprimis vero superrioris orificii ventriculi ex qua causa *syncope* cum,

cum additamento dicitur *cardiaca*, ſicuti *uterina*, ſi hujus partis dolor illam produxerit.

§. 5. *Diagnoſis* horum affectuum eſt facillima. In lypothimia enim quæ ſyncopen plerumque antecedit pulſus eſt languidus, parvus & inæqualis, facies pallida cum extremorum frigore, oculis tenebræ ſuffunduntur, aut viride vel flavum quid iis obverſari videtur, ſudor ſæpe apparet in fronte plus minusve frigidus & Lypothimia correpti aliquamdiu jacent immoti cum hebetudine ſenſuum, ceſſante inſimul loquela, remanente tamen pulſu debili, & reſpiratione obſcura.

§. 6. In ſyncope vero ſymptomata recenſita vehementiora ſunt, pulſus cum reſpiratione quoad ſenſum ceſſat, mentis actiones & motus ſenſusque corporis cum loquela pereunt, ægrique actu quaſi mortui videntur.

§. 7. Ecſtaſis ex iisdem cognoſcitur ſymptomatibus & non differt a ſyncope niſi diuturnitate temporis ſive durationis, ſæpius enim ad aliquot dies perdurat.

§. 8. Lypothimia eſt malum non adeo periculoſum, ſyncope vero pro diverſitate cauſarum diverſam exhibet prognoſin: quæ enim ex immodicis evacuationibus timore, terrore, triſtitia aut alia evidenti cauſa provenit minus periculoſa eſt, quam quæ ab interna, & præternaturali cauſa originem habet.

§. 9. Non ſtatim ſalus promittenda cum quis a ſyncope ſibi quodammodo redditur. Nam ſi pulſus non redit, nec calor vividus & æger frigidus ſemper manet mox in ſyncopen relabitur.

§. 10. Si ſubjectum cæteroquin ſanum ſyncope corripitur non ſtatim deſperandum, modo aliqualis adhuc calor circa præcordia obſervetur. Si vero morbis chronicis vel etiam malignis ubi vires jam exhauſtæ ſuperveniat deſperata res eſt.

§. 11. Cura alia inſtituenda eſt in paroxyſmo, alia extra paroxyſmum in paroxyſmo conveniunt analeptica & excitantia quæ vel in os infundi debent vel ſi deglutire illa non poteſt æger externe ſaltem naribus, pulſibus ac cordis regioni applicentur.

§. 12. Externo alias uſui etiam cataplaſmata inſerviunt ſupra cordis ſedem impoſita ex mica panis pulvere cinam. mac. caryophyllorum cum confectione Alkermes vel tenella citri frondium

folia vel melissa vino imbuta: quod ipsum etiam obtinebitur a balsamis apoplecticis naribus manuum carpis vel linguæ iunctis in subjectis quæ suaveolentia perferre possunt, aut loco illorum ab °°is destillatis cinamomi succini &c. cum sacharo linguæ impositis.

§. 13. Extra paroxysmum respiciendum est ad causas procatarcticas; hinc quandoque conducunt vomitoria v. g. in syncope cardiaca vel alterantia & diaphoretica, ac Bezoardica vel etiam aperientia & uterina, antihysterica, quandoque etiam V. S. si sanguis vel ob nimiam copiam vel discrasiam stagnet.

CAPUT IV.

De

Affectibus soporosis in specie sic dictis Somnolentia, cataphora, comate vigili, lethargo atque caro.

§. 1.

Vitia circa somnum occurrentia, atque in excessu potissimum peccantia generali vocabulo appellantur *affectus soporosi*: pro diversitate autem graduum atque symptomatum peculiaria iterum acquirunt nomina.

§. 2. Prima species dicitur *somnolentia*, quæ nihil aliud est, *quam nimia in somnum propensio & inexplebilis satietas ita ut quamvis excitentur ægri statim tamen iterum obdormiant sed citra deliria.*

§. 3. *Cathaphora* est altera species affectuum soporosorum quæ alias etiam vocatur *coma somnolentum*: in qua *ægri profundius adhuc dormiunt quam in somnolentia*, *ac præterea* si excitentur delirant, statimque iterum in somnum relabantur insuperque febrem quandoque patiantur qualia symptomata somnolentia nescit.

§. 4. Coma vigil oppositum quasi est cataphoræ utpote in quo tanta ægri ad somnum est propensio, ut licet clausis etiam oculis sese componant ad somnum capessendum, propter delirium tamen conjunctum obdormire nequeant.

§. 5. Quarta species Lethargus sive Veternus audit in qua *somnus*

minus fere est inexpugnabilis ita ut vix ullis mediis oculis iterum excuti possit cum febre lenta, delirio omniumque rerum oblivione conjunctus.

§. 6. Summus denique affectuum soporosorum gradus est *Carus*, in quo *ægri adeo profundi dormiunt ut nullatenus fere excitari queant, sensum tamen servant & respirationem illæsam.*

§. 7. Differt Carus & Lethargus ab apoplexia quod in hac longe difficilior sit excitatio & respiratio depressior, in illis autem excitantur quidem ægrotantes per fortiores ligaturas punctiones frictiones, loquuntur etiam excitati sed mox iterum in somnum relabuntur.

§. 8. *Causa* horum affectuum *proxima* est denegatus legitimus spirituum animalium influxus in sensuum motusque organa, dependens plerumque a nimia cerebri humiditate serique stagnatione. Quando enim lethargici & comatosi post mortem aperiuntur, deprehenditur passim in ipsorum cerebro præsertim in ejus cortice serum stagnans copiosum intra membranas ipsumque cerebrum indicio serum ab ipso sanguine secississe propter circulationem sanguinis per venas debiliorem.

§. 9. Pro ut differt illa ipsa seri extravasatio, vel cum ipso sanguinis impetuoso motu ad caput, & incipiente inflammatione jungitur, vel ex crassi sanguinis impeditiore motu oritur, exsurgit Lethargus quod malum subito necat, vel Carus qui per longum tempus durare potest: Coma vigil autem raro solum est, utplurimum enim est symptoma febrium malignarum & ex defectu virium atque spirituum oritur.

§. 10. Causæ occasionales sunt plurimæ præprimis autem ad prædictos affectus dispositi sunt senes, plethorici, cacochymici & qui supressas habent evacuationes sanguinis ordinarias, maxime Hæmorrhoidum vel qui sanguinis missionem neglexerunt.

§. 11. Porro ad hos affectus disponit abusus potuum inebriantium spiritus vini, vini generosi, aquæ vitæ, remediorum Narcoticorum, & rerum vaprosarum, opii, absinthii &c.

§. 12. Quandocunque senes corripiuntur febre Erysipelacea, vel Arthritica, neque sufficienter materiæ peregrinæ expulsio contingit, ob constrictum corporis habitum facillime incidunt in dictos affectus: maxime solenne est a podagra retropulsa fieri Lethargum maxime in senibus.

§. 13. Quæcunque ſanguinem copioſum, & impurum nimium commovent, uti ſunt balnea, præſertim Laconica, & medicamenta volatilia ſpirituoſa illa diſponunt ad ſoporoſos affectus.

§. 14. Obſervamus etiam experientia hyemali, & vernali tempore magis craſſari hos affectus, quam æſtate Quoniam hyeme poris cutis conſtrictis, & vaſis ſanguineis compreſſis ſanguis magis vergit ad interiora ipſumque caput, ſegnius progreditur, & inſpiſſatur tempore vero vernali ſtatus plethoricus, uti ſemper infenſus ita maxime tunc temporis quoniam agiliori ætheris motu major ſanguinis expanſio liberiorem ejus circuitum impedit & varia mala acceſſit ob retardatam ſangninis circulationem.

§. 15. Affectus ſoporoſi ſua ſponte ſæpius ſolvuntur criticis evacuationibus, narium hæmorrhagiis, & ſudore largo.

§. 16. Lethargus ſi convulſiones accedunt, intra 24. horas homines interimit. Plura vide de prognoſi in *Ettm.* contracto p. 393. ubi de ſomno nimio.

§. 17. Indicationes curatoriæ ſunt ſequentes I. æger excitetur. II. ſanguinis, & ſeri copia a capite divertatur. III. Circulatio ſanguinis liberior per caput promoveatur. IV Influxus ſpirituum in ſenſoria & totum corpus procuretur.

§. 18. Conveniunt itaque fine excitandi ſpiritus volatiles penetrantiſſimi ☍ cephalicis, & antiſpasmodicis remediis acuati item liſteres carminativi vel etiam veſicatoria nuchæ applicanda, quæ ſi ullo in affectu certe in his laudabilem exſerunt effectum.

§. 19. ⊖ia volatilia ☍oſa omniaque calida ſpirituoſa uſu interno ſunt adhibenda, quoniam hi morbi plerumque a turgeſcentia copioſi & impuri ſanguinis proficiſcuntur, paroxyſmo autem remoto in auxilium vocanda quæ commendata fuerunt in capite de apoplexia & paralyſi.

§. 20. Fine præſervatorio abſtinendum eſt ab omnibus vaporoſis cereviſiis lupulatis amaricantibus fumo tabaci \S/ aere craſſiore ac humidiore, ira ♀e nimio frigore & ab iis omnibus quæ alvum adſtringunt, & craſſum feculentum ſanguinem reddunt.

§. 21. Si affectus comatoſus eſt ſymptoma febris inflammatoriæ podagricæ Eryſipelaceæ conferunt maxime diaphoretica in ſpecie ⊕ cum Camphora quæ blande aperiunt, febrile incendium extin-

extinguunt omnia autem Θia volatila & calida ♎-tuosa interne & externe nocentissima sunt, quoniam calorem febrilem augent.

§. 22. V. S. in plethoricis licet sint senes egregie confert.

§. 23. Extra paroxysmum arcanum duplicatum cum cinnabarinis mixtum item pilulæ cephalicæ, usus pediluviorum nec non abstinentia a cibo copioso, potu inebrieante, ira, a malo præservat.

§. 24. Perquam notatu dignum est in comate vigili maxime in debilitatis abstinendum esse ab omnibus stimulantibus purgantibus V S, omniaque perficienda esse analepticis, Ess. ambræ Emulsionibus ▽is confortantibus florum aromaticorum decocto succoladæ &c.

§. 25. In affectibus his omnibus extra paroxysmum infusa calida ex cephalicis v. g. Majorana fl. lav. anthos. ligno sandalo citrino cardamomo similibusque parata conveniunt.

CAPUT V.

De

Insominii turbulentis & Ephialte.

§. 1.

IN sommia sunt nihil aliud quam confusa repetitio idearum cerebri poris inscriptarum, quæ a mente tempore somni in sensorio communi spiritibus animalibus destituto, vel non sufficienter instructo rite judicari ac distingui non possunt. Talismodi insommia de rebus præsertim terribilibus molestis & ingratis omni nocte sæpius recurrentia, & terrorem injicientia dicuntur turbulenta, quoniam homines ceteroquin sanos sæpius mirum in modum debilitant atque consternunt. ita ut medici opem atque auxilium implorare necesse habeant.

§. 2. Ephialtes est nihil aliud quam insomnium profundius & turbulentum. Hoc morbo affecti imagniantur sibi hominem vel aliud pondus somni tempore incumbere supra corpus suffocationemque moliri, nec omni conatu, & nisu liberare se ab ista sarcina nec

nec vocem edere posse, licet utrumque vehementer intendant. Expergefacti insigniter totius corporis defatigatione & virium ex hac lucta lapsu conqueruntur.

§. 3. *Causa proxima* consistit in consensu idearum cerebri cum imagnatione originem trahente ab insufficiente vel denegato influxu spirituum animalium in sensorium commune.

§. 4. *Causæ occasionales* sunt variæ. Ex his se offerunt audita, vel visa talia horrida & ingrata præsertim insubjectis sensibilioris texturæ, item decubitus supra dorsum declivi præprimis capite, ex internis causis ansam facile præbent cruditates primarum viarum malumque Hypochondriacum aut nimia repletio ventriculi ab alimentis, item plethora vel sanguinis discrasia vel morbi graves imminentes, aut non rite curati. Videmus hac ratione cum anxietate quadam dormire quibus variolæ, morbilli, febresque imminent pavor item in somno perpetuus accidit lienosis, hypochondriacis, quemadmodum & pueris, quos tormina ventris vel etiam lumbrici frequenter vexant.

§. 5. *Diagnosis* horum affectuum vel ex ægri, vel etiam adstantium relatione haurienda. Prognosin autem quod concerint in se non periculosi sunt, interdum tamen morbos imminentes acutos & malignos prænunciare solent.

§. 6. In *Cura* præsertim Incubi ante omnia æger in paroxysmo constitutus excitandus vel compellatione aut tumultu circa lectum vel concussione corporis: quibus hic affectus statim tollitur, ut vero præservetur patiens a novo insultu causæ occasiones legitimis remediis sunt removendæ.

§. 7. Si ex auditis vel visis ingratis malum proveniat ante somnum capescendum relatione gratorum, vel cantilenis aut musica, aliæ inducendæ sunt ideæ, si decubitus supra dorsum ansam dederit decubitus supra alterurum latus emendabit malum.

§. 8. Si ex cœna largiore proveniat malum conducit abstinentia si cruditas ventriculi sive sanguinis discrasia acido-viscida malum producat, convenientibus remediis erunt corrigendæ.

§. 9. Si ex morbis imminentibus vel etiam præsentibus malum proveniat eo allaborandum ut præsentes tollantur vel immi-

nentium

mentium causæ investigentur, latensque sub herba anguis tempestive competentibus remediis suffocetur.

CAPUT. II.

De Agrypnia.

§. 1.

VItium soporosis affectibus contrarium circa somnum etiam occurrens non minus molestum, quam sæpius periculosum est, quod consistit in ejus defectu, diciturque *agrypnia*, quando nimirum *ægri nequaquam dormire possunt quamvis ab iis anxie expetatur somnus.*

§. 2. *Causa* hujus mali *proxima* est irregulari, & inordinatus motus spirituum animalium illorumque continuus influxus in sensuum motusque organa, dependens a defectu particularum ♀earum, vaporosarum nec non aquosarum ipsius massæ sanguinæ quibus tempore somni spiritus animales quasi inviscantur atque irretiuntur.

§. 3. Subjecta ad hunc affectum præ aliis disposita potissimum sunt melancholica item senilia in quibus propter naturalem defectum particularum vaporosarum & aquearum cerebri pori nimium aperiuntur, spiritibus quæ liberior commeatus conceditur.

§. 4. *Causæ* reliquæ *occasionales* sunt variæ. Quicquid enim spiritibus motum inordinatum introducit, vires dissipat, humidum blandum roscidum absumit, vel illud acre reddit pervigilium excitat.

§. 5. Frequentius huic malo occasionem præbent febres ardentes vel intermittentium æstus, nec non curæ, solicitudines, dolores, item humores discrasia inprimis acri & viscida peccantes, nimia repletio ventriculi circa tempus nocturnum, inedia, defectus in potu &c.

§. 6 A quacunque causa agrypnia oriatur semper tamen si longius protrahatur delirium parit, quamquam & vice versa sæpius delirium agrypniæ sit genitor.

§. 7. *Cura* requirit *Hypnotica* præprimis *anodyna*, qualia sunt *crocus cum opio* quocunque modo præparato ac probe correcto, item *aquea anodynis* mixta v. g. Emulsiones ex *semine papaveris*, *seminibus IV. frig. maj. amygd. d. &c.*

§. 8. Si vero agrypnia est symptomatica, febribus malignis supervenies cum opiatis cautissime mercandum.

§. 9. De cetero cura semper adversus causas occasionales dirigenda: Hinc nunc magis refrigerantia, nunc diluentia, nunc delirium compescentia, nunc diaphoretica, nunc alia simul in usum trahenda.

§. 10. In vigiliis senum non tam anodyna quam confortantia conveniunt v. g. vinum generosum moderate sumtum, aliaque analeptica, ut hac ratione simul promoveatur laudabilis ventriculi digestio.

CAPUT VII.

De

Delirio illiusque speciebus.

§. 1.

DElirium est nihil aliud quam *mentis alienatio sive perversa ratio in cogitatis & dictis.*

§. 2. Delirium aliud est *cum febre* aliud *sine febre*: quod absque febre contingit iterum dividitur in maniacum seu furibundum & melancholicum sive triste. Hujus variæ sunt species, quæ etiam pro causarum differentia diversa sortiuntur nomina *Melancholiæ Hypochondriacæ, Hydrophobiæ, lycandropiæ, Tarantismi, choreæ S. Viti, amoris insani, furoris uterini &c.*

§. 3. *Causa proxima* horum affectuum est spirituum animalium inordinatus confusus & irregularis motus: quando enim spiritus quibus anima in functionibus suis ceu instrumento utitur non bene sese habent, & vel nimis crassi fixi & immobiles sunt, vel nimis mobiles activi & impetuosi, accidit tunc ut mens non rite dijudicare possit ideas per ♎ illatas, sive in ♎ hoc radicatas & tunc dicitur furor

ror atque perversa imaginatio a directorio rationis aliena, & ab Helmontio delirium non male dicitur insomnium vigilantium.

§. 4. *Causæ procatarcticæ* admodum inter se differunt, delirium febre conjunctum oritur plerumque ex nimio æstu febrium ardentium malignarum, nec non febrium inflammatoriarum & intermittentium tertianarum, quo spiritus in rapidissimum irregularem motum conjiciuntur.

§. 5. Delirium maniacum plerumque affectus est hæreditarius, ita ut Hypochondriaci vel melancholia Hypochondriaca laborantes parentes liberos progignant non modo ad hos morbos, sed & ad furorem proclives.

§. 6. Delirium melancholicum pro fundamento agnoscit sanguinem crassum densum terrestrem, qui spiritus crassos immobiles ad sapientiam inidoneos producit. Hæc sanguinis qualitas si excessiva est melancholia oboritur, quæ fundamentum est maniæ. Quando enim ægri melancholici incidunt in furorem, & verociam dicitur mania: accidit hoc quando sanguis & ♌ crassi ac densi in vehementissimum motum conjiciuntur, adeoque sicuti corpus mole crassum introducta ipsi celeritate motus maximam movendi potentiam habet, ita etiam spiritus crassi conjecti in celerrimum motum in genere nervoso, ac musculoso exercent admirabilem potentiam efficaciamque, observamus autem quod maniacos concernit, ipsos intervalla sua habere melancholica, omnemque furorem remittere.

§. 7. Subjecta ad Maniam proclivia item ad Melancholiam plerumque solent esse Melancholica vel Melancholico-cholerica, habitus corporis strictioris, venas latiores possidentia, præsertim si nata fuerunt ex parentibus hoc malo laborantibus.

§. 8. Ratione sexus hoc malo frequentius corripiuntur viri quam fœminæ, diuturno mœrore, tristitia, animique angore confecti, ebrietati indulgentes & opiatis abutentes.

§. 9. Porro obnoxii sunt huic malo hypochondriaci. In Hypochondriis enim plerumque deliriorum focus consistit, & si levis hæreditaria accedit dispositio malum facile in promptu est.

§. 10. Evacuationes sanguinis ordinariæ suppressæ valde disponunt ad affectum melancholicum, vel etiam maniacum præser-

tim in iis, qui ſanguine craſſo ac feculento ſunt præditi, & obſtructiones hepatis, atque lienis fovent.

§. 11. Nihil magis furorem conciliare aptum eſt, quam diuturna ſeminis ſtagnatio, ſive retentio præſertim in iis, qui diſpoſiti ad melancholiam & nativa quadam labe in actionibus animalibus laborant.

§. 12. Æſtate, & tempore calidiore præſertim diebus canicularibus ſemper deliria creſcunt.

§. 13. Amor inſanus in viris & furor uterinus in fœminis oritur plerumque ex laſcivia & coeundi deſiderio, cumque libidinem iſtam explere neſciant, triſtes hinc ac inquieti redduntur, donec paulatim ſuperveniat mentis alienatio, ad melancholiam vel maniam proxime accedens. Sæpius etiam in hiſce morbis accuſantur philtra: qua de re legi meretur *Rafferi diſp. inauguralis de philtrorum agendi modo & noxis Aldorffi habita* 1701.

§. 14. Rabies dicitur *quanda quis furore corripitur a cane rabido, lupo, vulpe, fele, ſimilive bruto aut m. tarandulis demorſo* & ſaltim in eo ſecedit a mania quod pro more canum rabioſorum aquam plerumque horreant, unde nonen *Hydrophobiæ*, aut aliis modis imitentur bruta, latratu, morſu, ſaltatu &c. unde *Lycandropiæ* atque *Tarantiſmi* nomen.

§. 15. Quando absque morſu Tarandulæ ſimile ſaltandi deſiderium ex amentia notatur dicitur *chorea S. Viti*. Vid. *Sen. pract. lib. I. part. 2. cap. 17. de Tarandatis & chorea S. Viti.*

§. 16. Cognoſcitur delirium ex loquela inepta, & operationibus ægrotantium. Quandocunque enim ægrotantes febribus correpti, omnia inepte agunt, abſurde loquuntur, & quaſi inter vigilandum inſomniare videntur, delirare dicuntur.

§. 17. Maniæ pathagnomonicum ſignum ſolet eſſe furor absque febre, inſigniter enim furioſi ſunt maniaci audacesque cum incredibili robore, tolerant præterea frigus, & famem ita ut quandoque abſtineant ab omni cibo; qandoque vero ſumma cum aviditate immenſum quantum ingurgitent.

§. 18. Melancholia cognoſcitur ex triſtitia & metu absque evidente cauſa, præterea ægrotantes taciturni & moroſi ſunt, hominum conſortia fugiunt, ſolitudinem amant, ſuſpicaces fiunt, ſæpius

pius præter solitum inediam tolerant in, nonnullis inediæ tolerantia tam pertinax est, ut fame mori malint, quam comedere & vivere.

§. 19. Melancholiæ varii sunt *gradus*. *Initium* fere exiguum est & imperceptibile v. g. ubi quis temperaturæ melancholicæ amat nimiam solitudinem atque silentium, valde mœstus est citra causam singularem, & tunc tempestivum est curationem aggredi. *Major* est *gradus* si vigiliæ oriuntur vel ad minimum somnus valde interruptus, insomnia sentiunt terrifica & turbulenta, faciei color perit, ingenti pavore trepidant suspicaces sunt: *pessimus gradus* est si oculi sunt stupidi, fixi, mirandos quandoque motus oculorum bulbo perficiunt, summas sentiunt anxietates & angustias, continuum angorem, mœstitiam, vitæ tædium habent, mortem optant, desperant de gratia divina, circa certam rem deliram fovent phantasiam, circa vestitum & res externas sunt negligentissimi, somni fere nullius, interdum etiam conqueruntur de visione spectrorum.

§. 20. Reliquæ deliriorum species facile cognoscuntur si inquiramus in causas. In amore insano vel furore uterino lascivia & coeundi desiderium conjungitur. Si filtrum in causa ipsi ægri de eo conqueruntur. Si delirium a morsu canis rabidi metus aquarum conjungitur &c.

§. 21. Delirium cum febribus conjunctum semper admodum periculosum existere solet. Solvitur tamen sæpius post exanthematum eruptionem: quando vero præsentibus exanthematibus non solvitur pessimus est status.

§. 22. Mania si est inveterata, nec non ex dispositione hereditaria oritur omnis fere curationis spes exspirat: quando autem recens est ab ira, ebrietate, narcoticis assumtis, tunc facilius suscipit sanationem.

§. 23. Maniacis non facile fidendum est, nisi inrervalla habeant, & furor absit. Subito enim & uno interdum momento iterum accenduntur, & malum revertitur.

§. 24. Maniaci quando incipiunt sentire frigus, & somnum capiunt bonum est signum: E contra si omni somno orbati sunt & frigus non sentiunt contumax arguit malum.

§. 25. Ratione vitæ mania periculosus affectus non est. Dantur

tur enim exempla ubi mania a XX. anno incipiens ad LXX. duraverit, & quo ad reliqua homo incolumis fuerit.

§. 26. Melancholia recens si non ex hereditaria dispositione facile curatur: inveterata vero & hereditaria admodum rebellis est.

§. 27. Quando focus Melancholiæ est in Hypochondriis, & juventuti accedit etiam facilius tollitur.

§. 28. Quando in morbo melancholico purgantibus excitari potest Diarrhæa, sive copiosæ sedes provocari reconvalescentiæ spes appropinquat.

§. 29. In rabie quo plus sanguinis e vulnere effluxerit eo minus de rabie metuendum, quo citius consolidetur eo magis: plerumque enim intra 2. vel 3. dies moriuntur.

§. 30. *Curam* quod attinet *delirium cum febre conjunctum* facile tollitur vel præcavetur V. S. mature instituta & *Bezoardicis refrigerantibus* tam internis, quam externis: omnibus vero palmam facile præripit ⦶ *cum camphora.* Externe applicari possunt Epithemata ex 🜄 camph. vel amygd amaris &c. Si res urgeat tandem ad *vesicatoria* brachiis applicanda deveniendum.

§. 31. In *Mania*, ipsique affinibus morbis *indicationes* primariæ sunt *placitum sanguini motum per cerebrum conciliare, & sequestrationem particularum ♀earum 🜄eo elasticarum in cerebri meditullio prohibere* tandemque *mali originem ex hypochondriis vel aliis partibus removere.*

§. 32. Commendatur itaque V. S. largior in utroque pede vel in asuetis *hæmorrhoidum apertio*, præsertim si turnentes sint. Constat enim observatione practica malum recens unica larga V. S. sublatum fuisse.

§. 33. Interrne egregie spirituum impetuosum motum coercet ⦶ cum Camphora v. g.

Rec. ⦶ *purifi c.* ℨij.
Sach. ♄ *gr. XV*
Camph. gr. XII.

M. f. pulvis dividatur in VI. doses d. s. Pulver Abends und Morgens zu geben.

§. 34. Egregiam quoque locant operam pediluvia ex herbis anody-

anodynis foliis salicis nymph. floribus papaveris & ⊕ præparata item sequens linimentum.

Rec. ℴℴ *Hyosc.* ℥ß.
Ling. Rhod. ℥ß.
Camp. ʒj.
Zibeth. ℈j.

Quo inungantur tempora & nucha cum collo. Nonnulli raso capiti calide applicare solent hepar, vel pulmones vituli.

§. 35. Extra paroxysmum cura non aliter instituenda quam in Melancholia Hypochondriaca per *acidulas, ♂tialia, purgantia, & vomitoria.* Ex purgantibus simplex optimum est & sine pari ipse *Helleborus niger*, qui specificus hoc in morbo existit, potest sumi vel in *infuso*, vel in *decocto*, aut in *extracto forma pilulari.*

§. 36. In *Melancholia procuranda est sanguinis fluiditas, & ♎tuascentia*, non vi sed blandissime præmissis itaque V.S. vomitoriis, vel purgantib⁹ omnium optime sanguinem fluxilem reddunt subtilisant & viscera infarcta aperiunt *♂tialia accidulæ serum lactis ⊕osa, arcanum duplicatum ⊕tinctum*, item ⊖*ia volatilia* ℴℴ*osa E. E. croci, Moschi, Ambræ.*

§. 37. In *rabie vulnus* ante omnia *amplius reddendum, ut sanguis effluat*: interne vero *expellentia & sedativa* adhibenda, si metus aquarum conjunctus commendatur immersio in aquas ut contraria inducatur idea.

§. 38. Si *amor insanus* ex coeundi desiderio *matrimonium instituendum.*

§. 39. In Tarantismo & choræa S. Viti saltandi desiderium non inconvenienter expletur per saltus aliquandiu continuatos ad sudorem usque.

§. 40. In Mania ⊖ia volatilia, cephalica calida, & oleosa præsente affectu omni studio sunt vitanda.

§. 41. Opiata cautissime danda, quia experientia teste, delirium ordinario adaugent, balnea autem ex anodynis parata, nec non unguenta potius ex usu esse possunt.

§. 42. Emetica in principio egregium quoque solamen afferunt,

runt præsertim si ex filtris vel Solani fructibus malum fuerit sub- ortum.

§. 43 Lacticinia præmissis absorbentibus mitigare furores egregie solent. Hinc lac inter cibos sæpius dari debet.

§. 44. Quia alvus sæpius adstricta est, nequaqam illa movenda est siccis calidis & acribus remediis; sed potius emollientia lubricantia laxantia danda parata ex *prunis*, *passulis manna Tamarindis & foliis Senn. s. st.*

§. 45. Mercurialia rite correcta per miscelam auri vel ☿ialis cujusdam ♀ fixi, sive hujus loco cinnabaris ♃ in s. q. administrata aperiendo obstructiones veteres heroica sunt medicina.

§. 46. Si ex retentione seminis ortus fuerit morbus præter ⌽osa & camphorata Tra antiphtisica Gramanni opem fert egregiam.

§. 47. Quod regimen vitæ vel diætam attinet commendatissima hic sint omnia quæ humectant, sanguinem tenuem ac fluxilem reddunt, nimirum infusa herbarum, serum lactis, juscula carnium, & cibi laudabiles bonum chylum præbentes, aer serenus, purus & temperatus motusqne corporis æquabilis non adeo vehemens.

§. 48. In Mania acidulæ *succus citri*, *fructus acidi*, *berberes cerasa*, herbæ refrigerantes, *lactuca Endivia*, ex usu sint. Ita quoque balnea humectantia ex aqua dulci herbis paregoricis, ⌽o, floribusque rosarum parata semper sunt utilissima.

§. 49. Abstinendum ab omnibus leguminosis, cibis crassis ⊖sis, potibus sprituosis inebriantibus, omnibus vaporosis opiatis nimiis curis & a quacunque mentis fatigatione. Commendandæ sunt conversationes, lusus joci & quæcunque corpus ac animum delectant.

SECTIO

SECTIO II.

De Doloribus.

CAPUT. I.

De Doloribus in genere.

§. 1.

DOlor est nihil aliud quam *tristis sensatio sive molesta mentis affectio cui occasionem præbent inordinatæ commotiones spirituum animalium in fibrillis nerveis aut tendinosis membranarum partes corporis cingentium.* Perpetua enim regula est ex *certa motione sanguinis atque spirituum nasci certas cogitationes* inclinationes, sensationes & vice versa *ex certo, ac determinato* motu animi nasci in corpore peculiares sæpiusque inordinatas spirituum atque humorum vitalium commotiones.

§. 2. Ratio itaque formalis doloris maxime consistit in inordinato atque impetuoso spirituum motu, qui primum suscitatur in membranis nerveis ac tendinosis, postea autem ad fibras motrices musculosas partium confines pertransit, in quibus molestam crispaturam atque constrictionem, quam medici spasmum dicunt producit. Sensus enim juxta generalem regulam in pathologicis probe observandam semper antecedit ipsum motum h. e. in ipsis nervis atque nervosis membranis primum contingit irritatio, atque commotio spirituum sive sensatio postmodum ipsi irregulanter moti in musculosis partibus suam motus exercere solent potentiam.

§. 3. Subjectum primario affectum sunt spiritus sc. simplicissimum subtilissimum fluidum celerimæ atque efficacissimæ motionis. Hinc facillime alios extrinsecos motus recipere, illosque propagare possunt.

§. 4. Subjectum inhæsionis sunt ipsæ partes membranaceæ tendinosæ sive crassiores, & nerveæ sive subtiliores. Ita enim partes per se non sentiunt, sed saltim membranæ compositæ ex fibrillis nerveis ac tendinosis sensu adeoque dolore præditæ sunt: quo copio-

sioribus itaque membranis maxime nerveis sensilibus gaudent, eo exquisitiori pollent sensu, & contra quæ partes privatæ sunt talismodi membranis in illis obtusior vel plane nullus percipitur sensus.

§. 5. Quo magis ipsæ membranæ tensæ sunt & turgent spiritu animali, eo facilius recipiunt ab externo objecto motionem inductam peregrinam, sive eo acutioris sunt sensus. Ita qui temperaturæ sunt cholericæ sanguineæ sensibiliores ordinarie & activioris perceptionis sunt quam phlegmatici & melancholici ubi fibræ membranaceæ magis relaxatæ & flaccidæ sunt.

§. 6. Omnes dolores spasmodici quoddam in se continent. Ubicunque enim dolor partem occupat, ibi ordinario ipsa pars caret legitima sanguinis circulatione nec non transspiratione. Pori enim cutis constricti impediunt quo minus aliquid humoris exeat.

§. 7. Tumor itaque continuus fere dolorum comes esse solet maxime in declinatione indicio, sanguinem & humores non bene circulari per partem affectam ob contractionem spasmodicam.

§. 8. Præterea ubi dolor ibi utplurimum in ipso statu venæ disparent vel minores fiunt. Externus habitus partis detumescit, asper ac rigidus evadit. Tandem in declinatione, rubore, ac tumore cum majori venarum prominentia perfunditur: quod remittentis mali signum esse solet.

§. 9. Ante omnia ex gravi dolore oriri solet febris, quæ fere individuus comes sævioris doloris, maxime qui articulos exercere solet, & quo major dolor eo vehementior esse solet febris.

§. 10. Constat porro observatione symptomata antea recensita ac suscitata a doloris sævitia ipso sedato protinus exspirare, & evanescere.

§. 11. *Causa mediata* spiritus animales in motum inordinatum conjiciens, sive tristem sensationem efficiens consistit in humorum perversa qualitate vel etiam in illorum quantitate ac mole.

§. 12. A copia & quantitate humorum distendente gravativus sive contusivus dolor suscitari solet propter membranaceas fibras nimium distentas.

§. 13. Qualitas humorum in specie acris corrosiva effectum parit lancinatorium & irritatorium, unde m. ab aciebus & spiculis insultantibus in pororum fibrillis excitatur itendidem dolor lancinatorius

torius, quod manifesto apparet ex spina quadam partibus membranosis infixa vel ex ictu vespæ, apis, aut alia punctura violenta membranæ nervosæ a causa externa, idem fit a ⊖ium aculeis in sero impuro contentis & postmodum extricatis, unde dolor plerumque fit a ⊖e hostili & peregrino.

§. 14. Quo magis itaque ⊖ illud est volatile, subtile atque 🜁eum, vel magis fixum crassum 🜃eum, ita etiam dolor excitatur vel magis volatilis, vagus aut fixus aut durabilis, vel etiam si ⊖ est magis extricatum & acutum sive acre dolores magis producit pungitivos & acutos; si vero terreis partibus immersum est atque intricatum obtusos maxime etiam generat dolores.

§. 15. *Indicationes* primariæ sunt dolores præsertim si sint vehementes, viresque dejiciant, ac periculosa *symptomata inducant, quantocius demulcere, deinde causam ipsius doloris procatarcticam removere.*

§. 16. *Primam indicationem* adimplent anodyna & si fieri potest naturæ nostræ semper amica, cujus generis sunt *aqua destillata florum tiliæ Pæoniæ papav. rhead. lil. convall. prim. ver. sambuci &c.* quæ 🜁ea sua indole spiritus in impetu suo sistunt, & largiorem influxum impediunt,

§. 17. Si vehementior dolor est deveniendum ad opiata correcta tamen, qualia sunt *diascordium Fracastorii, Theriaca cœlestis, pilulæ Wideganji anglicanæ, Math. Laud. liquid. Sydenhamii* & ejusdem generis, quæ vel sola, vel quod præstantius est cum talibus remixta quæ causam morbificam respiciunt, propinari possunt.

§. 18. Quæ *secundæ indicationi* satisfaciunt sunt diversissima, si enim e plethora dolor nascitur *sanguis est mittendus*, si prima in regione minera mali residet *alvus eluenda vel emetico ventriculus expurgandus.*

§. 19. Si in ipsa sanguinis, & lymphæ massa ⊖ia dolorifica accumulata fuerint non tantum diaphoretica blandiora; sed & diluentia aquea *infusum Theæ, Veronicæ, decocta temperata lignorum*, item ex herbis, e mollientibus composita & liberalius hausta optatum conficient negotium.

§. 20. Si ex coagulo vel visciditate lymphæ malum oritur, & fundatur in invetera emunctoriorum ac tubulorum glandulosorum obstructione potentiora in usum vocanda ex minerali potissimum re-

gno desumta, qualia sunt *Cinnabarina ☿ialia* & *♁ialia* v. g. ♁⊖ ♁*ij. vel nativa, æthiops mineralis ☿ dulcis diaphoreticus ☉laris, regulus ♁ medicinalis cerussa ♁ Tra ♁ varii generis*, quæ vel sola vel cum aliis maxime anodynis permixta adhiberi possunt.

§. 21. In omni dolore alvus debet esse aperta sive per clysteres sive lenientia. Ad sensum enim dolores remittunt de sua vehementia si alvus respondeat.

§. 22. Quo ad diætam abstinendum est ab omnibus acribus calidis aromaticis volatilibus, vinosis acidis ⊖sis alimentis & medicamentis, item ab omni animi corporisque motu fortiori & copioso victu.

§. 23. Semper tutius est procedere ab anodynis debilioribus, & magis antispasmodicis naturæ amicis ad vehementiora narcotica & stupefacientia.

§. 34. Semper securius est magis per externa, si fieri potest, sistere dolores quam per interna.

§. 25. Si indicantur opiata vel narcotica optimum consilium practicum est jungere ipsis vel ⊖ia volatilia, aut sudorifera, vel etiam purgantia aut cinnabarina ☿ialia, confortantia calida, ut hac ratione torpor somnoleantia nimia, vertigo, dolor capitis gravativus, alvi contumax adstrictio, & major mineræ morbificæ in partes affectas congestio avertatur, quæ symptomata alioquin insequi solent immoderatum & intempestivum opiatorum usum.

§. 26. Anodyna semper meliori cum effectu dantur humectantibus soluta, item circa tempus somni ordinarium.

§. 27. Illud quoque meretur attentionem nunquam ex toto & vi ipsos dolores penitus dissipandos atque delendos esse, cum hac ratione ipsos quoque materiæ motus sistamus, qui tamen eo propemodum fine instituuntur, ut causa morbifica tali motu partim corrigatur, partim expellatur, quapropter melius semper est, nisi urgeat dolorum vehementia, causam doloris aggredi convenientibus remediis, quam causa neglecta dolorem ceu productum tantummodo sanare.

CA-

CAPUT II.

De

Cephalalgia.

§. 1.

CEphalalgia est *dolor membranarum capitis externe præcipue cranium investientium, vel etiam interne cerebrum cingentium, excitatus vel a nimia humorum congestione & subsequente distensione, vel a punctione & irritatione humorum qualitate peregrina plus minus acri imbutorum.*

§. 2. Cephalalgiæ variæ sunt species, quando totum caput dolore citius transiente affligitur κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur *cephalalgia* : quando vero malum chronicum est dicitur *cephalæa*, quando dimidia capitis pars afficitur dicitur *Hemicrania*, quando in certo saltim capitis loco, eoque minore dolor fixus observatur dicitur *Clavus*.

§. 3. Cephalalgia variis modis distinguitur. Alia enim dicitur *calida*, alia *frigida*, alia *idio pathica* alia *symptomatica*, alia *constans*, alia *periodica &c.*

§. 4. Subjectum sive pars affecta doloris capitis plerumque saltim est pericranium, rarius dura mater : id quod ipso tactu cognosci potest, quo dolor augeri solet. Hocipsum etiam exinde probatur quod externa remedia tam vesicatoria quam cataplasmata vesicantia, aliaque topica ordinario in capitis dolore mitigantia sint, cum si interne dolor esset, propter cranii crassitiem, atque duritiem ad locum affectum vix penetrare posset remediorum efficacia : id quod plerumque locum habet in Cephalalgia idiopathica.

§. 5. In dolore capitis symptomatico, & qui morbis acutis complicatur, stagnatio sanguinis & fibrillarum nervearum distensio tam intra, quam extra cranium in causa est.

§. 6. *Causæ occasionales* sunt variæ vulgariter distinguitur in *calidam*, & *frigidam*. Calida est quando copiosus sanguis ♀eus ad membranas capitis, majori impetu tendit, ubi minus commode progredi & circulare potest, quare ibidem propter impeditiorem motum vasa distendit, & subjacentes membranas tensiles tendit atque comprimit.

§. 7. A causa frigida dicitur oriri si sanguis crassus terreis, atque viscosis partibus onustus in vasis capitis accumulatus non prompte circulatur; sed mole sua distensionem & compressionem membranarum producit.

§. 8. Cephalalgia a causa calida familiaris esse solet subjectis juvenilibus, sanguineis, cholericis, a frigidis senibus, pituitosis. cachecticis.

§. 9. *Causa* cephalalgiæ vel calidæ, vel pituitosæ plerumque esse solet spasmus etiam in remotis abdominis partibus consistens, quo circa hypochondriaci hystericæ,& quibus alvus firmiter constricta est, item qui ex dolore colico vel Arthritico graviori decumbunt frequentius patiuntur cephalalgias: ita porro frequentius conjunguntur febribus intermittentibus maxime quartanis,non aliam ob rationem, quam quod externæ cutis partes spasmodice constrictæ cogant & repellant sanguinem ad vasa interiora, qui accumulatus partim in vasis majoribus circa cor & pulmones anxietates summas præcordiales parit, partim in capitis vasis nimis congestus cephalalgias atque vigilias ordinario producere solet; idem accidit in febribus ardentibus continuis & malignis, quæ ex miasmate quodam sive contagio virulento caustico acri-♃eo ortum suum ducunt: quo irritatæ partes corporis spasmoq; constrictæ hinc inde sanguinem fortius impellunt, & partim anxietates circa præcordia, partim graves dolores in capite producunt, adeoque Variolis Morbillis, febribus pleuriticis, scorbuticis, petechialibus, purpuratis, morbo Hungarico, complicari solent frequentissime cephalalgiæ.

§. 10. *Signa* cephalalgiæ a *causa calida* sunt, si æstate, juvenili ætate & in temperamentis sanguineis, vel cholericis victu calido spirituoso utentibus malum contingit. Si vasa capitis simul turgent, genæ rubent, & ipsum caput inflatum est, vasaque sanguinea vehementius pulsant.

§. 11. *A causa frigida* oritur malum, si in senibus pituitosis & melancholicis subjectis, victu crasso utentibus, & vitæ sedentariæ indulgentibus dolor capitis contingit, præsertim quando simul est gravativus, contusivus, diu durans, item instar glaciei frigidus cum pallore, vel tetro faciei colore, subsidentia musculosæ carnis, detumescentia vasorum.

§. 12.

§. 12. Dolor capitis a causa calida in morbis acutis si non dissipari potest facile phrenitidem producit: a causa vero frigida pertinax dolor facile excitat affectus soporosos & morbos convulsivos.

§. 13. Periodicus dolor periculo ut plurimum vacat, valde autem caput debilitat, & functiones animæ imminuit, ac pervertit.

§. 14. Ordinario dolor qui est a rosione diutius permanet & pertinacior est, quam qui a distensione.

§. 15. In subjectis sanguineis dolor capitis solvitur per spontaneam narium Hænorrhagiam, in pituitosis muci vel quæ per nares effusio sæpius malum removet.

§. 16. *Cura* differt pro diversitate *causarum*. Si *sanguinis copia* in causa est, convenit V. S. Si ⊖*ia biliosa*, ♁*ea* in febribus causam Cephalalgiæ suppeditant non prius illa desinit, nisi materia peccans correcta & secreta fuerit. Si *viscidum acidum*, vel alterius generis irritantis principium ⊖inum ex Hypochondriorum vitio, aut viscerum obstructione, quod frequentius fit in chronicis cephalalgiis ansam suggerit antihypochondriaca, deobstruentia, laxantia, ad curam summe sunt necessaria. Si ex lue ♀ea, vel scorbuto inveterato dolor nascitur vix tollendus est, nisi ☿*ialibus* vel specificis anti scorbuticis, gummatibus & lignorum decoctis adhibitis: externe vero sequens cataplasma commendatur.

Rec. ✠ *ros.*
∇ *Ros. aa.* ℥j.
◑ ʒij.
Camph. ʒj.
°₀ *lign. Rhod.* ʒ ß.
Opii ℈ ß.

Quod tepide frequentius capiti, atque temporibus applicari poterit. Nonnulli emplastra temporibus applicari solent v. g.

Rec. °₀ *N. M. expr.* ʒij.
Opii in ✠ *Ros. solut.*
Croc.
Camphor. aa. gr. viij.

Bals.

Balſ. peruv. ℈j.
°o *ligni Rhod. gtt. X.*

M. f. l. a. Emplaſtra 2. in forma thaleri.

§. 17. In Cephalalgia frigida externe ſequentia adhibenda.

Rec. *Balſam. vit. Hoff* ℥j.
∽☉✳ ʒj.
M.

Hæc mixtura & capiti infundi, naribus attrahi, & fronti frequentius applicari poteſt.

§. 18. Quando cephalalgia contumax a coagulo lymphæ tenaci atque acri ſicuti accidit in lue ♀ea & ſcorbuto ſic dicto frigido in pericranio ſubſiſtente oritur, ☿ialia externe applicata egregie mitigant dolores v. g. Empl. *Vigonis c.* ☿. mixtum cum *Balſamo Peruviano* & *Camphora* raſo capiti applicari poteſt.

§. 19. Clavo vel Hemicirania quæ m. pro cauſa agnoſcit humorem viſcidum ſtagnantem, externe applicari poſſunt liquores penetrantes, diſſipantes, atque roborantes v. g.

Rec. *E. E. Succin.*
Caſtor.
∽☉✳ *Vinoſ. aa.* ℥j.
Camph. ʒj.
Balſam. peruv. ℈j.
Opii ℈ß.
°o *Mac. gtt. X.*
M.

Quæ mixtura calide parti dolenti ſæpius applicari poteſt: quando vero malum pertinax topicis cedere renuit, ad veſicatoria, vel ſetacea nuchæ applicanda confugiendum erit.

§. 20. Si ex ebrietate Cephalalgia provenit tunc ſudoriferum temperatum adhibendum erit v. g. *infuſum herbæ Theæ Veronicæ* cum regimine blando diaphoretico.

§. 21. Pediluvia in omni cephalalgia niſi adſint contra indicancantia egregie malum alleviare ſolent.

§. 22.

§. 22. In Cephalalgia, quæ morbis acutis conjungitur cautissime mercandum est cum opiatis internis, utpote hæc ipsa quamvis dolorem mitigent, causam febris sive malignitatis augent, & gravius malum producunt.

§. 23. In Cephalalgia a causa frigida longe magis ab internis opiatis abstinendum est, quoniam humores magis inspissare solent.

§. 24. Nunquam anodyna vel opiata in Cephalalgia adhibenda nisi mixta cum diaphoreticis Dosis, & alvus semper sit aperta.

§. 25. ♎tuosa, & volatilia externe oblata non omnibus conveniunt præsertim si sint sanguinea subjecta, suaveolentia autem literatis, caput debile & nervos imbecilles habentibus magis nocent & dolores augent.

§. 26. A cataplasmatibus quæ humida recipiunt, & actu frigida sunt in illa Cephalalgia cavendum, quæ conjunctam habet quandam excretionem ex cutis poris v. g. in variolis, morbillis, purpura, petechiis.

§. 27. In pituitosa vitanda sunt omnia calida sanguinem nimis volatilisantia, sudorifera fortiora, & balnea. Hæc ipsa enim facile inducunt affectus soporosos lethargicos & paralyticos.

§. 28. V. S. in cephalalgia periodica, pituitosa, hypochondriaca rarius est usurpanda: præservat tamen a certis affectibus soporosis si subjecta sunt sanguinea & plethorica.

§. 29 *Setacea* item *vesicatoria* capiti raso applicata tunc proficiunt, quando humor acris rodens, & dolor fixus in lue ♀ea affectis, vel scurbuticis in certa capitis parte hæret. Hæc enim remedia sæpius majores cruciatus inferunt, quam auxilium.

§. 30. *Cucuphæ* non omnibus conveniunt præsertim in paroxysmo: Extra illum tamen caput roborando in certis individuis præservant a Cephalalgia.

CAPUT. III.

De Otalgia.

§. 1.

OTalgia est *dolor aurium acerbissimus in membrana tendinoso-nervosa meatum auditorium investiente excitatus, atque gravissimis sæpe symptomatibus stipatus, ita* ut illo correpti frequenti experientia teste non raro in vitæ discrimine versentur.

§. 2. Symptomata quæ frequentius conjunguntur sunt anxietas præcordiorum summa, vigiliæ, calor præternaturalis sine febri acuta, inflammatio meningum, delirium, sensuum internorum insimulque loquelæ defectus, convulsivi motus &c.

§. 3. Oritur hic affectus vel *a causa externa vel interna. Externa causa* est nucleus vel phaseolus, vel pisum, vel lapis, auri intrusus, quale quid distendendo sensationem molestissimam excitat, & consequenter ♎-tuum affluxum, spasmum sanguinisque congestionem & inflammationem, unde dolor ille incrementa sumit, efficit, non raro a vermibus, musca, pulice &c. excitatur vel etiam ab aere frigido.

§. 2. *Causa interna* est sanguinis vel seri stasis inflammatoria, quando acre vel ⊖sum est & motu critico ex aliis partibus ad glandulas meatus auditorii, vasaque sanguinea defertur, ubi postmodum stagnat, tumorem, distensionem atque dolorem atrocissimum producit.

§. 5. Otalgia frequentius corripit illos, qui Erysipelate capitis vel Hemicrania periodica laborant, vel quibus Hæmorrhagiæ e naribus antea solennes supprimuntur, in primis autem subjecta scorbutica Hypochondriaca, alvo adstricta laborantia, motibus spasmodicis obnoxia, & quibus facile & mox partes extremæ frigesiunt sub tempestate Boreali frigida & hyemali.

§. 6. Si dolor nimis gravis est in illis, qui syncoptici sunt facile syncopen accersit, vel etiam in dispositis convulsiones, insomnia terribillia & anxiatates maximas cum totius capitis stupore.

§. 7.

§. 7. Si non provide diſcutitur ſtagnans materia degenerat in abſceſſum: hic autem in ulcus diuturnum fœtidum, auditum penitus extinguens, ſi negligatur in principio.

§. 8. *Indicationes curatoriæ* conſiſtunt in eo ut *dolor acerbus componatur, ſtagnatio tenſiva humorum diſcutientibus, & reſolventibus* tam internis quam externis *tollatur*, ac denique *abſceſſus* ſi adeſt, vel ulcus *convenienter tractetur.*

§. 9. Interna itaque remedia *primæ atque ſecundæ indicationi* ſatisfacientia ſunt anodyna antiſpasmodica diſcutientia atque refrigerantia v. g.

Rec. ⦶ *Purif.* ℥j
Cinnab. nat. ℈j
Camph. gr. vj
EE. anod. gutt. vj.
M. f. p. div. in III. doſes.

de quo ſingulis 3. horis ſumatur una doſis.

Rec. Extr. panchym. Croll.
Diagr. ♁ *ati.*
⊖ *ſuccini.*
☿ *d. aa.* ℈ß.
MP. de cynogloſſ. l.
Pil. Matth. gr. VIII.
M. f. pil. no XIV. vel. XX. ex ℈j.

circa noctem ſumendæ.

§. 10. Si dolor ortus fuerit ab illapſu, ſive intruſione rei cujusdam duræ aſperæ in aurem, provide & blande tale quid eximendum & abſtinendum ab omni violentia, alias malum exacerbatur & in infantibus facile exinde naſcitur Epilepſia.

§. 11. Externe fine diſcutiendi atque anodyno ſequens linimentum calide affectæ, & vicinis partibus applicandum.

Rec. ▽ *Anhalt. l.*
♌ *Horm. Ind.* ℥ß.
Camph.
☍ *N. M.*

EE. croc.
Castor. aa ℥j.
Opij ℥ß.
M.

§. 12. Si purulenta materia effluit cavendum ab omnibus °° osis, nec non acribus & tantum balsamica, nervis amica ulteriori corruptioni & cariei resistentia sunt applicanda, quem in finem *Ess. succini Myrrh. balsam. peruv.* invicem mixta, & cum Gossypio indita laudem merentur.

§. 13. In plethoricis primo omnium secetur vena, vel in dispositis Hæmorrhoides aperiantur per hirudines.

§. 14. Pediluvia, & si alvus obstructa clysteres adhibendi, ad divertendam sanguinis congestionem circa caput.

§. 15. Opiata in majori dosi cautissime sunt exhibenda, quia insomnia terribilia, anxietates summas, tremores præsertim in adultis excitant, & epilepsiæ metum inferunt.

§. 16. Cataplasmata, fotus, vapores immissi in aurem caute applicentur. Hæc enim ob frigus subsequens, vel etiam irritationis actum plus nocent, quam prosunt.

CAPUT. IV.

De Odontalgia.

§. I.

ODontalgia est *dolor acutus in membrana nervea, quæ dentes circa radices cingit, ac ligat cum alveis maxillaribus, excitatus a lympha ⊖sa acri plus minus corrosiva.*

§. 2. *Subjectum* hujus doloris dentes sunt, non quatenus ossa sed quatenus membrana subtilissima, nerveo scilicet periostio in illorum radicibus cinguntur: hæc autem membrana sensum suum mutuatur ex portione nervi paris quinti, qui duplici ramo, uno ad maxillam superiorem, altero ad inferiorem defertur ad dentes, illorum-

lorumque alveolis, cujus fibrillæ ſparguntur in internam ſubſtantiam medullarem una cum vaſculis ſanguineis. Dentes enim, ſicuti alia oſſa, externa ſolida, dura, & quaſi lapidea conſtant ſubſtantia, interna vero molliore friabili medulloſa, ad quam vaſa ſanguinea duplicis generis, nerveæ fibrillæ & membranæ pertingunt. Vid. *Hoffm. diſſert exhibens hiſtoriam dentium.*

§. 3. Dolor itaque excitatur in membrana nervea, ſi a ſucco acri per arteriolarum poros tranſeunte vellicatur, qui ſuccus interdum tam acris eſt, ut etiam erodat atque conſumat ipſam dentium ſubſtantiam, unde excavatio, atque caries ipſis inducitur, quæ deinde ad ulteriorem corruptionem occaſionem præbet, partim propter aeris liberiorem acceſſum, partim propter ciborum in cavitatibus illorum ſtagnationem, atque putrefactionem, partim etiam ob ciborum acrimoniam.

§. 4. Duplex in praxi obſervatur dolor odontalgicus, unus exiſtit in ipſa cavitate dentium, alter autem ſedem ſuam magis habet in partibus externis, tunicis ſc. membranaceis, ligamentis dentium, & ſæpius per conſenſum graviter affligit perioſtium oſſis capitis, quod alias dicitur pericranium.

§. 5. Uterque affectus familiariſſimus eſt, ille tamen magis continuus, magisque affligere ſolet, ſi exceſſiva frigida acida, vel etiam dulica & quandoque nervis inimica ſunt, externe admiſſa fuerint. Hic magis periodice invadit & catarrhoſis rheumaticis plethora ac cacochymia affectis, item ſcorbuticis, hypochondriacis, gravidis, & hyſtericis ex ſanguineæ conſuetæ evaucationis ſuppreſſione frequens eſſe ſolet.

§. 6. Ratione cauſæ a practicis odontalgia oriri dicitur vel a cauſa calida, vel frigida. Calida dicitur quando ſanguis copioſus in ſanguineis, cholericis, ætate juvenili exiſtit in corpore, & ad irritatas partes majori impetu ruit, unde rubor ac calor faciei vaſorumque intumeſcentia conjungitur, pulſus ſolet eſſe citatior, & malum quoque acutius, citius tamen tranſiens. Ex cauſa dicitur frigida, ſi corpora cachectica, frigida, ſeroſa, phlegmaticæ conſtitutionis, ſenes ac fœminas magis exercet, cum facie pallida, pulſu debili, vel etiam tumore faciei œdematoſo.

§. 7. Verus dentium dolor a causa calida ortus conjunctus est cum quadam inflammatione, sicuti Arthritis: Occupat enim partem affectam non solum dolor, sed & tumor, rubor, pulsatio arteriarum, & conjungitur quædam febricula; interdum tam gravis est dolor, & inflammatio, ut totum caput, vel ejus dimidiam partem in consensum trahat, ita ut oculus ejus lateris cum maxilla sola superiore, ejusque musculis ac tunicis rubeat, doleat ac tumeat malo sese extendente ad tempora & aures.

§. 8. Sæpius etiam alia, illaque gravissima concurrunt symptomata, v.g. vigiliæ assiduæ, convulsiones, syncope, delirium &c.

§. 9. Odontalgia non adeo periculosum est malum: pro causarum tamen & partis affectæ diversitate nunc facilius, nunc difficilius curatur.

§. 10. Quando tumor supervenit hisce doloribus malum sensibiliter alleviatur, quoniam ipse tumor indicium est spasmi cessantis sive remittentis.

§. 11. *Indicationes curatoriæ* sunt serum *acre* ⊖*sum* decumbens in membranas dentium & periostium *aliorsum derivare, temperare atque discutere II. dolorum faces extinguere atque* ♌*tuum tumultum componere III. vitium quod in dentibus hæret* nempe cariem *tollere, ejusque ulteriorem progressum impedire.*

§. 12. Si dens cariosus est tentanda primum ejus conservatio per ulterioris putredinis aversionem *imponendo in civitatem plumbi portionem:* si autem a corruptione magna substantia dentis admodum consumpta fuerit optimum est artificis periti manu dentem cariosum evellere.

§. 13. Melius adhuc est si cauterio actuali tractetur, quod citra omne periculum peragi potest egregio cum effectu. Hac enim ratione combustis filamentis nerveis non facile iterum dolet.

§. 14. Quando dolor ex decubitu seri acris in partes subjacentes, & gingivalem carnem oritur maxime in scorbuticis, interna M.S. depurantia decocta lignorum, nec non purgantia in usum vocanda

§. 15. Quando plethorica subjecta & quæ calidioris constitutionis sunt, talismodi dolore vexantur V. S. admodum proficua erit,

erit, ſive ſub lingua ſivæ in brachio inſtituatur : primum omnium autem diaphoretica cum anodynis blandis mixta ad diſſipandam ſtagnationem lymphæ acris in uſum vocanda,ut dolor inflammatorius mitigetur, reliquaque ſymptomata mitiora evadant.

§. 16. Extrinſecus covenientiſſima ſunt ſicca forma pulveris ſacculo incluſa calide applicata, & poſſunt parari ex *floribus ſambuci, chamomillæ vulgaris, meliloti, ſemine Anethi bacc. juniperi, ſuccino pulveriſato, ⊖e toſto, camphora*, quandoque etiam 🜈 *camphorato vel balſamo vitæ* ſi ſubjecta ferre queant hæc remedia irrorari poſſunt.

§. 17. Quando dolor eſt nimius, gravioribus ſymptomatibus ſtipatus, ad opiatorum uſum externum & internum accendendum eſt. Jnterne laudem merentur *pilulæ Wildeganſii, Strackianæ, laudanum liquidum Sydenhamii*, *externe pilula ex laudano parata poteſt imponi dentibus* vel ſub lingua teneri.

§. 18. Quando ex nimia humiditate ad nervoſam dentis portionem devoluta dolor oritur, conſtringentia & quæ ſimul humorum affluxum impediuntexterius applicata commodant opem præbent ⊕ ∘° ⊕, *fruſtum Gallæ*, quæ dicta conveniunt in dente carioſo quando ipſi excavato applicantur.

§. 19. In dolore dentium graviſſimo ſemper ad alvum reſpiciendum, ut ipſa fluida ſit & maneat, quod commode perficitur clyſteribus.

§. 20. Abſtinendum ab omnibus externis accidis corroſivis ⊕ ∘° ⊕, item ab oleis calidis quando inflammatio conjungitur, utplurimum enim malum adaugent : quod ſi autem ſine inflammatione ∘° caryoph. vel camphora locum obtinet.

§. 21. Si dolor nimis vehemens ſyſtema nervoſum in conſenſum trahat *Cinnabarina, & ex caſtoreo parata antiſpaſmodica* uſurpari poſſunt.

§. 22. Durante dolore convenit diæta tenuis & uſurpandum infuſum Theæ Veronicæ florum ſambuci &c cæterum præſervationis cauſa abſtinendum eſt a diæta ⊖ſa, acida craſſa, cibis copioſis plethoram & cacochymiam inferentibus.

CA-

CAPUT V.

De Cardialgia.

§. 1.

CArdialgia est *dolor acerbus acris, molestissimus & admodum periculosus, excitatus in orificiis ventriculi, dependens a spasmodica contractione & crispatura membranarum sive fibrillarum nervearum, quibus copiose cinguntur prædicta orificia.*

§. 2. Cardialgia probe distinguenda est ab anxietate præcordiorum in febribus fere omnibus, tam continuis, quam intermittentibus, præsertim in ipsarum paroxymo: quale symptoma provenit a sanguinis congestione ejusq; magis impedito circulo per cor & pulmones.

§. 3. Porro distinguenda est a cardiaca, sive dolore ventriculi infantum a lacte coagulato stagnante, vel cibis in copia ingestis, item a flatibus ubi Hypochondria sæpius ita sunt inflata, ut digito costas attingere non liceat.

§. 4. Cardialgia a practicis distinguitur in *idiopathicam & symptomaticam.* Illa oritur ex causa materiali in ipso ventriculo latitante: hæc vero aliis complicatur morbis malignis contagiosis v. g. Dysenteriæ malignæ, morbo Hungarico, febribus ardentibus biliosis, tertianis continuis, pesti, tum nimirum caustica exigua mole virulenta sua subtilitate nervos præcordiales & ventriculi immediate afficit, vel etiam subtilis biliosa acredo illud ipsum afficit, sicuti contingere solet sæpenumero in Ictero, exsudans ubi ex vasis biliosis obstructis, tenuis acris volatilis bilis, externas ventriculi tunicas & circumjacentes nervos afficit.

§. 5. Observatione practica constat, dolorem cardialgicum sæpius esse periodicum certis temporis intervallis redeuntem, quod frequentius contingit in fœminis hystericis, subjectis Hypochondriacis, & quibus evacuatio sanguinis per uterum suppressa est.

§. 6. *Causa* hujus morbi *procatarctica* est vel *materialis vel formalis.* Materialem constituunt ⊖ia caustica acria fibras nerveas vellicantia,

cantia, quæ vel vaporetenus, vel ſub magna quantitate in ventriculo ſeſe ex ſerunt; formalem præbent ſpaſmodicæ contractiones aliarum partium, ubi ventriculi orificia per conſenſum afficiuntur, quod ſæpius contingit in paſſione Hyſterica, Hypochondriaca, Epilepſia, quamvis & tunc etiam aliquid de materia peregrina ſubſit.

§. 7. Ordinario qui ſenſibilioris texturæ ſunt, temperamenti cholerici, ætate juvenes & viri, ex fœminis hyſtericæ, ex viris Hypochondriaci ad iracundiam proni, & qui victu utuntur flatulento, fructibus horæis cucumeribus, fragis, fungis, quæ adhuc magis nocent, ſi inſectorum effluvius & excrementis conſpurcata fuerint, patiuntur graviſſimum hunc dolorem, qui frequentius acutiſſimus eſt & pungitivus ac ſi cultro perforetur ventriculus, prout nimirum major vel minor acrimonia ſubeſt.

§. 8. Graviſſimus hicce dolor ſemper tyrannidem ſuam exercere ſolet, ſi venenum fuerit aſſumptum præſertim cauſticum ex regno minerali.

§. 9. Cardialgiam patefaciunt dolor fixus, rodens, moleſtiſſimus circa cordis ſcorbiculum, qui etiam ſeſe extendit usque ad dorſum & ſcapulas quaſi gladiis transfoſſus eſſet.

§. 10. Aſſociare ſe ſolet Cardialgiæ ſudor frigidus, maxime in fronte, pulſus frequens & debilis, extremorum frigus, inquietudo, vigiliæ aſſiduæ, alvus adſtricta, reſpirationis difficultas præcordiorum anxietas, & ſæpius ſubſequitur ſyncope.

§. 11. Infallibile ſignum dati veneni eſt, ſi quis raro vel nunquam talismodi doloribus vexatur poſt ingeſtam rem ſuſpectam graviſſimo dolore cardialgico corripitur, cum inclinatione ad nauſeam, vomitum, ſyncopen & præcordiorum anxietatem, ubi quando convulſiones accedunt pulſus intermittens, & inæqualis fit certiſſime mors ſequitur.

§. 12. Major, vel minor cauſæ morbificæ pravitas, & ſymptomatum vehementia majus vel minus periculum oſtendit, ita ſi ab inflammatione, vel morbo maligno dependet admodum periculoſus eſt ſtatus.

§. 13. Si ex vitio diætæ, flatibus & affectibus chronicis eſt ſpeciem maximi periculi præ ſe fert, quod tamen ſæpius nullum eſt.

§. 14. Accidit non raro, in Melancholicis & illis, quorum

ventriculus scatet suburra humorum acrium viscidorum, ut tempore jejunii adsit molestissimus ventriculi sensus, qui cessat post cibum assumtum.

§. 15. *Cura* hujus affectus consistit in eo ut *primarium & urgens symptoma* nempe *dolor gravissimus* qui syncopes atque delirii causa esse potest *demulceatur*, *impetuosum* ♌-*num motum sistendo*. II. Ut *causa materialis temperetur*, vel si quantitate peccat evacuetur III. ut *genus nervosum roboretur*.

§. 16. In ipso itaque paroxysmo ante omnia *primæ indicationi satisfaciendum* partim antispasmodicis 🜂e blando vaporoso volatili instructis, partim etiam anodynis, qualia sunt *Laudanum liquidum Syd. Ther. cœlest. diascord. Fracastor. pilul de cynoglossa*, ex nervinis quæ *ex castoreo* parantur ejus sc. extractum *Ess.* ♌ *vel ess. succini nucist.* 🝆 *macis, camphora*, quæ invicem mixta præstantissimum habent usum, modo prius alvus clystere carminativo aperta fuerit.

§. 17. In reliqua cura semper ad causas respiciendum est, si itaque a *flatibus, pituita* atque *acido* ⊖*e* prædominante in hystericis & hypochondriacis malum oriatur, *carminativa* egregium afferunt auxilium. Inter hæc autem eminent *Ess. cort. aurant. ess. cort. citr.* rec. cum *Tra* ♀ *vel* ♌-⊖✱ parata, nec non *Ess. carminativa Michaelis* ♌-*chamom, Rom.* in quo 🝆 *chamom.* vulg. cœrulei coloris, quod præstantissimum anodynum & carminativum, est solutum.

§. 18. Si talismodi dolor diuturnus est & fixus, periodicas suas exacerbationes habet, qualis provenit ex obstructione hepatis, & occlusione pori cholodochi a bilis transudatione præter illa quæ dolores demulcent anticachectica nempe ♂*tialia* ⊖*ia aperitiva* nec non *amara balsamica* conferunt.

§. 19. Quando cardialgia morbis malignis, pesti, febribus petechialibus, purpuræ, Variolis, præsertim si talismodi exanthemata retropulsa fuerint, item Dysenteriæ malignæ associata fuerit, tunc alexipharmaca præsertim ⊕cum *Camphora*, una cum illis quæ ex *Castoreo* parantur ordinanda sunt: externe autem linimentum nervinum ex ▽ *anhaltina.* 🝆 *nucistæ*, *theriaca*, *croco*, *camphora*, *balsamo peruviano* compositum & regioni præcordiali calide applicatum præstantissimi erit effectus.

§. 20. Si cardialgia *ab assumto veneno* præsertim caustico originem

nem habet tunc °∘ *expressa* una cum *theriacalibus* mixta, & in copia propinata omne punctum absolvunt: si vero venenum non adeo activum in qualitate sua sed quantitate magis peccet, *vomitorium* cum *theriaca junctum* erit præsentissimum, quod valet in venenis maxime ex regno vegetabili petitis, opio, Mandragora, Cicuta, Hyosciamo.

§. 21. Externe varia a variis commendantur linimenta, fotus emplastra: instar omnium tamen poterit adhiberi sequens.

Rec. °∘ *Hyosc.* ℥ß.
Chamom vulg.
Carv.
Menth. aa. ℈ ij.
Camph. ʒß.

M. quo calide fiat inunctio; post illam vero sacculus speciebus carminativis repletus calide imponendus.

§. 22. Venæ sectio in hoc affectu nunquam quadrat.

§. 23. Caute applicanda sunt interne nimis ☊tuosa calida, si cardialgia est biliosa, qualis ex iracundia in biliosis nascitur, & tertianæ continuæ complcari solet, ubi magis absorbentia cordialia cum ⦶osis & anodynis mixta, & cum aquis antispasmodicis exhibita conveniunt.

§. 24. *Clysteres* in omni specie Cardialgiæ, præter quam illa, quæ fit ex retrogressione exanthematum exoptatam ferunt opem, & parari debent ex carminativis, emollientibus, °∘osis.

§. 25. Vomitoria in Cardialgia quæ proficiscitur ex colluvie vitiosorum humorum, & pravo copioso victu quadrant; sed ab illis abstinendum est tempore paroxysmi, ubi nempe extrema utplurimum frigent, nec sudor calidus profluit: post paroxysmum autem, quando corpus æqualiter calore perfunditur, locum habere possunt.

§. 25. Opiata, si ex materiæ quantitate oritur, cautissime vel plane non sunt adhibenda: si vero ex vaporibus spasmodice constringentibus provenit, sicuti in passione hysterica, quamvis etiam syncope conjuncta, anodyna cum nervinis, antispasmodicis, castorinis, refracta dosi data erunt convenientissima.

CAPUT VI.

De

Torminibus ventris Colica atque Iliaca passione.

§. 1.

TOrmina ventris sunt *dolores gravissimi tam tenuium quam etiam crassorum intestinorum*, ita ut *undiquaque in abdomine illi sentiantur.* Hinc salutantur *tormina* vel *cruciatus ventris* Germanice *Reissen im Leibe.*

§. 2. Quando intestina tenuia, & inprimis Ileum tantum dolore afficitur, dicitur *passio Iliaca*, vel etiam *volvulus*, propter contorsionem intestinorum, cui sæpius pertinacissima alvi obstructio conjungitur, subsequente tandem secum alvinarum rejectione per os, & tunc dicitur *Miserere mei.*

§. 3. Colicus vero dolor, sive colica sedem suam habet in intestino colo.

§. 4. Colica interdum generaliter accipitur & involvit *omnes species dolorum canalem alimentosum occupantium.*

§. 5. Colica distinguitur in *idiopathicam* & *symptomaticam.* Idiopathica iterum distinguitur ratione materiæ peccantis in *pituitosam* & *biliosam*, sive secundum veteres in *frigidam* & *calidam.* Pituitosa dicitur, quando intestina repleta sunt saburra viscidorum humorum: Testantur enim observationes, in hac colicæ specie sæpius per alvum fuisse rejectam pituitam glacialem a veteribus vitream dictam, item per vomitum materiam instar spermatis ranarum; Tali in casu plerumq; contumax alvi adstrictio solet esse conjuncta cum sudore frigido, animique deliquio, si pertinax, & vehementius malum fuerit.

§. 6. Biliosa vocatur, quando a copia biliosorum acrium humorum in personis cholericis, iracundiæ deditis, vinosis ac spirituosis liquoribus abutentibus proficiscitur, & hanc plerumque comitari solet Diarrhæa, calor vehemens præternaturalis, vigiliæ assiduæ, pulsus celer, sitis.

§. 7.

§. 7. Colica symptomatica a veteribus κατ᾽ ἐξοχὴν *flatulenta* dicta, recentioribus *convulsiva* audit, & oritur per consensum a spasmo, sive membranis intestinorum internis a sanguine acri scorbutico excitato, sive etiam in partibus remotis.

§. 8. Colica convulsiva pro causarum diversitate iterum variis effertur nominibus, ita ut nunc dicatur *nephritica* si a calculo sive nephritide, *hypochondriaca* si ex hypochondriorum vitio, *hysterica* si ab affectu hysterico, *hæmorhoidalis* si a suppressione hæmorrhoidum vel a cœcis hæmorrhoidibus originem habeat.

§. 9 Ad colicam quoque convulsivam spectat truculentus ille affectus, quo affligi solent illi, qui mineras ♃ninas manu igneque tractant vulgo *Hitten Leuthe, Glett VVaeger*, ubi dolor intollerabilis a fumis ♃ninis ore haustis in abdomine excitatur cum contumacissima alvi adstrictione, qui tandem vergit in contracturam & Germanico idiomate exprimitur Hitten-Katze oder Hitten-Kranckheit: qua de re legi meretur *Hofmanni disp. de metallurgia morbifera.*

§. 10. Omnia quæ cunque nervis inimica sunt uti sunt calida frigida, flatulenta, viscida acria, ⊖sa, dolorem colicum facillime suscitare vel etiam augere possunt præsertim si subjecta asueta sint huic affectui.

§. 11. Passio iliaca easdem agnoscit causas; sæpius etiam oritur ex pertinacissima alvi obstructione, item ex intestinorum inflammatione Dysenteria nec non ex hernia.

§. 12. A vermibus etiam colica & tormina ventris excitari possunt, quatenus intestina rodunt & lacerant, ubi vermium signa conjungi debent ob meliorem cognitionem causæ.

§. 13. Atrocissimi ventris cruciatus sæpius junguntur Diarrhæis, ac Dysenteriis, ita ut in Dysenteria pathognomonicum signum soleat esse atrox ventris dolor una cum excretione cruenta.

§. 14. In infantibus tormina ventris sæpius oriuntur ex lactis vitio corruptione & coagulatione in primis viis, sæpius etiam junguntur dentitioni difficili.

§. 15. Sicuti dolor facile terminatur in Epilepsiam: ita etiam tormina ventris & tunc Germanice exprimitur Jammer im Leibe, quo affectu plures moriuntur, nisi cito sucurramus auxilio præsenti.

§. 16. In hystericis tanta sæpe numero adest sævitia doloris spasmodici, ut intestina in unum quasi globum contrahat & contorqueat, ut etiam manibus comprehendi queat durus iste intestinorum tumor, & hæc sæpius in *Epilepsiam* transit, quæ dicitur *uterina*.

§. 17. Si colicæ superveniat vomitus, vigiliæ assiduæ & calor præternaturalis, alvusque pertinacissime clausa sit metuendum ne transeat in passionem Iliacam, & miserere mei.

§. 18. Colica quæ ex vitio Diætæ oritur omni caret periculo, nisi quod ad herniam intestinalem vel umbilicalem si corpora fuerint obesa & intestina nimis turgida disponat. Si est spasmodica facile transit in Paralysin præsertim si calidis sudoriferis præpostere tractetur.

§. 19. Colica gravissima spasmodica cum cardalgia conjuncta & ex podagra vel scabie retropulsa nata, comitemque habens fixissimum & acutissimum dolorem cum siti ardore, periculi plenissima est. Tales enim raro evadunt præsertim si fuerint senes.

§. 20. Omnium periculosissimus est intestinorum dolor qui ex inflammatione oritur conjunctus cum syncope, sudore frigido. Hic enim sæpius Iliaci mali individuus est comes plerumque funestus.

§. 21. *Generales* horum affectuum *indicationes* sunt sequentes, I. ♎*tuum tumultuarius motus demulcendus* II. *Intestina eluenda & a saburra vitiosorum humorum* sive sint viscidi, sive acidi sive biliosi *expurgandi*. III. *flatus discutiendi ac dissipandi intestinorum ac cutis spiraculis apertis*.

§. 22. *Cura specialis* uti semper ita & hic *secundum causarum differentiam & individuorum diversitatem dirigenda.* Si itaque ex causa frigida orta fuerit medicamenta calida spirituosa, ⊖ia vol. °°osa, alvo prius clystere emolliente reclusa, erunt proficua, semper tamen cum hac cautela ne præscribantur cum regimine calidiore & sudorifero.

§. 23. Si acres ⊖ini & biliosi humores in causa sunt omni studio evitetur usus volatilium, calidorum sudoriferorum, alias facili negotio Arthritis, item paræsis, quæ frequentius fit ex colica male tractata conciliari potest; sed potius tunc locum inveniunt temperantia, nitrosa uti ♎ ⦶ *d. pulv. temperantes, ac præcipitantes cum antispas-*

modicis

modicis & anodynis mixti nec non *clysteres pure °°osi. Vid. de colica biliosa peculiaris cura in Sydenh.* p. 258.

§. 24. Colica biliosa acerbissima quæ cum vomitu conjuncta est, ac diuturnis vigiliis, alvi adstrictione pertinaci, & remedia spernit probatissima, sæpius opiatis, & anodynis exterius tam capiti, quam etiam ventri applicatis conquiescere solet.

§. 25. In Colica pituitosa item Hypochondriaca *pilulæ* laxantes ex gummatibus paratæ, quales sunt *pilulæ ☿eæ Schrederi Marocostinæ, Connerdingianæ Becherianæ* una cum *pulv. ♂tialibus ⦶osis ⊖ibus volatilibus °°osis*, extra paroxysmum effectum edunt nobilissimum.

§. 26. In colica, quæ ex sanguine circa venas Mesenterii stagnante in Hypochondriacis & Hæmorrhoidum suppressione laborantibus provenit *⊖ia vol. °°osa, carminativa calida, & purgantia* plus nocent, quam prosunt, potius tunc *clysteres °°osi*, item antispasmodica *Cinabarina* & *ex Castoreo* parata, nec non *pulveres præcipitantes ⦶osi* & pro re nata *V.S.* etiam in pede celebrata, vel *hirudinum applicatio* ad intestinum rectum, ægri desideriis satisfaciunt.

§. 27. Colica si est symptomatica morbus principalis primum omnium aggrediendus non neglectis tamen illis, quæ dolorem pacare, & genus nervosum erigere possunt usu tam externo quam interno.

§. 28. Colica convulsiva non aliter curanda, quam epilepsia antispasmodicis nervinis, dissipantibus, temperantibus, atque anodynis externe, & interne adhibitis: cujus generis sunt *Theriacalia, succinata castoreacea camphorata, Cinabarina, ⊖ia volatilia °°osa*, cum °°macis croco, & castoreo mixta, item linimenta ex *Zibetho °° Hyosciami, axungia taxi, castorei °° carvi mentha parata.*

§. 29. In omni colica cujuscunque etiam sit generis sequentia remedia non sine fructu adhiberi possunt.

Rec. ♌ ⦶ *d.* ℥iij
⊖ vol. °° os. Sylv. ℥ß
Camph. gr. iiij
Extr. castor. gr. viij
M. d.
S.
Mixtur. zu L. biß LX. Tropffen.

Rec.

Rec. ⁂ ♋ *carv.*
Menth.
Anis.
expr. Hyosc aa ℥ij
Pingued. castor. ℥j
Camph. ℥ß.
♌ ⊖ ✱ *gutt. XX.*
M. f. unguentum.
Quo inungatur totum abdomen.

§. 30. In Passione Iliaca si Scibala indurata clysteribus emolliri nequeunt, item si intestina involuta commendatur ☿ *vivus cum tepido lacte in copia assumendus*, vel globulus unus, alterve plumbeus. Si vero superius intestinum ingressum in inferius clysma ventosum.

§. 31. In omni colica respiciendum est ad alvum, ejusque apertio procuranda; sed citra noxam vel virium jacturam.

§. 32. In dolore intestinorum si alvus nimis est fluida, nunquam constringenda est, alias facile contracturæ cardialgicæ, febres, deliria produci possunt; sed potius temperantibus & acrimoniam demulcentibus pugnandum.

§. 33. Si alvus a scibalis induratis est obstructa opiata sunt nocentissima, præsentissimi autem tunc sunt clysteres emollientes, carminativi, item ungta emollientia toti ventri calide applicata.

§. 34. Qui frequentius colica corripiuntur, illi optime sese præservare possunt per bonam Diætam tum omnia flatulenta, leguminosa pinguia, dulcia, acida fermentescibilia, cerevisias flatulentas frigida præsertim potum frigidum fugiunt, & ⊖*ibus vol.* ⁂*osis cum Tra* ♀ *vel* ♄*ij* maritatis, *item EE. cort. aurant.* inter cibos frequentius utuntur.

§. 35. Aquæ vitæ, præservationis causa inter cibos non semper sunt proficuæ, præsertim in scorbuticis, cachecticis, & Hypochondriacis, & post cibum assumtum magis adhuc nocent, quoniam chylum præcipitant.

CAPUT.

CAPUT. VII.

De

Dolore ex calculo.

§. 1.

CAlculus est nihil aliud, quam *concretum ex particulis terreis gelatinosis, ⊖inis ♀eis natura in ⊡ contentis, & arenularum faciem initio assumentibus, successu vero temporis in majorem molem diversæ magnitudinis atque figuræ* concrescentes, alii enim eves, alii ponderesiores, alii fissiles qui in lamellas findi possut, alii cristallini, alii tophacæi & inæquales: de quibus vid. *Lysterus in tract. de calculis.*

§. 2. Calculus non facile generari poterit nisi renum substantia glandulosa, atque tubulosa læsa fuerit. Quando itaque adest læsio oritur stasis, ex hac concrescentia. Hoc autem sine stasi & quadam quiete nequaquam fieri potest; unde quamdiu substantia siphunculorū ac glandularum renalium, salva est nec obstructa, nec dissoluta ⊡ fluxus expedite succedit, simulac autem pori renales & siphunculi destructi, ac dilacerati fuerint urina stagnat & succesive materiam ♀ eam dimittit ad firmiorem concretionem sive crystallisationem producendam, non aliter uti in matula fieri solet, ubi ⊡ quiescens insignem quantitatem ♀eæ materiæ mutuo sibi cohærentem deponit. Vid. *Stahlii disp. de nova pathol. calculi renum.*

§. 3. Ad calculum valde proclives sunt, qui venas habent angustas, obesi, Hypochondriaci, arthritici, & qui parentes habuerunt calculosos, item qui cibis vescuntur viscidis, lacte, caseo, acidis vino, 🜄 denique sanguinei lubentissime hoc affectu corripiuntur, quando calidis diuretis °°osis pellentibus utuntur. Ita enim sanguis propulsus in renales tubulos ibi stagnans facit inflammationem, obstructionem, exulcerationem & postea concretiones calculosas, unde calculosi præcipue ab initio sunt nephritici.

§, 4. Omnis caçulus primam originem plerumque habet in renibus, ex quibus postmodum invesicam urinariam delatus in majorem concrescit molem nisi mature exitum inveniat.

§. 5. Calculi præsentia non cognoscitur nisi ex dolore, & concurrentibus symptomatibus. Dolor etiam non percipitur, nisi calculus e sede sua removeatur, quamdiu enim in pelvi renum illorumque syphunculis, qui pelvim constituunt lapis etiam eximiæ magnitudinis positus quiescit nullum excitat dolorem; simulac autem calculus incipit morveri per partes nervosas & angustatas, maxime si illas simul tansit asperitate sua dolor excitatur. Hinc quo grandiores & asperiores calculi eo gravior dolor est & spasmus.

§. 6. Dolor calculi revera cum spasmo est conjunctus non tantum illarum partium ubi calculus latitat, verum etiam vicinarum imo dissitarum. Perspicuum id evadit ex symptomatibus concurrentibus, vomitu, Ischuria, alvi constrictione, retractione testiculi & spasmo femoris.

§. 7. Subjectum doloris ex calculo potissimum *sunt ureteres*, qui fibris musculosis nerveisque instructi exquisito pollent sensu, unde ab illorum violenta dilatatione a calculo prægrandi, vel irritatione ab acuto angulari aspero transeunte per ureteres molestissimus sensus, una cum spasmo tam ureterum quam vicinarum partium subsequitur.

§. 8. *Causa procatarctica* quæ calculum ex renibus in ureteres pellere solet varia est. Præcipitari enim ad uretes potest motu corporis, equitatione, vectura, motu animi præsertim iracundia, nec non ex abusu spirituosorum, vini 🜄 diureticorum calidorum ℥ Juniperi, succini maxime autem per alios morbos spasmodicos nimirum colicam passionem hystericam.

§. 9. Plerumque dolores in lumbis, qui minime sunt ab ipso calculo; sed potius a stasi sanguinis circa has partes in plethoricis, qui diureticis calidis & potibus spirituosis abutuntur, nec non animi affectibus corripiuntur causa sunt procatarctica, quæ constrictione & spasmo ad protrusionem calculi ex sede sua in ureteres contribuit. Hinc talismodi dolor non confundendus cum dolore calculi.

§. 10. Dolor ex calculo probe distinguendus a nephritide, dum in hac dolor gravativus in lumbis æstuosus non ita crudelis & acutus observatur, & diutius durat sive chronicus est; ex calculo autem acutus celerius tragœdiam suam absolvens.

§. 11. Dolor ex calculo distinguitur a dolore Ischciadico quod in Ischiadico dolore ipse dolor ex lumbis extendatur usque ad suram

&

& fixus sit, motumque pedis impediat, quod non facile accidit in calculo.

§. 12. Dolor calculi a colica differt, dum in illo dolor fixam habet sedem ex lumbis sese extendens ad latera Ilei & inguina, in colica a magis est vagus: deinde urina in calculo præcedit, vel conjungitur arenacea.

§. 13. Caveat etiam medicus ne præcipiti judicio dolorem ex calculo habeat pro febre ardente. Sæpius enim præsertim in plethoricis, atque sanguineis associatur corporis æstus præternaturalis cum pulsu celeri, respiratione difficili, cephalalgia, delirio sæpius etiam convulsio quasi Epileptica conjungitur: quæ symptomata probe distinguenda a morbo primario nimirum calculo.

§. 14. Affectus noster sæpius admodum periculosus est propter renum inflammationes, Ischurias lethales, & gravissimos nervosi generis morbos supervenientes.

§. 15. Gravidæ dolore ex calculo affectæ facile moriuntur vel abortum patiuntur.

§. 16. Quicunque ex calculo moriuntur, moriuntuur ob spasmum graviorem, dum nimirum Ischuria immedicabilis exsurgit, & vigilia assidua, calor continuus, cum extremorum frigore, anxietas præcordiorum maxima cum sudore frigido, quæ symptomata corpora maxime debilia senilia plane conficiunt, & viribus defraudant.

§. 17. Qui semel tentatus fuit calculo sæpius ex ipso laborat, quia nunquam vera dispositio ad calculum adest, nisi renum substantia glandulosa atque tubulosa læsa fuerit.

§. 18. *Indicationes curatoriæ* sunt (1) *ut spirituum ac sanguinis impetuosus motus componatur* sive dolores demulceantur (2) *ut partes membranaceæ a dolore nimium constrictæ relaxentur* & (3) ut *relaxatis & patulis viis nec non cessante spasmo pellentia & calculi excretionem promoventia adhibeantur.*

§. 19. *Primæ atque secundæ indicationi* satisfaciunt sequentia.

Rec. ℴℴ *Amygd. d.* ℥iiij.
♎ ⦶*d.* ʒij.
E. E. Castor. ʒj.

 M. d.

M. d. ad vitrum.

S.

Oehl darvon 2. biss 3. Löffel voll auf einmahl in Warmer Brühe zu nehmen.

§. 20. Dolores omnium optime mitigant clysteres ex meris oleis, præsertim si alii clysteres subsistant & non excernantur.

Rec. ℴℴ *Aneth.*
Chamom.
Bacc. Laur.
Amygd. d. aa. ℥j.
℈ *Carv.* ʒß.
E. E. Castor. ʒj.
Camph. ℈j.

M. f. clysma quod statim in principio applicandum, siquidem eo melius se habent calculosi, quo magis alvus est lubrica, atque aperta.

§. 21. Parari etiam possunt balnea ex herbis emollientibus atque nervinis v. g. *ex sem. lini. herb. malv. parietar* ♀*ialis arthemis abrot. chamom. Hormin. saluiæ* & potest fieri insessus. Testantur enim observationes vomitum in momento fuisse sedatum una cum cruciatibus intolerabilibus si per quadrantem horæ in balneo hoc morati sunt.

§. 22 Deinde præter hæc lubricas vias reddunt linimenta quibus tota lumborum & abdominis regio inungi potest: confici autem possunt ex ℴℴ *lil. alb. sem. hyosc. axungia taxi* ℴℴ *scorp. additis* aliquot guttulis ℴℴ *junip. succin. terebint.* hoc linimentum adhiberi m. potest ante ingressum balnei.

§. 23. *Tertiæ indicationi* satisfaciunt præsertim in senibus pituitosis & quando dolores ægrum diu jam confecerunt roborantia atque pellentia v. g. *Vinum Hispanicum Malvat. juniperinum* ♌ *terebint. E. E. succini* ⊖ *vol. cardamom. confect. alkerm.* vel.

Rec. ∀ *fol.* ♀.
Solut. lap. 69.
⊕ *depur.*

Sperm.

Sperm. cet. aa. ℥ß.
Croci gr. vj.
⊖ *vol. succini.*
Cinnab. nat. pp. aa. ℈j.
M. f. pulvis cujus dosis est ℥ß.

Cum *vino Malvatico*, *Hispanico*, vel *infuso fragorum in vino* vel cum ▽ diureticis. Alii *Ess. millepedum lumbr.* ▽*str. vel grillorum* magni faciunt quæ locum habere possunt, si urinæ fluxus simul suppressus est ex causa nimirum frigida.

§. 24. Extra paroxysmum præservationis causa *clyssus* ♀ *satus* sive *tra Amelungii lithontriptica* omne fert punctum, præsertim si ad. gtt. 30. vel. 40. frequentius usurpetur cum jusculo butyraceo secundo *pulvis Volckammeri*, sive loco hujus *cochlearum ustarum pulvis* adhiberi potest præservationis causa singulis septimanis ad ℈j. qui dum absorbet, urinam pellit & transpirationem promovet. Tertio

Rec. *Mass. pil. de succ. Crat.*
Extr. Panchym. Croll.
⊖ *succin. aa.* ℈j.
Bals. 🜍 *Terebinth.*
Peruv. aa. q. s.
M. f. l. a. Pilulæ.

Quæ singulis septimanis vel mensibus semel adhiberi possunt.

§. 25. Ad præservationem non leve momentum contribuit accurata diæta, nec non *infus. herb. Theæ Veron. rad. Alt. hedr.* ▽*str. Petros. fœniculi* frequentius usurpata, quæ omnibus fere palmam præripiunt, tum ⊖ia peregrina ♀ea solvunt & evehunt, urinarios tubulos aperiendo, sauciatos consolidando sicque calculi generationem impediendo.

§. 26. Omnia pellentia calida uti sunt °° *succin. junip.* ♎ *tereb. bals.* 🜍 *tereb.* cautissime sunt danda tam in, quam extra paroxysmum, in paroxysmo ante dolorem pacatum, & fibrarum emolltionem augent calorem, spasmos & cruciatum, urinamque magis supprimunt quam promovent, extra paroxysmum ex Nephritide faciunt abscessus renum & ipsum calculum.

§. 27. In dolore a calculo si plethora adest, & magnus æstus non sine ratione V.S. cum fructu instituitur eum in finem ut graviora symptomata avertantur.

§. 28. Ubi metus est corruptionis & exulcerationis in renibus omnes ♎ acidi minerales it. Tr. canth. lumbr. ♁str. pulv. millep. buf. tra♆ omniaq; caustica pellentia summa cum cautione sunt administranda.

§. 29. Opiata cautissime danda, & melius refracta dosi cum antispasmodicis locum inveniunt quam dosi integra: contingit enim non raro, ut, si motus naturæ qui ad expulsionem calculi instituuntur plane suspendantur & auferantur, calculus in ureteribus vel pelvi remaneat, & graviora symptomata excitet.

§. 30. Principalis regula est in præservatione, & cura, *ut alvus semper maneat aperta* quod °°sis emollientibus & lubricantibus clysteribus commodissime obtinetur.

§. 31. Vomitoria in calculo nunquam suadenda, quoniam spasmos augent nisi conquiescentibus vel consopitis doloribus, & nisi calculus adhuc hæreat in viis urinariis, ubi docet experientia conatu vomendi felicissime fuisse promotum calculum, ejusq; expulsionem adjutam.

§. 32. ♀ea remedia præsertim ♀*crudus cremor.* ♀ *l.* ♎ ⊖ ♎ ⊖ *d.* quæ alias commendantur ad curandum hunc affectum, magis calculum generant quam auferunt, quoniam acida concretionis fundamentum sunt, & hoc maxime accidit in talismodi personis quæ delectantur caseo & lacticiniis.

CAPUT VIII.

De

Dolore Arthritico.

§. I.

ARthritis est dolor articulorum *spasmodicus suscitatus in ligamentis nerveo tendinosis, quibus articuli firmantur & connectuntur extendens se sæpius*

sæpius ad musculos, illorumque tendines circumjacentes a sero ♀eo plus minus acri ex tunica glandulosa ipsisque articulorum glandulis ortum ducens.

§. 2. Frequentissimum hujus morbi symptoma solet esse febris. Nullus enim dolor arthriticus sine prævia quadam febre horrore sc. calore præternaturali &□ mutata observatur, & quo gravior existit dolor, eo acutior observatur febris cum vigiliis, siti & præcordiorum anxietatibus.

§. 3. Arthritis varia sortitur nomina pro articulorum quos occupat diversitate: ita in manibus vocari solet *chiragra*, in pedibus *podagra*, in genibus *Gonagra*, in osse Ischii & articulatione coxendicis *dolor ischiadicus*.

§. 4. Pro diversitate doloris fixioris sc. in parte quadam & diu durantis, *vel vagi* volatilis ex una parte in alteram transeuntis dicitur l. *fixa* vel *vaga*. Vaga oritur a sero tenui & ⊖e subtili, acido, volatili vel bilioso, fixa autem a ♀eo ⊖e, & sero in Gypseam materiam abeunte originem habet.

§. 5. A veteribus Arthritis distingui solet in calidam & frigidam. Illa dicitur quæ occupat personas temperaturæ sanguineæ, naturæ activioris ac sensibilioris, unde dolor solet esse acutior, symptomata etiam nimirum febris, vigiliæ, sitis vehementiora, celerioris tamen terminationis: in frigida autem quæ utplurimum senes & pituitosos torquet dolores sunt equidem remissiores ast diuturniores cum tumore œdematoso & febre moderatiore.

§. 6. Dolor arthriticus probe distinguendus a dolore rheumatico. Hic enim musculos magis circa articulos occupat: ille vero in ipsis articulis & ligamentis sedem suam habet primario, & per certa temporum intervalla redit.

§. 7. Dolores Arthritici non confundendi cum doloribus ♀eis: hinc attendenda symptomata lui ♀eæ familiaria.

§. 8. *Causa* hujus morbi est ⊖ acre sive serum ⊖sum ♀eum plus minusve volatile: id quod varia patefaciunt phænomena utpote scorbutici, hypochondriaci, calculosi facile arthritici fiunt: deinde acidis ⊖sis tam fixis quam volatilibus omnbusq; calidis spirituosis exasperatur malum, sicuti fit in omnibus morbis qui proficiscuntur a ⊖ibus. 3io excrementitia ista ⊖ sedo deprehenditur abundantissime in urina sudore, sputo per tussim ejecto. 4to vomitus virides, dejectiones

ctiones bilioſæ, dolores ventriculi & inteſtinorum qui ſæpius junguntur idipſum patefaciunt tandem m. cura quæ conſiſtit in edulcoratione, & eductione ⊖ium idipſum luculentiſſime confirmat.

§. 9. Subjecta huic malo obnoxia plerumque ſunt ſanguineo. Phlegmatica ſpongioſi, & laxioris corporis habitus otio, indulgentia Bacho ♀e & voluptatibus dedita, ad ſpaſmos, & hæmorrhagias proclivia, hypochondriorum vitio laborantia.

§. 10. Nullus morbus magis eſt hæreditarius quam arthriticus eſt enim ſpaſmodicus, ex viſcerum vitio ac prava conformatione proveniens.

§. 11. Dolores arthritici tempore autumnali item verno ſub tempeſtate aeris humidiori & inæquali ordinario invadunt, & nocturno tempore potiſſimum exercent ſuam tyrannidem.

§. 12. Signa quæ indicant paroxyſmum imminentem ſunt gravitas & laſſitudo corporis, appetitus auctior alvus adſtricta, poſtea ſequitur nauſea flatulenta in hypochondriis, calor circa noctem intenſior, quandoque m cum coryza, ſternutatione & febre quadam quaſi catarrhali invadit.

§. 13. Si lympha viſcoſa eſt, & acidum ♀eum copioſum in humoribus accumulatum tophi & nodi pultacea vel gypſea materia referti articulorum ligamentis apponi ſolent ſatis ingentes, præſertim in ſenibus frigidis malo jam inveterato & quando intempeſtivo repellentium vel ſtupefacientium uſu pars affecta tractata fuerit.

§. 14. Dolor arthriticus quo vehementius affligit eo citius terminatur, quo remiſſius cum debilitate in ſenibus & phlegmaticis eo diutius durat.

§. 15. Tempore vernali & æſtius citi vo curatur quam autumnali & hyemali.

§. 16. Paroxyſmi arthritici utplurimum terminantur urina craſſa rubicunda, quæ ſemper bonum ſignum præbet: malum autem, ſi tenuis & aquoſa eſt, plerumque etiam per diaphoreſin ſolvitur aut tranſit in ſcabiem, bono ſuuceſſu interdum etiam terminatur in febrem quartanam.

§. 17. Iſchiadicus dolor præſertim in ſenibus & frigidis difficulter ſaneſcit quoniam dolores in profundo hærent, & propter ſuperjacentes vaſtos muſculos non bene penetrare poſſunt medicamenta

ſi diu-

si diutius durat ob summam debilitatem femoris, ac ligamenta quasi contracta in contracturam, sive motus immobilitatem, item in luxationem coxæ & claudicationem quandoque degenerat.

§. 18. Si natura deficit in expellendis & sequestrandis ⊖ibus ex corpore ipsiusque poris, per quos fieri debet evacuatio, item si externo frigore vel adstringentibus repellentibus topicis, & opiatis reprimitur materia peccans, gravissima sæpiusque lethalia producuntur symptomata, nimirum inflammatio ventriculi, intestinorum, cardialgia, colica convulsiva, epilepsia, catarrhus suffocativus, febris maligna putrida &c.

§. 19. In *Cura* medici intentio præcipua esse debet in *quovis* dolore Arthritico ut, ⊖*ia* ♀*ea peregrina lymphæ & sanguinis diluat, temperet, & per cutis poros, renes, &* *congrua evacuatoria decenter proscribat* II. *ut serum acre in in articulis hærens, non tantum dissipet, & ad evaporationem disponat*; verum etiam *partes dolentes, & spasmo affectas blande demulceat, dolorem ac spasmum sopiendo.*

§. 20. Quantum fieri potest, cito *prima regio expurganda* temperatis & lenioribus non nimis calidis, drasticis, acrioribus, quæ semper fere nociva deprehenduntur, utpote detersis primis viis observantur subinde paroxysmi, & dolores mitiores, talem in finem conferunt *infusa ex Rhabarbaro foliis Sennæ* s. st. &c. nonnulli præservationis causa mirifice commendant singulis mensibus *Emeticorum* usum quo acidum, viscidum, ac biliosum, quæ plerumque morborum chronicorum elementa constituunt, extirpetur.

§. 21. In paroxysmo omnia illa quæcunque apta sunt *inflammationem avertere spasmum dolorificium sistere, & ⊖ a heterogenea corrigere* atque per diaphoresin proscribere elegantissima sunt, ejusmodi generis sunt sequentes formulæ.

Rec. ♃ *Diaph. vel hujus loco*
Ceruss. ♃.
Lap. 69.
♁*nat. pp. aa.* ʒj.
⦶ *purif.* ℈ij.
Camph.
Theriac. cælest aa. gr. iiij.
M. d.

M. d. in doses 8. singulis 4. horis unam exhibendo, cum ▽ fl. tiliæ vel florum sambuci, item

Rec. ▽ *Fl. Samb.*
Acac.
Pap. errat.
Tiliæ. aa. ℥ij.
Diascord. Fracast. ʒjß.
⊕ *Purif.*
♁ *nat. pp. aa. ʒj.*
Syrup. pap. alb. ℥iij.
M. f. potio.

Singulis 3. horis hujus mixturæ possunt assumi 4. Cochlearia. Hæc enim non tantum dolorem sistit; sed & blandam diaphoresin procurat.

§. 22. Diluentia atque edulcorantia toto morbi decursu calide hausta saluberrimi erunt effectus. Ex hisce principem locum obtinet *infusum Veronicæ, herbæ Theæ, Betonicæ, chamædrios, serum lactis, decoctum rad. chinæ, scorzoneræ,* cura lactis cæteris paribus, specifica Arthritidis quæ etiam ad misceri possunt externe, & interne sunt lumbricalia *pulv. lumbricorum ⊖ vol. & ♎ eorum.*

§. 23. In omni Arthritidis specie, quando plethora adest vel ab intermissa sanguinis excretione naturali, aut artificiali malum oriatur statim in principio non procul a parte affecta applicata tam fine præservandi, quam curandi sacra est anchora.

§. 24. Observatum fuit vomitoria rite parata v. g. ♀ *emet.* ☿ *vit.* inter morbi initia data educendo insignem copiam humorum vitiosorum viscidorum per superiora & inferiora optatissimam opem attulisse, dolorem vel mitigando, vel plane tollendo, & hoc remedii genus maxime locum habet si cum anxietatibus, doloribus atque ardoribus circa præcordia, item cum nausea & oris amaritie malum invadit.

§. 25. In omni Arthritide maxime noxia sunt sudorifera calida ☍osa cum regimine sudorifero: quippe hæc ipsa dolorum faces magis accendunt & corpus debilitant.

§. 26.

§. 26. Lactis cura locum habere potest potissimum in Arthritide vaga dempta prius plehtora & alvo existente lubrica, nisi viscerum obstructiones graviores ejus usum impediant.

§. 27. Opiata nisi sudorem moveant vel cum sudoriferis mixta sint cautissime porrigenda præsertim in senibus & dolore fixo diuturno. Tunc enim valde debilitant: in dolorum autem atrocia & ætate existente juvenili robusta laudem merentur summam.

§. 28. Cum externis balneis, cataplasmatibus, Emplastris linimentis cautissime est mercandum, & convenit circa hæc cujusvis individui naturam & dispositionem scrutari quia non promiscue talia feliciter ferre queant ægri, & sæpe numero tutius est ab omnibus topicis abstinere, & leni tantum calore partem affectam fovendo atque ab aere externo linteis defendendo plus auxilii affertur quam per usum externorum.

§. 25. Circa topicorum usum hæc notari merentur, ut nunquam in principio morbi & ante sufficientem factam evacuationem & procuratam diaphoresin applicentur Tunc enim felicius operantur. Deinde cavendum est ab ominibus frigidis adstringentibus ⁰₀osis, pinguibus, & talia in usum vocari debent, quæ blandis effluviis mitigant ⊖ia ♀ea, & subtilitate sua partium poros aperiendo evacuationem materiæ peccantis procurant. Equibus sequens linimentum omni ferme in casu ab Hoffmanno efficacissimum deprehensum fuit.

Rec. ♀ ♀ *sati vel.*
♎ Lumbr. terrestr. ℥ij
⊖ vol. lumbr, ʒj
Camph.
Balsam. peruv.
⁰₀ NM. expr.
Pingued. Castor. aa. ʒjß
M.

Potest interdum addi axungia taxi vel sapo venetus: calide hoc partibus dolentibus inunctum instar incantamenti sistit dolores & contracturam omnem evertit in podagra fixa, item tophacea, tra ♀ vol. vel ♎ ⊖ ✱ cum ♆ paratus addito 🜄, & balsamo ♀ ziato

 miran

mirandam præstat efficaciam in declinatione dolorum si tumor adhuc superest cum quodam dolore Emplastrum hinum in chirurgia descriptum singularem effectum edit.

§. 30. Ad præservationem acidularum thermarum, & ♂tialium usus, moderata diæta, abstinentia a ♀e bacho, animi pathematibus, motus & exercitatio corporis sufficiens commendatissima sunt.

SECTIO III.

De affectibus spasmodicis.

CAPUT. I.

De

Spasmo eujusque speciebus.

§. I.

SPasmus est nihil aliud quam *vehementior constrictio fibrarum motricum nervearum musculosarum, conjuncta cum sensatione magis vel minus dolorifica, impediens sanguinis liberiorem circulum per partem affectam propter vasoru m & pororum compressionem & inde factam angustiam.*

§. 2. Subjectum spasmi sunt fibrillæ sive nervosæ sive musculosæ. Nerveæ si afficiuntur dolor magis est acutus & quasi tractorius. Si musculosæ magis gravativus & obtusus.

§. 3. *Causa* spasmi est fluidum nerveum, quod majori in copia influit in fibrillas membranaceo-nerveas & musculosas. Quando enim spiritus in majori copia, & magno impetu influunt in prædictas fibrillas, & tunc tonus præternaturalis augetur, & fit nimia fibrillarum abbreviatio, constrictio & latidutine sua distensio, a qua constrictione subjacentia vasa compressa redduntur, & proinde sanguinem nec debite accipiunt, nec debite per venas remittunt, sicque impeditur liberior sanguinis circulatio per partem spasmodice constrictam.

§. 4. Quoniam autem ipse sanguinis motus liber per partem affectam impeditur, necessario sequitur ut impetus sanguinis, quoniam partem affectam transire nequit, vergat ad vasa circumjacentia magis aperta & a spasmo libera, quæ tumidiora & turgidiora redduntur. Hinc facillima est ratio quare in affectibus spasmodicis vehementioribus ubi non peculiaria vasa, sed tota cutis aut viscus notabile spasmo afficitur, fiat congestio sanguinis impetuosa in certa parte, quam subsequi solet Hæmorhagia, quæ si non contingit dolores tensivi, obstructiones & inflammationes oriuntur.

§. 5. *Causam occasionalem* præbent omnia, quæcunque irritationem & vellicationem instituere apta sunt. Hinc acrimonia sanguinis semper respicienda erit. De cætero refrigerium, fustigatio lapsus terror paralysis facile ansam præbere solent affectibus spasmodicis testante experientia.

§. Spasmus est vel *universalis vel particularis*. Universalis 3. iterum admittit species quarum prima vocatur *Tetanus*, in quo universum corpus recta rigidum ac immobile permanet. Secunda vocatur *Emprosthotonus* in quo omnia versus anteriora incurvantur: tertia *Opisthotonus* in quo versus posteriora contingit inclinatio.

§. 7. Spasmus particularis observatur in membris v. g. manibus, pedibus, item in maxilla inferiore quæ sæpius ita constringitur, ut nulla vi diduci dentes queant vel quando os in *spasmo Cynico* ad utramqne aurem ac *in tortura oris* facies cum labiis ad latus detorquetur.

§. 8. *Diagnosis* horum morborum non est difficilis, & vix indigemus aliis signis quam hactenus traditis. Affectus enim ipsi vel ab ægrotantibus referuntur vel ex inspectione & contrectaione innotescunt.

§. 9. Circa Tetanum tamen videtur difficultas aliqua remanere utpote qui facile cum syncope confundi potest ob similem in hac artuum rigidatem: facile autem se extricabit medicus, modo ad sensus tam externos, quam internos attendat. Salvos namque ac integros reperiet illos in Tetano secus in Syncope.

§. 10. *Cura* spasmi tam universalis, quam particularis semper *requirit causarum procatarcticarum atque occasionalium remotionem.* Si itaque *humorum acrimonia* in causa est, adhibenda sunt temperantia,

 demul-

demulcentia leniterque evacuantia non omissis tamen nervinis, & antispasmodicis.

§ 11. In spasmo ex Paralysi adhibenda sunt antiparalytica: Si vero ex vulnere aut contusione originem habet spasmus externe commendatur ℴℴ *chamomillæ anethi, lini, Hyperici, cum balsamo peruviano* vulneribus ipsis instillatum vel saltim externe applicatum.

§. 12. V. S. Si *plethora* adest nunquam intermittenda: si vero ætas, & vires, aliaque contra indicantia V. S. non admittunt cucurbitulis utendum est cum scarrificatione.

§. 13. *Evacuantibus* per alvum non incommode *admiscentur antispasmodica* in primis ex castoreo parata, quæ in affectibus spasmodicis purgantium efficaciam mirum in modum adaugent.

§. 25. *Fine revulsionis* adhiberi possunt *clysteres* etiam fortiores, item *frictiones* cervicis, spinæ dorsi, nec non *vesicatoria* quæ omnia egregiam locant operam, si non omittantur interna causam occasionalem respicientia.

CAPUT. II.

De

Malo Hypochondriaco.

§. 1.

MAlum Hypochondriacum est *affectus spasmodicus, syndrome gravissimorum symptomatum stipatus ex vitio viscerum abdominis originem trahens.*

§. 2. Syptomata Hypochondriacis familiaria sunt ardor, inflatio, fluctuatio, dolor tensivus & gravativus sub costis spuriis, tormina & cruciatus ventris, ructus acidi, flatuum copia, alvus adstricta, anxietas præcordiorum angustia, respirandi, dolor constrictivus thoracis, cordis palpitatio, tremores artuum, phlogoses, capitis dolor Melancholia sive tristitia sine causa, phantasia perversa, vertigo, urina plerumque tenuis & alba interdum nimis rubicunda, vomitus virides, interdum acidissimi, dolor tensivus, & inflatio maxime sinistri hypochondrii.

§. 3.

§. 3. *Causa originalis* affectus Hypochondriaci est impeditus sanguinis motus per viscera abdominis, unde stagnante sanguine in Vena portæ, ejusque ramis vappescentia, acredo, & corruptio provenit & sanguis crassus, ac densus evadit. Hinc non tantum vitiatur lympha stomachalis intestinalis, ac pancreatica, quæ alimentorum digestioni præest; verum etiam a sanguine copioso impuro circa abdominis viscera stagnante spasmodici motus effrenes suscitantur, a quibus reliqua omnia symptomata, actiones corporis deturbantia deducuntur.

§. 4. Malum Hypochondriacum habet suos paroxysmos qui cum quadam commotione febrili nec non spasmodicis & convulsivis pathematibus tragœdiam suam ludunt, & tunc temporis symptomata superius recensita in conspectum veniunt. Hi vero paroxysmi tempore vernali, & autumnali aggrediuntur, & maxime circa solstitium hybernum apparent.

§. 5. Hic affectus valde familiaris est phlegmaticis, melancholicis, & qui habitus corporis sunt laxioris, spongiosioris viriumque defectu laborant, vitæ sedentariæ, ac meditationibus indulgent, præsertim quando Diæta dura, crassa & larga utuntur, acidis delectantur, parum bibunt, tristitia, & curis detinentur, & ante omnia qui ex præcedenti gravi morbo, febre tertiana & magis adhuc quartana convalescunt.

§. 6. Signis specialioribus in hoc affectu cognoscendo non indigemus, sufficiunt symptomata superius tradita. Ne vero hic affectus confundatur cum Colica convulsiva sciendum est Colicam convulsivam raro comitem habere palpitationem cordis, vertiginem, spirandi difficultatem, anxietatem oppressoriam, & facilius curari posse: affectionem Hypochondriacam vero malum esse chronicum difficilioris sanationis.

§. 7. Ratione *prognoseos* affectus noster diuturnus esse solet, & plerumque insanabilis, si radices egerit per graviores viscerum obstructiones; periculo tamen utplurimum vacat, quamvis symptomata videantur crudelissima, nihilominus sæpius terminatur propter excessum in diæta & rebus non naturalibus, nec non in personis imbecillioris naturæ in Hecticam, vel Hydropem.

§. 8. Dispositum etiam hoc malum est experientia teste ad concipien-

concipiendum contagium malignarum febrium, & graviter etiam tunc ejusmodi subjecta laborant.

§. 9. Hypochondriaci quando ad ætatem perveniunt, & annum quinquagesimum & ultra attingunt utplurimum Nephritici, aut Arthritici fiunt & illorum habitus gracilior, ac macilentior transit in pleniorem, & crassiorem, & tunc incipiunt symptomata mitescere.

§. 10. Qui ex malo Hypochon driaco moriuntur, decedunt vel Hectica præsertim si personæ sint sicciores macilentæ, tenerioris constitutionis, vel tumoribus œdematosis sive Hydrope si corpulentiores.

§. 11. *Cura* vel *adversus paroxysmum* vel *adversus redicem mali dirigenda est. in paroxysmo* cum morbus sit spasmodicus effrenis, & tumultuarius *spirituum motus componendus, acrimonia humorum demulcenda*, & *blanda diaphoresi humores peccantes educendi*. Talia præstant *elixiria antispasmodica, pulveres antepileptici, atque mixturæ diaphoreticæ.*

§ 11. Præterea in paroxysmo opem præstantissimam ferunt. sicuti in omnibus affectibus convulsivis spasmodicis, ita & in hoc, enemata carminativa & emollientia, *clysteres pure* ℴℴ *osi* vel si hæc non operantur *stimulantes ex* ⊖*ibus.* In omni enim morbo spasmodico alvus semper debet esse aperta.

§. 13. Linimenta nervina antispasmodica anodyna & carminativa regioni abdominis, spinali medullæ aut affectis dolore partibus calide inuncta sensibiliter auxilium ferunt: cujus generis sequens est.

Rec. ▽ *Anhalt.* ℥j
E. E succini.
Castorei.
♌ ⊖ ✱
Vini camph. aa. ʒj.
Balsami peruviani
N. M.

§. 4. Præterea corpus in blanda diaphoresi tenendum est, quod præstant infusa calida *herbæ Theæ, Veronicæ* evitatio aeris frigidioris, ciborum acidorum &c.

§. 5.

§. 5. *Extra paroxysmum* talia sunt adhibenda, quæ *benigne*, & *leniter sanguini* atque humoribus spirituascentiam inducunt. Hoc præstant absorbentia inprimis *♂tialia vel sola, vel cum ⊖ibus abstersivis* maritata, secundo *balsamica temperata* resina blanda ♀ea prædita, qualia sunt *extracta amara* & *gummata* aloes Myrrha, gummi ⚹ cum hederæ succinum &c. item aromata temperata *Crocus Zedoaria nuccista, maces, cortices citri, aurantiorum*, ex quibus *Elixiria balsamica* quale describitur ab *Hoffmanno in notis ad poterium p.* 186. vel etiam pilulæ formandæ harumque usus debita dosi satis diu continuandus, tertio *⊖ia volatilia* ☍osa quale est *Syvii*, *CC.* ☍ *macis impregnatum*, item ♌ ⊖⚹ *vinosus cum tra* ♀ mixtus additis ☍is carminativis *Chamomillæ, anisi, corticum citri*, quæ commodissime adhibentur cum cibo, 4. diluentia qualia sunt acidulæ thermæ habito semper respectu ad ipsa individua, & illorum naturam an talia ferre queant, nec ne? item infusa calida *herbæ, Veronicæ, Betonicæ, Theæ, corticum Sassafras &c.*

§. 6. Semper felicius succedit cura tempore vernali vel æstivo. Tunc enim natura est vegetior & humores sunt mobiliores.

§. 7. Abstinendum ab omnibus violentis drasticis remediis v g. purgantibus Emeticis sudoriferis calidis, & præstat semper in stare temperatis illorumque usum ad longum tempus continuare. Crebra enim medicamentorum mutatio in hoc malo pessima.

§. 8. Attendenda sunt subjecta si cholerica sunt & acres humores in sanguine fovent ab omnibus calidis ⊖ibus volatilibus, item ab Elixiriis & essentiis balsamicis abstinendum, & potius pulveres fixiores absorbentes ☽osi, leniter evacuantia, diluentia acidulæ conveniunt, secus accidit si multum acidi excessivi in cavitate ventriculi, & intestinorum subsistit ubi ⊖ia volatilia & ♂tialia conveniunt, semper tamen parva & sæpius reiterata dosi.

§ 9. Eo respiciendum ut alvus servetur aperta sive per clysteres pro uti superius monitum, sive per potum copiosum, sive per acidum absorbentia lap. 69. ☍♀ per deliquium, Tram ♀, quæ in hypochondriacis sæpius alvum melius servant lubricam, quam laxantia vel purgantia.

§. 10. Imperandus & commendandus est omni studio motus corporis æquabilis, vires non prosternens ut equitatio, vectura. Dici enim vix potest quam efficax crassi sanguinis sit medicina motus

corporis ,ubi tamen tenendum est, quod non nimis vehemens statim in principio existere debeat,sed successive augeatur & ante pastum instituatur, alvo aperta existente & in corpore non plethorico.

§. 11. Hypochondriaci quando vasorum turgescentia adest, & inprimis si antea asveti fuerint sanguinis excretionibus aut naturalibus aut artificialibus, omni anno venam aperiri curent: graviora enim semper procedunt pathemata spasmodica , si sanguis exsuperat, deinde etiam sanguinis portione evacuata reliquus sanguis eo facilius per convenientia remedia corrigi potest.

§. 12. Non multum mutanda sunt remedia , quod alias valde solenne est Hypochondriacis; sed potius diu continuandum cum accurato regimine in Diæta : in hac autem vitent omnia acida, viscida frigida legumniosa, flatulenta nimis spirituosa : copiosus etiam cibus valde nocet, vinum temperatum optimum paucum tamen in cibis conducit, cerevisiæ sint temperatæ, non feculentæ.

§. 13. Carminativa balsamica , ⊖ia volatilia °°osa optimo consilio sumuntur inter cibos. Ita enim spirituascentia blanda chylo inducitur, flatus dissipantur, & fixa aciditas corrigitur.

§. 14. Omnia quæcunque genus nervosum solantur, & penetrans ⊖ volatile ♀eum vel balsamicam resinam secum fovent prudenter exhibita inter ipsos cibos etiam ex alimentorum genere tonum intestinorum roborando,qui valde est languidus in Hypochondriacis, sæpius plus prestant quam optima remedia concentratiora.

CAPUT III.

De

Affectu Hysterico.

§. 1.

Quod malum Hypochondriacum est in viris, illud in sexu sequiori est *affectio, Hysterica* modo quod truculentiora complicata sint symptomata. Quoniam fœminarum genus nervosum debilius or-

dinario

dinario possident, & ad plethoram impuram propter mensium fluxum magis sunt proclives.

§. 2. Hic affectus differt pro concurrentium symptomatum diversitate. Aliquando enim suffocatio & respirationis læsio levis est, & cito solvitur, aliquando gravior cum syncope sive sensus, ac motus imminutione, aliquando gravissima ubi fœmina respiratione, sensibus omnibus, & motu privatur, & mortua quasi jacet.

§. 3. Symptomata differunt prout ipsa subjecta & dispositiones sanguinis variant, & malum recens vel inveteratum est, vel rarius vel frequentius paroxysmi accidunt.

§. 4. Obnoxiæ sunt huic malo plerumque fœminæ vitæ sedentariæ, constitutionis tenerioris, temperamenti melancholici pituitosi, item cholerici indulgentes acetariis, lacti dulcib⁹ unde subnascitur mensium suppressio, quæ hujus mali genetrix est certissima. Testatur etiam experientia fœminas activioris ingenii, sensibilioris texturæ ad ♀ proclives frequentius corripi hoc affectu, quam torpidiores, carnosas, atque obesas.

§. 5. Nihil magis accersere & proritare potest paroxysmum Hystericum quam ira terror & usus suaveolentium in non asvetis sensibilioris texturæ ad ♀ proclivibus.

§. 6. Cognoscitur hoc malum ex respiratione difficili, interdum suffocatoria anxietate præcordiorum maxima, cardialgia syncoptica, inflationibus & torminibus ventris dolorificis, aluoque constricta, & facium constrictione ac palus ori atque palato esset infixus.

§. 7. Paroxysmi Hysterici invadere solent cum extremorum frigore horripilatione, pandiculatione, quibus succedit calor præternaturalis cum pulsu celeri.

§. 8. Extra paroxysmum laborant flatulentiis, phlogosi, Vertignie, ardore & inflatione dextri vel sinistri Hypochondrii lassitudine, alvo adstricta, ructibus, vomitibus acidis, capitisque doloribus.

§. 9. Terminantur utplurimum paroxysmi sudore, ructuum & flatuum eruptione, quandoque etiam vomitu.

§. 10. Hystericum malum periculi expers est, nec facile moritur fœmina hac passione correpta. Lethalis autem fieri potest, si

 transit

transit in phtisin, hecticam, Hydropem vel etiam in Epilepsiam & omnes morbi Hystericis supervenientes evadunt periculosiores & malignum ingenium inducunt.

§. 11. Probe observet medicus præsertim junior ne statim periculosum judicet paroxysmum Hystericum. Sæpius enim decipiuntur medici cum putant instare mortem, in nullo autem morbo magis se commendare & admirabilem sistere poterit medicus, quam in hoc ipso.

§. 12. *Cura alia in, alia extra paroxysmum erit instituenda. In paroxysmo spasmi solvendi & symptomata mitiganda*, hinc primum obtinent locum discutientia, qualia sunt volatilia ℴℴosa penetrantissima naribus applicata v. g. ♌ ⊖ ✱ simplex vel vinosus vel *cum ♆ paratus* cum ℴℴ *succini rata & EE. castorei mixtus*, si vero hæc non sunt ad manum accendi possunt *plumæ ungues, ossa animalium vel suffumigia* possunt parari ex *asafœtida, sagapeno*, quæ idem præstant quod ⊖ ia volatilia Juvat etiam ori infundere mixturam ex aquis antihystericis *melissæ menthæ pulegii fœniculi* addita *EE. castorei* & momento *camphoræ*.

§. 13. Deinde m. alvus aperiatur clysteribus discutientibus paratis ex radice *Angelicæ baccis lauri junip. semine levistici anethi herbæ Hormini, floribus chamomillæ Romanæ, addito* ♉ *camphorato atque Ess.* Castorei, vel possunt applicari *clysteres mere* ℴℴ*osi.*

§. 14. Interne propinari possunt, carminativa & discutientia, qualia sunt ♌ ⊖ ✱ *castoreo imprægnatus cum Ess.* succini & aquis carminativis, non reperitur autem præstantius hystericum antispasmodicum quam ⊖ *vol.* ℴℴ *osum* penetrans *cum opio mixtum*. Possunt etiam adhiberi *pulv. antepileptici, Bezoardici, absorbentes cum extracto Castorei* & granis aliquot *theriacæ cælestis.*

§. 15. Quando spasmodicæ constrictiones umbilici retractiones colicæ convulsivæ, & cardialgiæ præsentes sunt *Emplastra antihysterica* ex gummatibus v. g. *ex sagapeno Galbano, Myrrha, tacamagaca, succino camphora*, & *balsamo peruviano* composita abdominis regioni applicari debent.

§. 16. Extra paroxysmum a malo præservant ♂*tialia, thermæ accidulæ carminativa, stomachica*, alvum lubricam servantia, omniaque quæ in antecedente capite de malo Hypochondriaco sunt dicta.

§. 17.

§. 17. Cum volatilibus caute mercandum in personis cholericis, biliosis tenerioris texturæ, scorbuticis quorsum m. spectant camphorata.

§. 18. A lacticiniis, acidis, frigore, & fructibus horæis abstineant sedulo fœminæ tam in, qnam extraparoxysmum.

§. 19. Non melius ac tutius remedium præservans ac curans datur, quam clyster, quo alvus quotidie si occlusa est apperiatur.

§. 20. Opiata refracta dosi magis propinanda, quam integra quia licet symptomata mitigent obstructiones tam alvi, quam viscerum pertinaciores reddunt. Hinc fine præservationis pilulæ Wildegansianæ, Starkianæ caute sunt adhibendæ.

CAPUT IV.

De

Scorbuto.

§. 1.

SCorbutus est *morborum spasmodicorum, si altas egerit radices gravissimus & nihil aliud quam sublimior gradus mali Hypochondriaci, origem habens ex maxima sanguinis succorumque vitalium impuritate facundissima gravissimorum sæpe diversorum & contrariorum morborum matre*, sicut enim causæ differunt scorbuti ita etiam diversa excitantur & complicanrur symptomata.

§. 2. Scorbutus a practicis distinguitur in *calidum & frigidum.* Hic dicitur quando tota M. S. rarefactione quasi defluit, & scoriis biliosis ⊖nio-♀eis volatilibus referta est. Hic quando sanguis compactus viscosus crassus, acidis atque terrestribus particulis stipatus est.

§. 3. Distinguitur porro in *benignum, & malignum.* Benignus est, quævis impuritas sanguinis acido-viscida, vel ⊖so-bilosa & hæc a veteribus cacochymia dicitur a qua nullus ferme hominum impunis est, nasciturque ex obstructionibus emunctoriorum & secretionibus excrementorum præsertim sudoris suppressis. Malignus dicitur ubi impuritas ⊖ino caustica est, & in majori gradu, & copia, ubi sanguis

 fit

fit vappidus, ⊖iacopiosa & corrosiva cumulantur, ♌ animales depravantur & dissipantur unde symptomata gravissima oriuntur, & hoc malum magis est endemium, regionibus septentrionalibus & locis maritimis commune.

§. 4. Symptomata scorbutum concomitantia sunt innumera & vix describi possunt omnia, quamvis non omnia in omnibus concurrant. Præcipua autem sunt sequentia: In principio hujus mali vix de ulla alia molestia conqueruntur ægrotantes præter quam quod lassitudinem aliqualem & leviorem pruritum in cute percipiant. In augmento, ac statu accedunt cephalalgiæ plus minusve pertinaces, phlogoses, Hæmorrhagiæ narium, aut uteri enormes, dolores lancinantes non modo circa regionem dorsalem sed etiam in ipsis intestinis, tibiis aliisque partibus externis, & internis, & hi non raro in paralysin, contracturam & contabescentiam vel totius corporis vel partis cujusdam terminantur, præterea anxietas præcordiorum summa adest, quam lypothimia vel convulsivi affectus in viris, & Hystericæ passiones in sexu sequiori excipiunt.

§. 5. Tandem & gingivæ experiuntur hujus morbi tyrannidem, dum sanguinem vix attactæ ubertim plorant, & brevi tempore eroduntur & putrescunt cum summo oris fœtore, nec corporis peripheria immunis est, inquinatur siquidem illa maculis quam plurimis præsertim circa tibias, & brachia rubicundis lividis, aut violaceo colore conspicuis, vel horum exanthematum loco erumpunt pustulæ & varia ulcera cacoethica, sæpius Gangrænam imitantia.

§. 6. *Causa* Scorbuti est discrasia sanguinis, atque humorum acidosalsa vel ♀ea fixa, vel etiam ♀ea biliosa volatilis, quæ ab in farctu emunctoriorum & impedita secretione dependet. Quando enim emunctoria infarciuntur & obstipantur particulæ heterogeneæ, mucidæ, ⊖inæ volatiles ♀eæ summe corruptibiles in sanguine remanent ipsum inquinant, nutritionem impediunt, commotiones spasmodicas & dolorificas inducunt & animæ functiones lædunt, quapropter hic morbus non immerito dici meretur ⊖inus.

§. 7. *Causa occasionalis* potissimum querenda in aeris vitio quando nimirum est impurus humidus vappidus. Hinc ex Europæis Belgæ-

maris

maris Baltici accolæ, & navigantes, item qui loca paludoſa inhabitant Epidemico vexantur ſcorbuto.

§. 8. Ad frigidum inſpecie proclivis eſt conſtitutio ſanguinis phlegmatico melancholica, habitus corporis laxior interdum m. ſtrictior, item ſenectus, occaſionem adaugent excretionum ſanguinis ordinariarum ſuppreſſiones, nimius mœror triſtitia, uſus viſcoſorum acidorum induratorum, uſus lactis nimius una cum acidis.

§. 9. Calidus præcipue cholerica ſubjecta aggreditur & augmentum ſumit ex abuſu ſpirituſorum liquorum aromaticorum, & animi affectuum.

§. 10. Signa pathognomonica Scorbuti potiſſimum præbent dolores lancinantes vagi gingivarum cruentationes, & eroſiones ⊖ſedo ſalivæ, maculæ ſcorbuticæ, urina aurei coloris vel rubicunda cum ſedimento ſimul rubro vel etiam albo matulæ parietibus adhærente.

§. 11. Scorbutus frigidus inſpecie cognoſcitur ex laſſitudine ingenti corporis, & dolore gravativo capitis atque membrorum, pulſu debili, urina interdum lixivioſa quandoque pallida, maculis hinc inde in corpore conſpicuis lividis magnis, pectoris anguſtia, halitu fœtido, ſubinde accedit palpitatio cordis præſertim in fœminis, item contumax alvi adſtrictio, urinæ ſuppreſſio, menſium & Hæmorrhoidum emanſio, habitus corporis eſt carnoſus & pallidus & partes extremæ ſæpius tentantur exulcerationibus tumoribus œdematoſis, præterea Rheumatiſmi, in muſculis dolores fixi & ſæpe numero contumaces in artubus ægrotantes vexant.

§. 12. In ſcorbuto bilioſo, ſive calido ſymptomata obſervantur intenſiora, periculoſiora, nimirum dolores artuum tam vagi, quam fixi atrociſſimi cum phlogoſi, pulſu celeri, commotione febriculoſa, cephalalgia ſumma ſiti hæmorrhagiis, exulcerationes in partibus deprehenduntur magis corruptivæ profundius inſidentes, quæ non ſolum gingivalem carnem conſumunt exedunt, & putredine corruptiva fœtida imbuunt, verum m. ipſas fauces & palati oſſa una cum uvula depaſcunt, ut hac ratione ſcorbutus difficillime ſæpius diſtingui queat ab ipſa lue ♀erea, deinceps etiam ſcorbuto bilioſo affectis hæmorrhagiæ nimiæ familiariſſimæ ſunt, urina ordinarie eſt ſa-

turate

turate rubicunda, febres sæpius cum maculis non sine malignitate invadunt ægrotantes ita ut petechiales imitentur.

§. 13. *Indicationes curatoriæ* sunt I. *ut symptomata in ipso paroxysmo occurentia mitigentur.* II. *ut sanguis, atque humores edulcorentur, & ⊖ibus excrementitiis priventur.* III. *ut obstructiones emunctoriorum & minutissimarum glandularum, ubi radix mali residet convenientibus remediis tollantur.*

§. 14. Quomodo hisce indicationibus satisfaciendum sit constabit ex superioribus ubi de cacochymia scabie, lue ♀ea, Arthritide, & malo Hypochondriaco actum est. *Primæ nimirum indicationi satisfaciunt anodyna præcipitantia* humorum acrimoniam temperantia, blanda diaphoretica, diluentia, sanginis revulsiones vel m. sanguinearum excretionum provocantia, idque propter dolores spasmos & commotionem febriculosam.

§. 15. *Secundæ indicationi* satisfaciunt diluentia, qualia sunt aquæ destillatæ ex herbis sic dictis sanguinem depurantibus *scabiosæ Veronicæ, hedræ terrestris scordii cardui benecti, fumariæ Cent. min. agrimoniæ, marubii vel* in copia haustæ vel impregnatæ *tra ♂tiali,* ita enim acidulas æmulantur deinde *ipsæ acidulæ Schvvalbacenses Dinchsteinenses, Selterfenses, vel etiam serum lactis caprini* quod vel solum, succis herbarum antiscorbuticarum *cochleariæ nasturtii, beccabungæ &c.* associatis in paulo largiore quantitate ad aliquot m. menses assumptum non tantum humores acres demulcet, verum m. per urinam educit, in scorbuto bilioso m. lac ipsum cum in fuso herbæ Theæ Veronicæ, sæpius præstavit tissimum item emulsiones artificiales & decocta demulcentia ex *rasura CC. radice chinæ, liquiritiæ, ejusmodi* decocta, matutnio tempore calide assumi possunt in quantitate expectando lenem diaphoresin frigide vero inter cibos loco potus ordinarii, præterea ⊖sos acres humores dulcificant pulveres absorbentes præcipitantes atque ⦶osi.

§. 16. *Tertiæ indicationi* quæ consistit in reserandis obstructionibus iterum satisfaciunnt *♂tialia* tam in forma sicca, quam liquida adhibita, & præter hæc ♅ialia rite parata non nimis fixa, sed potenti virtute humores resolvendi adhuc prædita: cujus generis sunt *regulus ♅ medic. panacea Connerdingiana ipsum ♅ crudum* saltim in △ sæpius liquatum, & extinctum *Tr. ♅ acr. rite parata:* quæ cuncta decenti & refra-

refracta dosi adhibitia cum debito regimine, tempore matutino sumpta mirifice obstructiones tollunt, leniter quandoque salivam movent, interdum fortiter sudorem, & urinam pellunt, sæpius etiam nauseam, & vomitum creant, & magnam efficaciam in propulsandis chronicis & rebellibus morbis obtinent ☿*ialia rite præparata* ♁ ♄ *nativa* ☿ *d.diaph*, ☉*aris* tandem obstructiones tollunt, & viscidos humores incidunt, & attenuant gummata ⊖e vol. ℅oso prædita v. g. *gum.* ⁎ *galbanum, Myrrha, opponax , bdellium* item herbæ antiscorbuticæ ⊖e vol. penetrante præditæ, quales sunt *cochlearia nasturtium , trifolium fibrinum, piperitis, tracunculus hortensis, cent. minus, chelid. maj. radix armuratiæ, semen Erucæ, cochleariæ. &c.*

§. 17. ☿ialia cautissime exhibenda sunt, & non nisi refracta dosi & correcta præmissis eduliorantibus, & evacuantibus, & potissimum conveniunt in scorbuto frigido: quod etiam intelligendum de gummatibus, & plantis antiscorbuticis.

SECTIO IV.

De Motibus convulsivis.

CAPUT. I.

De Eilepsia.

§. 1.

CONvulsio est *violenta contractio, & subsequens relaxatio partium nervearum, & musculosarum, orta ab irritatione membranarum nervosarum exquisitissimo sensu præditarum, quam statim subsequitur copiosior influxus non solum spirituum ; sed etiam ipsius sanguinis.*

§. 2. Differt convulsio, sive motus convulsivus a spasmodico, quod in hoc saltim vehemens partis constrictio, & contractio adsit: in illo autem & violenta constrictio & subsequens relaxatio.

§. 3, Convulsio distinguitur in *universalem, & particularem.* Universalis est, quando omnes corporis partes constrictione, & relaxatione corripiuntur, sive ubi totum systema nervosum & musculosum patitur, motuque inordinato agitur, & dicitur *Epilepsia* sive *morbus caducus.* Particularis audit, quæ hanc vel illam partem occupat adjacentes tamen facile in consensum rapit.

§. 4. Variæ apud practicos occurrunt Epilepsiæ differentiæ: præcipua tamen hæc solet esse ubi distinguitur in *idiopathicam, & symptomaticam.* Idiopathica est, quando primario afficitur cerebrum, quod nervorum principium, & spirituum animalium fons existit. Symptomatica dicitur, quæ causam habet extra cerebrum v. g. in dentitione infantum difficili, odontalgia, passione hysterica &c.

§. 5. Porro alia Epilepsia est *hereditaria, alia adscititia*, alia denique *chronica*, alia denique *incipiens*, & per breve temporis spatium durans.

§. 6. *Pars primario affecta* in Epilepsia idiopathica est cerebrum, & in specie ipsius dura mater. In nervis enim omnium anatomicorum & philosophorum consensu proprie nullus existit sensus, sed tantum in nerveis membranis. Talis solet esse dura mater, quæ cerebrum non tantum investit, sed & ad omnes corporis partes cum nervis vergit, ac non solum musculos, verum etiam ossa cingit: unde non immerito a veteribus dicitur mater, quia ab hac ceu matre omnes reliquæ membranæ nerveæ originem trahunt.

§ 7. Hæc membrana si irritatur in capite aut a sanguine subsistente putrefacto, aut ab alia materia purulenta, quæ frequentius colligitur in læsionibus cerebri a causa externa fracturis, gravi contusione, aut a sero acri bilioso, aut sero mucoso, vel etiam a copia sanguinis in duram matrem impulsi, ibique stasin, & quandam inflammationem molientis oritur Epilepsia universalis, quoniam irritatio in capite contingens per consensum etiam in reliquis corporis partibus oritur.

§. 8. Symptomatica sedem primariam magis habet extra cerebrum, quando nimirum vellicatio contingit a spasmo atque dolore sicuti fit in dentitione difficili, Cardialgia, Passione hysterica, dolore ex luxatis vertebris, Odontalgia, Calculo, Colica &c. vel causa est sanguinis nimia effervescentia, acredo vel congestio ad caput in Variolis Morbillis, & in varii generis febribus præsertim acutis, & malignis.

§. 9. Epilepsia chronica utplurimum est hæreditaria raro tamen idiopathica, ubi nempe causa materialis latitat in ipso cerebro; sed ortum potius habet ex spasmis habitualibus partium externarum, quorum beneficio sanguis intemperatus viscosus acri charactere notatus

tatus cum impetu ad caput delatus certis periodis constrictionem duræ matris vehementissimam, & sic compressionem violentam cerebri, et medullæ spinalis causatur non sine tumultuario spirituum in partes musculosas totius corporis influxu subsequente. Si enim spasmi in locis extra cerebrum cessant, cessat etiam paroxysmus.

§. 10 Ordinario ad Epilepsiam proclives sunt personæ humidioris constitutionis, habitus corporis laxioris, infantes, pueri, fœminæ sero superfluo excrementitio abundantes, præsertim cachecticæ, raro enim conspicies Epilepticum, qui non sit cachecticus. Præterea & illi, qui genus nervosum debile habent, doloribus gravioribus spasmodicis assueti sunt, uti sunt hystericæ, Hypochondriaci facile corripiuntur Epilepsia.

§. 11. A suppressis evacuationibus sanguinis ordinariis, mensium Hæmorrhoidum, item a retropulsis Variolis, Scabie, Tinea capitis, infantibus in ulceribus antiquis cito compressis, vel coalescentibus frequentissime hoc malum accidit. Nihil autem magis contribuit ad generationem hujus affectus, quam dispositio hæreditaria & præposterus affectuum usus maxime terroris, iræ, Veneris.

§. 12. Singulare est quod certis ☽ phasibus auscultet quoque hic affectus. Plerumque enim circa plenilunium suas habet exacerbationes. Densior enim, & compressior tunc temporis athmosphera transpirationem impediendo, copiosam seri excrementitii collectionem in vasis causatur.

§. 13. In infantibus ex lacte corrupto, & coagulato, cujus indicia sunt excretio fecum viridium, item ex copia vermium in intestinis stabulantium, nec non ex gravi terrore, qui nutrici supervenit frequentissime gignitur Epilepsia.

§. 14. Imminentem paroxysmum patefaciunt vertigo subitanea, aurium tinnitus, capitis gravitas, sensuum hebetudo, variorum colorum, ac splendorum apparitiones, nervorum trepidationes, cordis palpitatio.

§. 15. Signa præsentis Epilepsiæ sunt subitaneus corporis lapsus cum extinctione sensuum tam internorum, quam externorum, violenta contractio membrorum, inprimis pollicum intra manus, membrorum contorsio, violenta jactitatio, ejulatus, spuma oris,

quæ tamen non semper adest; sed tantum in pessima & periculosa. In graviore Epilepsia ob sphincteres resolutos, & convulsos etiam urina, & excrementa quandoque involuntarie profluunt. Interdum etiam semen emittitur.

§. 16. Levior Epilepsia est, & per consensum ab aliis partibus orta quando præsentiunt ægri ex certa corporis parte vel manus, vel pedis digito sensum frigidæ auræ ascendentis per dorsum ad cor, & caput: quo tempore ipsi etiam violentiam paroxysmi sentientes in ∀ procumbunt, ut evitare queant periculum: deinde subsequitur spasmus, & contractio præcordiorum. Immobiles jacent sine sensu: interdum tamen recordari possunt omnium quæ in paroxysmo facta sunt. Pollices porro constringuntur, rotatio fit oculorum, percipiuntur borborigmi, flatus in abdomine. Sponte deinde ad se redeunt sed magnam membrorum gravitatem percipiunt, angustiamque circa cor. Et hæc facilioris est curationis non adeo periculosa, nasciturque plerumque ex hypochondriorum vitio.

§. 17. Epilepsia levior facile cum lypothimia, & Caro confunditur. Attendendus erit itaque pulsus, qui parvus, & rarus in his: in Epilepsia vero fortis & frequens observari dicitur: neque etiam Carus similesque affectus soporosi periodico recursu ut Epilepsia redeunt, nec tam facile cedunt.

§. 18. Epilepsia chronica licet a multis annis duret, in dies etiam invadat, & ultra adolescentiæ annos duret, si non hæreditaria curabilis est certis specificis. Idiopathica specificis non obsecundat, nisi talia adhibeantur, quæ sanguinem extravasatum, vel serum corruptum tollunt.

§. 19. Epilepsia hæreditaria nunquam vel raro remediis cedit, præsertim si simul chronica fuerit: & quando à prava conformatione cerebri originem habet tolli nunquam potest.

§. 20. Epilepsia quæ ex doloribus, & morbis acutis provenit, vel citra omne periculum est, vel cum maximo periculo conjuncta. Si in exordio contingit extra periculum si in morbi statu periculi plena. Et hæc non curatur, nisi sublato morbo principaliori.

§. 21. Periculosissima est Epilepsia quando paroxysmum mox alter paroxysmus sequitur. Illa enim, quæ per longa intervalla revertitur non tantum periculi habet conjunctum.

§. 22.

§. 22. In infantibus plerumque funestum signum esse solet, si in paroxysmo aliquoties deponunt alvum.

§. 23. *Cura alia in, alia extra paroxysmum est instituenda.* *In paroxysmo* ante omnia *æger excitandus* remediis ♌tuosis ad nares applicandis, vel illorum infusione in os, aut inunctione spinalis medullæ. Excellit hoc fine balsamum vitæ, vel solum, *vel* ♌ ⊖ ✱ roboratum, vel in ejus defectu substitui potest sequens remedium.

Rec. ▽ *Anhalt.* ℥ß.
♌ ⊖ ✱ ʒj.
oo ♋ *rut.*
Cinamom. aa. gtt. vj.

§. 24. Præterea *pollices ex manibus extrahendi, & partes blande detinendæ*, ne motu vehementi lædantur. *Os* porro *aperiendum*, & sequens vel similis mixtura infundenda.

Rec. ▽ *Ceras. nigr.*
Lil. convall. s. vino aa. ℥ij.
♌ ⊖ ✱ *succinati* ʒj.
♁ *nat. pp.* ʒß.
Syr. papav. errat. ℥ß.

M. & infundantur 3. vel 4. cochlearia.

§. 25. Inungi deinceps debet tota spinalis medulla in infantibus qui colica convulsiva laborant, & abdomen sequenti unguento.

Rec. *Axung. tax.*
Human.
Pingued. castor.
oo *N. M. aa.* ʒiij.
▽ *Anhalt.* ℥j.
♌ ⊖ ✱ ʒiij.
EE. castor. ʒj.
Bals. peruv. ʒß.
oo *rut.* ℈ß.

§. 26. *Extra paroxysmum* dirigenda sanatio est ad *ipsas causas.*

Si ab externa læsione in cerebro facta vel inflammatione, vel abscessu & cerebri corruptione aut seri extravasatione, & præcedente affectu soporoso malum provenit parum spei ad reconvalescentiam superest, sequentia tamen quandam spondent opem.

Rec. *Pulv. caryoph.*
Cubeb.
Cardamom.
N. M. aa. ℥j.
Succin.
Benzoes
Storac. aa. ℥ß.

M. f. sacculus calide capiti raso imponendus.

Rec. 🜔 ♄ *vel nat. ʒij.*
⊖ *Succini volat.*
CC. aa. ʒß.

M. f. pulv. cujus dosis est ʒß. qui singulis 4. horis offerri potest c. 🜄 lil. convall. simpl. vel vinosa.

§. 27. Alvus sit aperta in omni Epilepsia, quod commode fit clystere stimulante, & qui ex herbarum cephalicarum decocto paratus est.

§. 28. Quando Epilepsia ex nimiis doloribus, colica, odontalgia, cardialgia, vel calculo oritur sequentia proficua sunt.

Rec. *Elix. antispasm. Hoffm. ʒij.*
EE. anod. ʒj.

M. d. f. Elixir zu 30. biss 40. Tropffen, si infans fuerit gtt. vj. ad X. sufficiunt in 🜄 fl. til. vel pæon. lil. convall.

Rec. *Pulv. March.*
🜔 *nat. pp. aa. ʒß.*
EE. anod. gtt. vj.

M. f. pulv. div. in 3. doses.

§. 29. Si Epilepsia habitualis, & diuturna expugnari potest sequentibus.

Rec.

Rec. ☿ *Dulc.*
Mag. ☽.
♁ *nat. aa.* ℥j.
☉ *fulm.* ℈j.

M. f. p. cujus dosis est ℈j. singulis diebus mane assumendus per aliquot septimanas.

Rec. ♎. *CC. succin.*
EE. Castor.
Succini aa. ℥j.

M. d. f. Elixir zu 50. biss 60. Tropffen III. Vomitorium ex ☿ vitæ rite præparato vel ♀ Emetico assumandum : quibus præmissis per aliquot septimanas vel menses specifica antepileptica adhibenda. Talia sunt *viscus quercinus*, *rad. pæon. sem. pæon. ungula alcis dens hyppopot. os petros. balenæ*, & *secudhum. pp. pulv. lumbr.* ∀ *str. Moschus castor*, ♁, *carbon. tiliæ*, *corall. rubr. limat.* ☉, *crocus*, *ambra*, *semen lycopod.* ita Epilepsia etiam per aliquot annos jam durans expugnari poterit.

§. 30. Quando Epilepsia in principio Variolarum, & Morbillorum oritur, sanguinis tumultum demulcentia, uti sunt ♎ ℞, *ac* phlegm. ℞. ♎ ℞ *dulc.* item ⊕ *sa* cum *cinnabarinis* mixta omne ferunt punctum.

§. 31. Si Epilepsia ex ventris torminibus apud infantes ex lacte corrupto oritur ante omnia alvus est aperienda vel clysteribus carminativis ☍osis, vel per interna laxantia mixta cum antepilepticis uti sunt *syrupus de manna*, *cichor. cum Rhab.* cum ▽ antepilept. mixt. addita ♁ *confect. alkerm. syr. de pæon.* ♎ *CC. succin.*

§. 32. In Epilepsia habituali fonticuli, & setacea in nucha posita conveniunt. it. *Empl. cephalica* capiti raso applicata, quale confici potest ex *succino*, *ladano*, *Benzoe*, *tacamahaca*, *cera* ☍ *major. rut. lavend succin.* & *balf. peruv.*

§. 33. Opiata cautissime danda nisi adsint dolores gravissimi. Nam paroxysmos quidem suspendunt; sed fortius revertentes efficiunt, memoriam depravant, nec non ad affectus soporosos, & Apoplexias disponunt.

§. 34. Si ex graviore terrore fit ♀ antepileptici, nec non ⊖ia vol. ☍osa, ♎ CC. succin. ex usu esse debent.

§. 35.

§. 34. V. S. rarissime convenit nisi oriatur ex mensibus suppressis, & subjecta sint admodum plethorica.

§. 36. Caveant ægrotantes ab omnibus affectibus animi, a vaporosis alliaceis, acidis, ♌-tuosis, absinthiacis, tabaco, acidulis, thermis, ⊕licis, terrore, nimio motu, & Venere.

§. 37. Infantes lactantes præservari possunt ab Epilepsia pulv. ☉ *fulm.* nec non *Tr.* ♃*ij. ex regulo,* ♃*c* ♃*ij.* fixato.

§. 38. Salivatio ☿ialis rarissime vel nunquam adhibenda, quia ad Paralysin & Apoplexiam disponit.

§. 39. Cinnabarina & leniora ☿ialia interne primis viis probe expurgatis cum antispasmodicis volatilibus adhibita præstantissimæ sunt virtutis.

§. 40. Si ex nimia sanguinis acrimonia oritur uti in scorbuticis, Hypochondriacis infusum fl. til. cum ▽ laudem meretur.

CAPUT II.

De

Sternutatione.

§. 1.

STernutatio *est motus musculorum respirationi inservientium præsertim diaphragmatis convulsivus cum vehementi aeris expulsione conjunctus, dependens ab irritatione tunicæ nerveæ narium ossa cavernosa investientis.*

§ 2. Principium, & causa sternutationis est semper in naribus, ipse autem effectus in thorace. Hinc nulla fit sternutatio sine stimulatione & vellicatione tunicæ narium.

§. 3. Irritata tunica narium fluidum nerveum in impetuosum motum concitat præsertim in pari quinto nervorum existens, utpote ab hoc pari ramuli derivantur ad membranam narium, & simul etiam ad musculos intercostales: unde ratio petenda quare ob stimulum hujus membranæ spiritus vehementius influant in diaphragma, & musculos thoracis.

§. 4. Sternutatio oritur vel a *causa externa*, vel *interna.*

Externæ

Externe illam movent inopinatus aspectus lucis, titillatio narium cum carta, penna, linteo convoluto, item vapor acris allii, ceparum, Armuratiæ Benzoes, fumus storacis, balsami Indici, item omnia ferme purgantia naribus attracta, omnia apophlegmatisantia, & quæcunque ⊖e subtili, acri stipata sunt. item ☿ialia v. g. ☿, ☿-♎, nec non ♆ *Helloborus albus, pulv. tenuissimus Nicotianæ, lil. convall. &c.*

§. 5. *Causam internam* sternutationis constituit serum tenue, acre separatum a M. S. in tunica narium glandulosa, & maxime omnium in Coryza| præsertim quando subjecta sunt scorbutica, Arthritiaca, Rheumatica, item in morbis ⊖inis a ⊖e acri extricato ortis, uti sunt Variolæ, Morbilli, febres scorbuticæ cum maculis, catarrhales: in quibus utplurimum præcedit, vel sequitur sternutatio.

§. 6. Sæpissime accidit ut gravissimum capitis morbum, Apoplexiam, Epilepsiam, Paralysin præcedat gravis sternutatio, & observationes testantur, quod etiam reperiantur qui statas horas, & stata tempora servant sternutatione, quod maxime valet in scorbuticis.

§. 7. Sternutatio vehemens in plethroicis, & cacochymicis non tantum caput infirmat, verum etiam ad cœcitatem, Apoplexiam, auditus difficultatem, Epilepsiam &c. disponit, præcipue autem odoratui nocet, vel ipsum plane tollit.

§. 8. In nonnullis morbis malignis petechialibus pravi ominis esse sternutationem testantur observationes.

§. 9. Si in declinatione morborum moderata contingit sternutatio, signum solet esse convalescentiæ, quæ testatur de ♎-uum animalium activitate, & vigore.

§. 10. Sternutatio quandoque laudabilem exserit effectum in partu, si infans ad exitum sit dispositus, item ad calculum expellendum ex ureteribus, nec non ex auribus tale corpus quod ab extra fuit immissum. v. g. lapillum, pisum &c. item expulsionem materiæ heterogeneæ in oculis extrinsecus contentæ, nec non ad singultum tollendum ubi præsens sternutatio est remedium: utpote in singultu causa utplurimum hæret in membranis ventriculi, a quibus hac percussione deturbatur materia peccans.

§. 11. Absq; periculo est illa, quæ ab externa causa provenit, facilius etiam tolli potest: majoris autem considerationis, quæ intus causam alit, & hæc quoque difficilioris est curationis.

§. 12. *Cura* differt pro diversitate causæ vel externæ, vel internæ: primaria tamen intentio in utraque esse debet, ut *♎-tuum tumultus compescatur, materia acris temperetur, atque a naribus divertatur*: cui fini inserviunt sequentia.

Rec. *Lact.* ℥ß.
Op. gr. iiij.
Croc. gr. vj.

M. & cola. Hic liquor attrahatur naribus. Est enim egregium acrimoniam temperans, & motus spirituum sistens.

§. 13. Pars superior nasi intra duos canthos oculorum sita duobus digitis firmiter comprimatur. Ita enim nervis, qui ex oculi orbitu descendunt ad os Etmoideum & nares, constrictis & ligatis impeditur concitatior ♎-tuum influxus.

§. 14. *Balsamum vitæ* naribus excipiatur, temporibus ac fronti applicetur. Hoc enim roborando nec non irritantem materiam discutiendo egregium præstat officium.

§. 15. Leniora purgantia, infusa herbæ *Theæ, Veronicæ*, & omnia diluentia cum blanda diaphoresi adhibita optimam ferunt opem si fuerit profecta a causa interna.

§. 16. Sternutatio critica quæ fit in Coryza, & principio morborum nisi valde debilitet non est curanda medicamentis, ne impediatur motus ille criticus salutaris seri copiosi qui fit in Coryza.

§. 17. Vehemens si est sternutatio, ne succedant graviores morbi, corpus ab omni plethora est liberandum per V. S., alvus etiam aperta servanda.

§. 18. Sternutatio nonnunquam arte excitari debet in subjectis pituitosis, ætate juvenili, & ubi natura solenniter evacuare assuescit mucum per nares, qui si impeditur vel non succedit graves morbi redundant in caput, nempe tinnitus aurium, vertigo, dolor capitis gravativus, visus depravatio, memoriæ debilitas.

§. 19. Optima sternutatoria sunt illa quæ non tantum irritant, colliquant, & evacuant serum viscidum; sed & quæ simul

nervos

nervos solantur, & roborant. Hinc *Nicotiana* pulverisata vel *lil. Convall.* miscenda cum bals. apoplect. ambr. mosch. bals. peruv. Benz. & similibus.

§. 20. Jejuno ventriculo semper sternutatio meliorem habet effectum, quam statim post cibum, quia nimis cito ex ventriculo cibos depellit. Vid. plura Hoffm. disp. de stern. usu & ab usu.

CAPUT. III.

De Singultu.

§. 1.

Singultus est *convulsivus diaphragmatis motus cum violenta inspiratione, ac costarum, & abdominis elevatione sive commotione extrorsum conjunctus.*

§. 2. Singultus distinguitur in *idiopathicum*, & *symptomaticum.* Hic causam habet in ventriculo, ille potius in diaphragmate.

§. 3. *Causa proxima* est irregularis inordinatus, atque impetuosus influxus ♎-tuum animalium in diaphragmatis musculos, a quo excitatur violenta fibrarum carnearum constrictio cum subitanea relaxatione subsequente.

§. 4. *Causa occasionalis procatarctica* vel in ventriculo, vel in diaphragmate hæret. In ventriculo si potus frigidus assumtus, item cibi flatulenti, ⊖ia acria, vinum copiosum, vel si ventriculus cibis copiosis nimium repletus fuerit, vel pane copioso, item a ventriculi inflammatione, excoriatione, apostemate, a purgatione vehementi, vel venenis assumptis.

§. 5. In diaphragmate causa materialis vel in quantitate, vel qualitate peccans latitat, si inflammatione, vulnere, ulcere, abscessu fuerit correptum, & a tali causa singultus gravissimus diuturnus non facile sanabilis sed funestus potissimum exsurgit.

§. 6. Datur *singultus periodicus* qui certas, & statas horas servat, & talis hypochondriacis, hystericis, scorbuticis admodum

(Hh) 2 fami-

familiaris est interdum oritur ab intermissa V. S. Hæmorrhoidus, vel mensibus suppressis.

§. 7. Minus periculosus est singultus ex transpiratione prohibita a frigore externo sicuti sæpius accidit in infantibus, item a copiosis cibis, vel assumtis acribus viscidis, nec non a flatibus ad superiora tendentibus, a quibus singultus sæpius provenire solet.

§. 8. Quando supervenit febribus acutis, & malignis petechialibus ut plurimum teste Hippocrate ipsaque experientia lethalis existit. Plerumque enim indicat insignem sphacelationem partium internarum Hoc tamen tenendum in principio morborum non adeo periculosum esse, quam in ipso statu, præcipiti virium lapsu. Idem fit quando passioni Iliacæ supervenire solet.

§. 9. *Curatio* in eo versatur *ut* ♌ *inordinatus influxus in diaphragmatis musculos inhibeatur* II. ut *materia stagnans, irritans* quæcunque etiam illa sit, & ubicunqe consistat *auferatur*. Ante omnia itaque adhibeatur *Elixirium antispasmodicum Hoffmanni* ad gtt. 30. vel 40. in *aqua Menthæ* sive alia carminativa ♌tuosa II. Clysterium ℃osum carminativum, & stimulans, quod ♌tuum motum divertit applicetur. III. Sequens pulvis adhibeatur.

Rec. Pulv. antepilept. March. ʒj
Ⓓ ℈j
Theriac. cælest.
Extract. castor aa· gr. iij.
M. f. pulv. div. in III. dos.

§. 10. Externe Empl. ex theriaca ℃ NM. expr. croco, bals. peruv. regioni ventriculi, & diaphragmatis applicetur, commendatur etiam ligatura fortior, qua thorax stringitur.

§. 11. Si singultus est a frigore externo infuso calido, vel sudorifero blando pori rursus aperiantur in lecto. Si ex diarrhæa, vel dysenteria suppressa clyster valde necessarius est. Si autem ex nimia & intempestiva fortioris purgantis, vel vomitorii assumtione, theriacalia & ♌tuosa cum opiatis mixta omne ferunt punctum.

§. Si ex veneno assumto ℃osa cum Bezoardicis exhibenda. In morbis autem malignis & inflammationibus Ⓓosa cum camphora sunt præstantissima.

§. 13. Si ex ventriculo & viscosa materia tunicis ejus adhærente oritur largus cerevisiæ potus vel etiam sola sternutatio excitata

tata prodest partim quia hic motus singultui est contrarius, partim quia compressione tunicarum ventriculi excutit, & exturbat materia inhærentem.

14. Si malum valde diuturnum ex causa tamen chronica oritur sola stomachica, analeptica temperata cum carminativis mixta, item externe Empl. quies corporis, potus calidus vel tepidus, ligatura strictior circa thoracem opem ferunt exoptatissimam.

§. 15. Opiata, theriacalia quando ex Diarrhæa, vel dysenteria suppressa, nec non ex sanguinis stasi & copia circa ventriculum, mesenterium, & diaphragma singultus provenit caute vel plane nunquam danda sunt.

CAPUT. IV.

De

Palpitatione cordis.

§. 1.

PAlpitatio cordis est *motus cordis, & arteriarum depravatus convulsivus vehementer auctus & extrorsum factus dependens a sanguine copioso, vel viscido vel acri circa basin cordis & vasorum radices collecto.*

§. 2. *Causa proxima formalis* est spirituum animalium in cordis fibras impetuosus influxus, qui elestica sua vi dilatationem vehementem cum subsequente contractione in corde variisque annexis producit.

§. *Causa materialis, & occasionalis* est sanguis per cordis ventriculos in motu suo quodammodo auctus, qui stagnans & onere fibras cordis premens concitat vehementissimum ♒ influxum.

§. 4. Palpitatio cordis optime dividitur *in symptomaticam & idiopathicam.* Hæc diu perseverat, & per multos annos perpetua est, originemque utplurimum habet a polypo cordis sive concretione carnea ex pelliculis, & membranis sibi invicem substratis confla-

ta vel etiam a ſanguine congrumato qui, tamen facilius diſſolvitur quam polypus.

§. 5. Symptomatica palpitatio eſt quæ affectibus ſpasmodicis complicatur. Hinc valde familiaris eſſe ſolet hypochondriacis, hyſtericis, & ſemper magis fœminis quam viris, quia fœminæ ordinario ad ſpasmum magis ſunt proclives, nec non ad copioſi ſanguinis productionem, qui quando non evacuatur per menſes, facillime palpitatio cordis excitatur.

§. 6. Plethorici hoc malo familiariter laborant præſertim ſi ſanguis ſit impurus, & ob evacuationem ſolennem ſuppreſſam vel præpoſtere cohibitam, ſanguis in copia generatur, uti accidit in ſuppreſſione hæmorrhoidum nec non V. S. intermiſſa.

§. 7. Qui ex morbo convaluere, multumque cibi ac potus aſſumunt, ſæpius hoc malo corripiuntur.

§. 8. Nihil præſentius in ſanis corporibus efficere poteſt cordis palpitationem, quam terror vehemens & ſubitaneus, quia terrore ſanguis a circumferentia ad centrum cum impetu movetur.

§. 9. Notabile eſt quod palpitatio ſemper poſt paſtum in febribus hypochondriacis, & hyſtericis valde ſoleat ingraveſcere, quia chylus acribus bilioſis partibus in inteſtinorum canali imbutus tranſiens in M. S. propter acredinem, majorem vellicationem & irritationem efficit.

§. 10. Quod *diagnoſin* concernit affectus ipſe ſufficienter inſenſus incurrit, & cognoſcitur ex motu cordis vehementi: cujus vehementiæ certi ſunt gradus, ita ut ſæpius tantummodo ab ægroto percipiatur, & non niſi modica manus applicatione deprehendatur: quandoque autem tantus eſt motus ut & viſu, & auditu percipiatur.

§. 11. Quando polypus inſidet in cordis ventriculis, ex eo judicari poteſt, quando poſt commotionem corporis vehementem ſcalarum aſcenſionem, affectum animi, & ſanguinis commotionem continuo ſuperveniat palpitatio cordis, cum magna moleſtia, anxietate præcordiorum, ac ſuffocationis metu pulſu in terim exiſtente debili.

§. 12 Diſtinguitur cordis palpitatio a motu ejus intenſiore qui advertitur in febribus, quod in hiſce pulſus ſit celer, magnus, neque extrorſum ſit tanta commotio pectoris, in tremore autem, ſive palpitatio-

tione pulsus naturali magis similis vel debilis, frequens, aut intermittens, & in pectore subsultus ac concussio ingens ab adstantibus observatur.

§. 13. Palpitatio cordis minus periculosus est affectus, si tamen diutius duravit ad cachexiam, & hydropem disponit: quando autem juvevenes sanguinei vexantur hoc pathemate & ex polypo cordis nascitur, raro ad longam ætatem perveniunt; sed plerumque Apoplexia vel Syncope moriuntur, & sæpius in lecto mortui reperiuntur.

§. 14. *Curatio hujus affectus* consistit in eo, *ut spasmus musculorum cordis tollatur, & sanguis coagulatus circa cordis thalamos*, vel pulmonum vasa *subsistens resolvatur*, sanguinique *liber circulus concilietur*. Hinc in ipso paroxysmo adhiberi debent antispasmodica cum analepticis v. g. *EE. antispasm. Hoffm.* ad gtt. 30. vel 40. in ▽ *CC. citrata vel alia* vel potest assumi sequens pulvis.

Rec. Pulv. Bez. ℈j
♁ ♄ vel
⊕ depur. aa ℈ß.
Camph. gr. ij
☍ de cedro gtt. ij.

Sumendus cum vehiculo calido vel superbibendum infusum theæ.

§. 15. Externe sequens Epithema adhiberi potest.

Rec. ▽ Anhalt.
Carbunc aa ℥j
☍ NM. ℈j
Caryoph. aa ℈ß
Camph.
Balf. peruv. aa ʒj
EE. castor. ʒij
M. f. linimentum.

Quo lintea madefacta applicentur cordis regioni.

§. 14. Extra proxymum illa cura habet locum, quæ in hypochondriacis & hystericis. Totum nempe negotium expediendum est *☿tialibus, purgantibus specificis* ex amaris & gummatibus compositis, item *acidulus, thermis, carminativis balsamicis temperatis.*

§. 17.

§. 17. Quando ex *polypo cordis*, pulmonum malum nascitur nullum remedium convenientius est, quam *themarum usus*: quando cunque autem invaluerit ita polyposa concretio ut dissolvi ultro nequeat omnia quæ sanguinem in temperato motu servant suadenda, & ea quæ sanguinem in concitatiorem motum cojiciunt vitanda.

§. 18. Si ex *nimia sanguinis abundantia* oritur V. S. sacra anchora erit: tali autem in statu nocentissima sunt remedia ☍osa volatilia, quæ vulgo hoc in morbo intempestive adhiberi solent magno sæpe cum damno.

§. 19. Quando cum vehementi motu invadit caute etiam mercandum est cum ⊖ *vol oleos.* & consultius adhibentur ⊖*ina*, ⦶*osa cum camphora croco*, *& theriaca cælesti mixta.*

§. 20. In palpitatione cordis a quacunque etiam causa proficiscatur cavendum est maxime a frigore & opiatis, quia sanguinem incrassant item a fortioribus purgantibus, vomitoriis serum distrahentibus spasmumque excitantibus, item a sudoriferis acidis, & in crassantibus.

§. 21. Externa linimenta ♌tuosa basamica nervina discutientia regioni cordis admota in omni palpitationis specie congrua sunt, & convenientia, quia fibrarum tonum roborant: cujus generis *Bals. vit. Hoffm.* vel linimentum superius descriptum.

§. 22. A palpitatione nihil magis præservat, quam alvus laxa, & diaphoresis blanda infusione herbarum calidarum procurata, nec non in pathematibus animi moderatio, & vitatio omnium acidorum viscosorum, flatulentorum alliaceorum, ♌tuosorum, crapula, omniumque quæ nervos irritant.

CAPUT V.

De Abortu.

§. 1.

ABortus est *in tempestiva exclusio fœtus vivi aut mortui perfecti aut imperfecti ex utero materno ante legitimum & a natura destinatum terminum facta a spasmodica, & quasi convulsiva uteri contractione.*

§. 2.

§. 2. *Causa* itaque *proxima est* contractio convulsiva uteri orta ab irregulari & impetuoso ♎ tuum animalium influxu in membranosam uteri substantiam.

Causæ procatarcticæ solent esse variæ; ex quibus quædam agunt in ipsam uteri substantiam, quædam autem in ♎ & massam sanguineam.

§. 3. Uteri substantiam vel mediate vel immediate attingunt convulsiones uteri in casu ab alto, contusione saltu &c. vellicationes ab acrimonia sanguinis scorbutica, frigidioris aeris admissione, coitu frequenter admisso, item fœtus ægrotantis calcitratione vel mortui pondere, aut putredine. Mediate, & per consensum uterum afficiunt tormina ventris, tenesmus vel ex purgatione acriore, vel ex ejusmodi alimentis proveniens, item tussis, sternutatio, clamor immoderatus.

§. 4. Porro ansam ad abortum præbent animi affectus graviores, item febres, dolores exquisiti, aliique morbi innumeri, sæpius etiam abortus oritur a fœtoribus nauseabundis, qualis præ aliis esse solet a candela sebacea semi extincta exhalans.

§. 5. Ad abortum præ aliis magis disposita sunt corpora plethorica temperamenti sanguinei. In his enim sanguis in majori copia collectus facile exitum sibi quærit per uteri vascula non sine insigni fœtus iuclusi incommodo atque periculo. Vid *Stahlius* in disputatione de abortu & fœtu mortuo.

§. 6. *Diagnosin* quod attinet abortus jam facti nullis indigemus signis, siquidem in se est manifestissimus: instantem vero, & brevi futurum annunciant dolores frequentes & fere continui in regione lumbari circa renes versus pubem & os sacrum sese extendentes, cum quodam ex utero egrediendi conatu qui Germanice exprimuntur Wehen. Vel considerari debent symptomata diutius adhuc antecedentia v. g. gracilescentia mammarum, hæmorrhagiæ inprimis uteri, fœtus ipsius debilitatio.

§. 7. In abortu semper fœminæ magis periclitantur quam in partu naturali, quia uteri motus convulsivi vehementiores existunt, gravissimaque symptomata sæpius conjunguntur v.g. syncope, hæmorrhagiæ enormes, deliria, convulsiones, febres, inflammationes &c.

§. 8. Primus abortus admodum ſemper eſt periculoſus. Facile enim ſequitur alter, alterum excipit tertius & ita porro.

§. 9 *Curationem* quod concernit, *præſervatoria* hic ſaltim locum habet. Hinc *cauſæ procatarcticæ reſpiciendæ, & removendæ erunt.* Si itaque ſubjectum eſt *plethoricum* V. S. tempeſtive erit inſtituenda, vel ante conceptionem, vel circa medium geſtationis tempus. Hæc ſi intermittitur facile oriuntur hæmorrhagiæ pernicioſæ.

§. 10. Evitentur præſervationis cauſa clamores, ſaltus aliæque exceſſivæ corporis commotiones, nec non animi pathemata, & adhibeantur medicamenta antiſpasmodica cum abſorbentibus & analepticis. Hunc in finem laudatur *pulv. Aug. contra abortum, Marchion. corall. rubr. Ebur. mater perlarum, dens Hyppotami, balſam. Embryonum,* ▽ *vitæ mulierum,* ♎ *Maſtich. compoſitus, vinum Malvaticum item uvarum germina in vino Malvatico ſumta.* Externe umbilico ſuperimponatur *fermentum vel medulla & cruſta panis mellita,* ♉ *impragnata cum cinamomo, mace. caryophyllis Maſtiche.*

§. 11. Si hæmorrhagiæ immineant caute mercandum eſt cum adſtringentibus; ſed potius roborantia analeptica, carminativa, ſanguinemque ad alia loca derivantia in uſum vocanda, & ad fortiora adſtringentia nunquam niſi ſumma urgente neceſſitate deveniendum: de quibus plura loco citato.

PARS

PARS QUINTA.

De *Morbis primarum Viarum.*

CAPUT. I.

De *Vitiis appetitus.*

§. 1.

QUemadmodum ad appetitum naturalem requiritur legitimus ∽tuum animalium influxus in tunicas ventriculi nerveas ibique instituta vellicatio, & levis irritatio: ita quoque appetitus depravati vitia ex præter naturali ∽tuum animalium constitutione non immerito deducenda sunt.

§. 2. Variis modis depravatur appetitus vel quando imminuitur, ac deficit in *Anorexia*, vel ita depravatur ut insolita vel etiam absurda avidius appetantur.

§. 3. Aucti appetitus tres observantur species. Prima est quando simpliciter augetur absq; concurrentibus aliis symptomatibus & dicitur *fames aucta*. Secunda est quando appetit⁹ adeo vehementer auctus est ut nisi edat animi deliquium patiatur ægrotus atque tunc vocatur *Bulimus*. Tertia est quando ex ingenti, & insatiabili fame copiosius alimenta ingeruntur, ita ut paulo post per vomitum aut secessum iterum ejiciantur & dicitur *fames canina*.

§. 4. Appetitus depravati iterum duæ sunt species *Pica* sc. & *Malacia*. Pica dicitur quando plane inepta quis appetit, v. g. cretam, carbones, corium &c. Malacia est quando gravida præsertim III. mensibus prioribus consueta quidem, sed adeo avide appetit ut nisi horum particeps fiat abortum patiatur vel stigma quodam fœtui imprimat.

§. 5. *Cauſa* horum morborum *proxima* conſiſtit in prava ∿tuum animalium conſtitutione. In anorexia enim non ſufficienter aut debite influunt, in appetitu aucto majori in copia, in depravato autem perverſa idea ſunt imbuti ut inſueta pro aptis, nauſeoſa pro delicatis, inſueta pro ſolitis ab ægrotis eligantur.

§. 6. *Cauſæ procatarctica* pro affectuum diverſitate etiam diverſæ deprehenduntur: & quod in ſpecie anorexiam attinet ∿ dejiciuntur vel a morbo præcedente, vel ventriculus repletus deprehenditur ſaburra vitioſorum inprimis viſcidorum humorum, aut alimentorum ingeſtorum copia, quod cognoſcitur ex dolore ventriculi gravativo, vel nidoroſa aut bilioſa cruditas ventriculum occupat, quam indicant oris amarities, cardialgia, nauſea ructus nidoroſi vel bilioſi.

§. 7. Cauſa occaſionalis appetitus aucti utplurimum vel acidum copioſum in cavitate ventriculi collectum eſt, cujus ope continua irritatio contingit, unde copioſior affluxus ∿tuum animalium; vel vermes in ventriculo & inteſtinis nidulantes mordentes ſimulque chylum conſumentes, vel denique frigus externum quo ∿ animales a circumferentia ad centrum, & interiora magis referuntur.

§. 8. Appetitus depravati cauſa occaſionalis ſive procatarctica utplurimum eſt menſium emanſio vel ſuppreſſio: & quemadmodum malacia gravidis eſt propria, ita Pica magis obſervatur in virginibus & ſexu ſequiori quam virili, interdum etiam cruditates ventriculi occaſionem præbent ſpirituum exorbitantiæ. Hinc ∿ non rite influunt, influentes perverſa impregnati idea ita ut anima his ipſis, tanquam inſtrumento legitimo uti nequeat, hinc etiam a nonnullis pica habetur pro ſpecie Melancholiæ hypochondriacæ.

§. 9. Cauſa occaſionalis vero appetitus depravati utplurimum eſt naturalis ad ejusmodi ineptias inclinatio.

§. 10. *Cura horum affectuum pro diverſitate cauſarum procatarcticarum variat.* Si itaque *Anorexia a ſpirituum defectu* originem trahat conveniunt Analeptica. *Cruditatibus* ventriculi opponuntur vel *evacuantia* inprimis *vomitoria atque* purgantia, vel *incidentia* ſi viſciditate, vel *abſtergentia, acidula amara* ſi cruditate indoroſa ventriculus repletus eſt non intermiſſis ſtomachicis.

§. 11. *Appetitus auctus* curatur *abſorbentibus* ſi acidum peccat

nom

non neglectis tamen evacuantibus. Si avermium copia originem habeat, Anthelmintica in usum trahenda: de quibus videri potest *Hoffm. de anthelminticis.* Adversus Lypothimiam in Bulimo jejuno præsertim ventriculo supervenientem adhibeatur bolus panis cum vino generoso vel quocunque alio analeptico.

§. 12. In *Malacia optimum est explere appetitum prægnantium* si desiderata haberi possunt, sin minus exhibeantur quæ sapida sunt & palato grata, ut appetitus divertatur, aut persuasionibus & stratagematibus perversa fallatur Idea.

§. 13. In *Pica causæ occasionales* convenientibus remediis sunt *removendæ* desiderataque nauseosis v. g. bile Colocynthide, Assa foetida, vomitoriis &c. inficienda, appetitus etiam divertendus sapidis naturæ gratis, & de cætero cura fere eodem modo instituenda ut in Melancholia Hypochondriaca.

CAPUT II.

De Vitiis Digestionis.

§. 1.

Digestio quæ actio est ventriculi & intestinorum 3 plici modo læditur, quando sc. plane est abolita in *Apepsia*, vel quando alimenta tardius quam s. n. contingere solet in ventriculo digeruntur in *Bradypepsia*, vel quando assumta in chylum laudabilem non convertuntur, sed corrumpuntur atque in cruditates degenerant in *Dispepsia.*

§. 2. *Causæ* digestionis depravatæ quoad omnia fere coincidunt cum causis anorexiæ in antecedente capite descriptæ, & sunt quærendæ vel in ipso ventriculo, cujus atonia consideranda vel in menstruo gastrico quando hoc ipsum corruptum, viscidum minus spirituosum & ad concoctionem insufficiens est, vel denique in alimentis quando assumuntur naturæ ingrata, nauseosa vel dispepta, du-

 riora

duriora, fumo indurata, item quando non observatur legitima proportio inter cibum & potum assumtum vel assumendum.

§. 3. Signa horum morborum ex ægrotantium relatione commodissime addiscuntur. Sentiunt enim in Apepsia plerumque post cibum assumtum gravitatem in ventriculo nec ab ea levantur nisi vel per vomitum rejiciatur vel etiam per secessum cibus indigestus, quod contingit in Lienteria, deinde etiam ructibus continuis affliguntur, sentiuntque in ore saporem illorum quæ assumta fuere.

§. 4. In Bradypepsia symptomata jam recensita sunt mitiora, percipiunt m. interdum gravitatem inventriculo, non tamen semper & non nisi post duriora assumta, deinde gravitas si adest, non continuo affligit, quemadmodum in Apepsia, sed successive remittit.

§. 5. Dispepsiæ signa desumuntur vel ex appetitu dejecto, vel ex nausea, & contentis vomitu rejectis, vel etiam ex ructibus acidis, nunc pituitosis, nunc nidorosis vel biliosis.

§. 6. Prognosin quod attinet digestionis vitia si diutius durant innumera omnino mala producere valent; inprimis vero chronicis affectibus causam præbere solent. Quemadmodum enim secundum Hippocratem ille sanus dici meretur qui bene ingerit, bene digerit & bene egerit; ita si digestio plane est destructa vel depravata læditur nutritio, læduntur omnes actiones vitales, & animales.

§. 7. *Cura* horum morborum *secundum causas est instituenda, tonus ventriculi labefactatus roborandus, ac restituendus analepticis stomachicis aromatibus* ♌*tuosis*, contenta in ventriculo *depravata vel corrigenda vel educenda, per convenientia* remedia: ante omnia vero accuratissima diætæ ratio habenda erit, ut assumantur cibi potusque convenientes, modusq; servetur in quantitate, deinde evitentur animi pathemata, nimius motus, ♀, immoderata studia omniaque quæ ♌ dejicere, ventriculique actionem turbare valent.

CA-

CAPUT III.

De

Nausea & Vomitu.

§. 1.

VOmitus est *excretio variorum contentorum eventriculo per os contingens, originem habens a spasmodica pylori constrictione & motu peristaltico intestinorum tenuium præsertim duodeni & ventriculi inverso.* Solet enim nonmodo in vomitu, ut & in nausea, quæ intentatus vomitus est, & ab ipso gradu saltim differt, pylorus cum intestino duodeno vehementer constringi ut adeo contenta urgeantur in ventriculum, & quoniam talismodi motus depravatus hic quoque continuet usque ad œsophagum omnia ejiciantur foras per gulam.

§. 2. Vomitus optime distinguitur in illum, qui ex causa materiali, & qui ex causa tantum formali seu solo in ordinato motu spirituum fit: hic posset dici symptomatic⁹ ille vero idiopathicus. A causa materiali oritur vomitus quando quantitas nimia alimentorum vel potus varii generis copiosus assumtus fuit, vel quando a qualitate perversa alimentorum acrium, acidorum vel a pravis humoribus biliosis, acerrimis ad intestina & ventriculum confluentibus, item ab assumtis venenis aut a sanguine coagulato, vel lacte congrumato, item a vermibus originem habet. Vomitus a causa formali, & perverso spirituum motu dicitur, quando in ipso ventriculo deficit materia irritans. Occasionalis & symptomatica contingit in gravissimo dolore colico calculoso. Hujus generis vomitus etiam ille est, qui ex gravi capitis contusione cerebrique læsione, item ex incandescentia animi, terrore, nimio gaudio, æstu ♀eo, sicuti observationes testantur proficiscitur.

§. 3. Porro vomitus est vel *criticus* & salutaris, vel *symptomaticus*, & perniciosus. Criticus ille est, qui ex quantitate materiæ vitiosæ in ventriculo vel aliunde huc translatæ accidit. Ita criticus vomitus est in gravidis mensium suppressione laborantibus, item a veneno assumpto, a nimia vini vel alimentorum ingurgitatione. Sympto-mati-

maticus est ille qui ex repercussione materiæ causticæ acris, in Variolis, febribus petechialibus, Dysenteria vel diarrhæa cohibita, item a purgantibus drasticis assumtis & in omnibus convulsivis vel spasmodicis morbis accidit. v. g. Epilepsia, Apoplexia, affectibus soporosis &c.

§. 4. Vomitus tertio est vel *vehemens & diuturnus*, vel levis saltem & *brevi tempore* transiens: denique vomitus in praxi observatur *periodicus*, qui stata tempora, statasque horas servat qualis solet contingere in mensium suppressione laborantibus, quæ circa tempus ordinarium mensium tales vomitus experiuntur, item in gravidis, quæ circa tempus matutinum plerumque vomitu exercentur. Huc etiam referendi sunt illi, qui sæpius febribus intermittentibus tempore paroxysmi conjunguntur.

§. 5. Quæ vomitu rejiciuntur sunt varia, vel *pituitosa*, vel *flava biliosa, vel viridia vel atro colore tincta, vel ipsi cibi, vel potus* ingesti vel sanguis crassus coagulatus, niger, vel acida corrosiva ita ut dentes stupefaciant aut instar aquæ fortis vasa cuprea aggrediantur.

§. 6. Pituitosi vomitus phlegmaticis, obesis, & qui catarrhalibus defluxionibus obnoxii sunt valde familiares sunt, præsertim tempore matutino ubi cum tussi & ejectione materiæ viscidæ eveniunt. Hi vomitus pituitosi & ▽osi sæpius pravam digestionem, defectum sanguinis ♌tuosi, nec non ingluviem, & voracitatem notant.

§. 7. Biliosi vomitus ubi flavissima & amariccans bilis excernitur familiares sunt cholericis, iracundia affectis ubi vasis biliariis spasmodice constrictis bilis ingenti quantitate infunditur duodeno. Talismodi vomitus etiam contingere solent in febre tertiana continua, vel tertiana duplici præsertim tempore æstivo.

§. 8. Atri vomitus rariores sunt nisi a sanguine congrumato originem habeant: nascunturque plerumque ex Hypochondriorum vitio, præsertim quando fluxus Hæmorrhoidum consuetus suppressus fuerit, & cum periculo non levi sunt conjuncti.

§. 9. Virides vomitus ex conjunctione acidi corrosivi cum bile mixti oriuntur in quartanariis nec non Cachexia, & Chlorosi virginum vel nimis acidæ Diætæ, vel vino austero debentur & ætati quo-

que

que infantili, ubi etiam feces ejusdem coloris sæpius excernuntur, familiares sunt.

§. 10. Dantur etiam præter causas superius recensitas aliæ adhuc *occasionales externæ* v. g. circumgiratio, navigatio, aspectus alterius vomentis, vel aspectus rei nauseosæ &c. a quibus omnibus irregularis motus spiritibus communicatur.

§. 11. Vomitum imminentem plerumq; prænunciant præcordiorum anxietas, vertigo, copiosus influxus liquoris salivalis in os propter irritationem & subsequentem vehementiorem constrictonem tunicæ glandulosæ palatum investientis.

§. 12. Critici vomitus omni periculo vacant, item qui ex humorum quantitate exsuperante nascuntur. Sine periculo m. sunt, qui febribus, doloribus junguntur, periodici sunt, & vires non prosternunt, neque cum calore præternaturali junguntur, & quando cibi alio tempore retinentur: cum periculo vero conjuncti sunt, qui ex inflammato ventriculo, vel ex gravi viscerum obstructione atque corruptione nascuntur, qui diuturna tempora servant, vires consumunt, & qui ex retropulsa materia morbosa critica oriuntur.

§. 13. In *cura* vomitus duo peragenda ♎*tuum tumultuarius motus sistendus & coercendus* & *causæ occasionales removendæ*: ubi tamen notandum, quod vomitus critici, imo periodici non statim sint sistendi nisi vires nimium dejiciant.

§. 14. Circa *primam indicationem* convenientissima sunt omnia convulsionibus & spasmis nervosarum partium dicata, ex quibus eminent theriacalia, v. g. *Theriaca cœlestis E E. theriaca diascord. Fracastorii*, & ex opio bene correcto parata, nihil enim potenti⁹ vomitum sistit, quam opium, si modo bene præparatum, unde laudanum opiatum perfermentationem paratum *M. P. Starckianarum, Wildegans. de cynoglossa laudanum opiatum Sydenhamii* in sistendo vomitu laudem merentur.

§. 15. Secundo ♎tuosa, nervina leniterq; adstringentia etiam sistunt vomitum, e quorum classe eminet *mentha* & quæ ex ipsa parantur v.g. °o *E E.* ♎ *item* °o *N. M. expr. Mastichina, succinata, e Cinamomo parata*, nec non *Cydoniata* talismodi remedia cum anodynis mixta egregie sistunt vomitum sive interne sive externe adhibeantur.

§. 16. In sistendo vomitu alvus semper debet esse aperta, quod peragitur clysteribus emollientibus. Acres autem, & stimulantes non conveniunt, & testantur observationes, quod sæpius ab unico clystere applicato vomitus sedatus fuerit.

§. 17. Æger in quiete debita se detineat, nec corpus, nec caput multum moveat; sed in blanda diaphoresi, sub moderato calore corpus teneat, abstineat etiam a copia liquidi, & semper melius est assumere calida, vel tepida quam frigida.

§. 18. Quando in gravidis ex mensium impedita excretione vomitus provenit non est protinus sistendus. Testatur enim experientia sanos infantes exinde fieri, & non tam facile ægrotare in puerperio ipsas fœminas. Quod si autem nimius est tantum stomachica, & analeptica sunt adhibenda. qualia sunt *EE. menthæ, calami aromatici, N. M.* quibus admisceri possunt aliquot guttulæ ℴℴ *Cardamomi menthæ, & caryophylorum.*

§. 19. Si ex Hæmorrhoidum suppressione, vel mensium emansione vomitus oriuntur, hirudines in viris applicandæ sunt ano, vel V. S. adhibenda in thalo, neque negligenda superius commendata remedia.

§. 20. Vomitus critici qui in febribus tertianis, vel ex vino copiosius hausto, vel ex pravo victu nascuntur nunquam simul cohibendi; sed potius adjuvandi minime tamen irritantibus sed potius decocto hordei, infuso Veronicæ vel ℴℴ Amygd. d. cum jusculo: quod si autem excessivi sint, externa tantum locum habent nimirum 🜄 linteo infusus & calide applicatus, vel ℴℴ Menthæ destillatum, vel balsamum vitæ Hoffm. quibus calide ventris & epigastrica regio inungi debet.

§. 21. Si ex Vomitorio assumto vomitus excessivi nascuntur, sive Hypercatharsis oritur *Theriaca vetus vel Diascordium Fracastorii* cum ℴℴ *Cynamomi* mixtum vel c. ▽ *Cynamomi* ♌*tuosa* assumtum usum præstat egregium.

§. 22. Si ex calculi dolore ℴℴ *amygd. d. cum vino Hispanico* assumtum, item balnea, nec non clysteres ℴℴosi omne absolvunt punctum: quod si autem ex graviori capitis percussione originem habet præter externa cephalica antispasmodica ex Castoreo parata sunt efficacissimæ.

§. 23.

§. 23. Ab assumtione venenorum, vel remediorum venenatorum præsertim narcoticorum promovendus potius est vomitus, unde 🜄 *benedicta Rulandi*, *vel* ♀ *emeticus* propinandus.

§. 24. Clysterium in omni vomitione excessiva utilissimum est remedium, quia motus spasmodicos deorsum ad intestina derivat, & simul acrem vellicantem materiam educit.

§. 25. Quandocunque post potum frigidum calefacto corpori ingestum vomitus invadit diaphoretica blandiora, qualia sunt spiritus Bussii cum ♎ ☽ d. mixtus, item *infusa herbarum stomachicarum* v. g. *menthæ salviæ calami aromatici*, calide propinanda sunt.

§. 26. Opiata in omni vomitione excessiva & præsertim critica summopere vitanda sunt. Hæc ipsa enim singultus, axietates præcordiales, lypothimias, ventriculi & diaphragmatis inflammationes inducunt: quod etiam valet si Dysenteriæ vomitus complicetur.

§. 27. Vomitus illi, qui subsequuntur nimiam vini ingurgitationem optime stomachicis e. g. absinthiacis, quiete, & abstinentia curantur.

CAPUT. IV.

De

Diarrhœa & Dysenteria.

§. 1.

Diarhæa est *convulsio intestinorum torminosa, & dolorifica cum excretione frequenti & copiosa materiæ variæ conjuncta.* Dicitur autem convulsio, quoniam motus peristalticus intestinorum, qui consistit in moderata constrictione & relaxatione propter impetum spirituum animalium in tunicas intestinales vehementer auctus est. Non enim solus adest spasmus, sed magis convulsio quæ ex spasmo & subsequente alterius partis relaxatione nimia oritur, unde spasmo vehementissime constringitur in convulsione, præternaturam alvus aperitur.

§. 2. Diarrhæa differt a Dysenteria, dum in hac materia, quæ excernitur cruenta vel purulenta est, vel ex utroque mixta, & major torminum atrocitas conjungitur. Diarrhæa quidem cum dolore

etiam conjuncta; sed non tantus est dolor ac in Dysenteria, & materia, quæ excernitur, non est cruenta, sed flava biliosa vel mucosa, biliosa & aquosa unde Diarrhæa distinguitur in biliosam, & pituitosam.

§. 3. In Dysenteria, quæ excernuntur m. diversa sunt, interdum ejiciuntur fœtidissima quod malum signum præbet, interdum sanguis purus, vel cum purulenta materia conjunctus, interdum aqua limpida sanguineis guttulis permixta, interdum caruunculæ crassiores tunicæ intestinalis corrosæ simul secedunt, quod funestum solet esse signum.

§. 4. Dysenteria distinguitur a fluxu Hæmorrhoidali quia in hoc excretio citra dolorem contingit, & saltem tunc temporis quando feces excernuntur, in Dysenteria autem dolor abdominis gravissimus adest cum continuo ad excernendum stimulo.

§. 5. Diarrhæa atque Dysenteria distinguuntur in *benignam* & *malignam*: Hæc cognoscitur ex summa debilitate, anxietate, siti magna vomitu, animi deliquiis, plenaria appetitus prostratione, pulsus debilitate & ex ipso contagio.

§. 6. Diarrhæa porro distinguitur in *Criticam & symptomaticam*: Hæc sæpius conjungitur phtisi Hecticæ, peripneumoniæ, & in statu febrium malignarum, Variolarum, Morbillorum accidit, atque calamitosum eventum plerumque sortitur: illa potius est salutaris, nec facile sistenda, nisi limites multum excedat, viresque valde prosternet.

§. 7. *Causa proxima* horum affectuum est motus intestinorum peristalticus auctus & quasi convulsivus ortus ab irritatione atque vellicatione fortissima tunicæ nerveæ & musculosæ; & in Dysenteria major semper deprehenditur acrimonia in Diarrhæa minor.

§. 8. Causa hujus acrimoniæ causticæ quærenda est partim in impuritate sanguinis & seri, quæ acquiritur ex vehementi æstu solari, unde perpetua quasi regula est. Si æstas præcedit calida & sicca plerumque tempore autumnali contingunt Diarrhææ vel etiam Dysenteriæ Epidemiæ, non aliam ob rationem quam quod acrimonia biliosa tunc ingeneretur sive concilietur corporis nostri succis: siquidem a nimio calore partes roscidæ humidæ sanguinis dissipantur, remanentibus ⊖inis, fixis, acribus, partim etiam motu ætheris, qui in ca-

fore est copiosa ⊖ia in corpore generantur, hinc etiam hi morbi sæpius solent esse Epidemii.

§ 9. Autumnali tempore plerumque proveniunt hi morbi, quoniam tunc sub aura frigidiore, & humida transpiratio quodammodo imminuitur unde scoriæ ♀eæ, sive ♀eo, ⊖inæ per sudorem prodire consuetæ remanent & regurgitant in M. S, in intestina irruunt eademque irritant.

§. 10. Ad alvi fluxus magis disposita sunt subjecta sanguinea carnosa, & obesa, habitus corporis spongiosioris & laxioris quam macilenta.

§. 11. Præterea hisce morbis occasionem prebent abusus acrium aromaticorum ciborum ⊖inorum fermentescibilium, nec non purgantium, præsertim si ætas sit juvenilis, puerilis, temperamentum phlegmaticum. In his enim tonus intestinorum magis est labefactatus.

§. 12. *Diagnosis* horum morborum est facillima. Desumuntur enim signa ex excretorum constitutione; in Dysenteria vero in specie probe attedendum in qua nam parte minera morbi latitet: id quod cognoscitur ex sede doloris, si enim tenuia afficiuntur circa umbilicum & regionem Hypogastricam dolor intensus, & quasi discindens magis eminet, & excretio post tormina tardior; si crassa dolor deprehenditur infra & juxta ventriculum, & utrinque juxta latera, estque remissior ac obtusior, & excretio post tormina celerior.

§. 13. Si Dysenteria intestina tenuia occupat semper periculosior est quam si in crassis existit, item si aggreditur subjecta imbecillia valde debilitata, & quando primæ viæ multis impuritatibus sunt refertæ.

§. 14. In Dysenteria quando dolor qui antea erat gravissimus mox desinit, & penitus exspirat, interim tamen virium major fit prostratio mors instare solet. Notat enim hoc phænomenon inflammationem intestinalem, quæ semper graviori dysenteriæ conjungitur, conversam esse in Sphacelum.

§. 15. Quo ad *curam* horum morborum quæ revera conicidit attendendæ sunt sequentes indicationes I. *Materia vitiosa caustica acris vel biliosa* quantum fieri potest, *corrigenda demulcenda ac incrassanda*. II. *Inflammatio intestinorum omnibus modis vel sistenda vel prohibenda.*

da. III. *Spirituum motus qui dolorum & spasmorum sive convulsionum causa est compescendus.*

§. 16. *Primam indicationem* complent omnia *terrea* mucilaginosa, *gelatinosa* & diluentia. Ita laudatissima hunc in finem sunt *decoctum avenaceum, decoctum CC. gelatina CC. potus calidus herbæ Theæ Veronicæ mastichis cinamomi cum aqua vel etiam dimidia* parte lactis factus, item *pulv. ex* 🜃 *sigillata bolo Armeniæ, gummi Tragacantha,* ♁*io diaphoretico, lap.* 69. & *cinnabari nativa vel* ♁*ij* compositus, item omnia leniora anodyna inferius recensenda quæ non tantum incrassant & acrimoniam mitigant, sed simul spirituum irregularem motum sistunt & compescunt.

§. 17. *Secundæ indicationi* satisfaciunt *diaphoretica & alexipharmaca temperatiora*, cujus generis sunt *Tra Bezoardica*, quæ in principio est optima, item *Diascordium Fracastorii, theriaca cœlestis, camphora* quæ remedia, maxime si malignitas simul conjuncta est, aliis remediis semper fere sunt admiscenda.

§. 18. Quæstio autem hic oritur num etiam ☉osa, quæ alias ad inflammationes sistendas efficacissima sunt, hic locum inveniant, & respondetur affirmando, modo non in nimia, sed refracta dosi adhibeantur. Observatione enim multiplici constat ☉ gr. iiij pro una dosi sumpta cum pulveribus Bezoardicis addito monento camphoræ, & theriacæ cœlestis in Dysenteria contagiosa mirabiles edidisse effectus.

§. 19. Sistunt etiam inflammationem externa discutientia, cataplasmata calida toti abdominis regioni applicata, & parari possunt ex discutientibus atque anodynis sacculi in vino coquendi v. g. ex *herba menthæ hisopi caradui benedicti floribus sambuci chamomillæ Rom. Melilot. Camph. sem. cum Aneth. bacc. juniperi flor pap. errat. herb. hyosc.* quæ in vino rubro cum 🜄 fl. samb. mixto coqui possunt.

§. 20. *Tertiæ indicationi* optime satisfaciunt *anodyna*, non autem sola nec majori dosi data; sed cum *diaphoreticis alexipharmacis* combinata quo nomine commendanda sunt *pilulæ VVildegansianæ Starkianæ theriaca cæl. ℅ Macis NM. crocus, extractum croci castorei, succinum, camphora, uno verbo omnia antispasmodica* in horum morborum cura sunt laudatissima.

§. 21. Si spontanea & critica est Diarhæa non medicamentis est constringenda; sed potius roborantibus & stomachicis tractanda

da v. g. *Elix. balsamico Hoffm. cum* ♌ *Mastichis mixto Elix. stomach. Mich.* ⊕ *Mynf. cum Ess succini* maritato.

§. 22. Optimum semper est consentientibus omnibus practicis in principio statim nisi malignitas morbi subsit exhibere leniora evacuantia v. g. Rhabarbarum in substantia, vel Rhabarbarum parum tostum, quod hic est indicatissimum, cum CC. usto. Ita enim bilis, quæ ut plurimum in hoc morbo peccat, & ⊖ium causticorum vehiculum est, statim educta non tanta symptomata amplius excitare valet.

§. 23. Si ex contagio malum oritur v. g. ex Dysenteria Epidemica contagiosa præsentissimam opem ferunt Emetica in principio statim cum alexipharmacis propinata, quamvis jam dum cruentæ quædam dejectiones præcesserint. Prodest hunc in finem crocus metallorum vel panacæa Glauberiana, item ☿ vitæ bene præparatus & cum theriaca exhibitus.

§. 24. Omnia stiptica & adstringentia, tam in principio quam fine cane pejus & angue vitanda sunt. Certissimum enim est, plurimos ex Dysenteria mori tantum ab intempestivo adstringentium & opiatorum usu. Nihil enim magis inflammationem, & subsequentem exulcerationem atque sphacelationem promovet, quam usus constringentium, & quamvis ad tempus inducias præbeant, mox tamen gravius prorumpit malum: quæ nam autem damna subsequantur adstringentia optime deduxit *VVillisius in pharmania rationali* p. I. p. 135. Nocentissima autem sunt statim in principio, antequam materia prius temperata, correcta, vel etiam evacuata fuerit. Provocant enim facillime singultum, cardialgiam anxietates syncopticas extremorum frigus cum interno ardore &c. quapropter nullum adstringens in his morbis admittendum sed saltim roborantia, intestinorum tonum labefactatum restituentia cujus naturæ sunt præter jam dicta *succinum* in substantia *hæmathites præparatus* ▽ *sigillata unicornu fossile CC. vel ebur. phil. pp.* ♄ ♂*tiale cachecticum flores* ♎ *&c.*

§. 25. In fine adjungenda sunt antidysentericis remediis traumatica, quæ substantiam intestinorum dilaceratam restituunt, & hæc vel per clysteres possunt infundi, vel ore assumi. Clysteres parantur *ex floribus Hyperici millefolii herba saniculi Agrimonia Hedr.* ▽*stris, possunt*

coqui

coqui in ▽ *chalybeata*, & addi *vitellum ovorum*, *sebum hircinum, mel rosarum balsamum de copiava*, qui clysteres securissimi sunt fine tempe-randi & consolidandi, interne si exulceratio intestinorum vel corrosio substantiæ intestinalis adesse judicatur lactis usus commendatissimus est, si in eo coquatur hedra ▽*stris*, *item* °° *amygd. cum* ▽ *menth.* *-tuosa* mixtum auxilum præstat exoptatissimum non tantum fine consolidandi sed maxime etiam humorum acrimoniam attemperandi.

§. 26. Circa diætam observari meretur ut vitentur omnia dulcia fermentescibilia, pot⁹ nimius omnia acida, frigida, excessive acria calida ⊖sa præsertim cerevisia fermentescibilis, porro omnis aer frigid⁹. Constat enim experientia statim recidivam fieri simul ac corpora exponuntur auræ frigidiori. Præterea ipso in statu morbi vitanda est jactitatio & motus corporis, & potius in quiete & blanda diaphoresi corpus continuo servandum est.

§. 27. Postremo illud observatione dignum est, quandoque alvi fluxus contumaces esse & quasi habituales ubi fomes mali latitat in intestinis crassis. Talis modi in statu omnibus internis frustra adhibitis soli clysteres demulcentes & abstergentes egregiam præstiterunt operam. Dignoscitur illud malum ex situatione intestini coli infra ventriculum, & in dorso ubi intestini recti regio est, plerumque etiam Tenesmus est conjunctus cum ani procidentia: quæ tamen etiam frequentissimum & fere individuum symptoma est Dysenteriæ.

CAPUT V.

De

Lienteria & fluxu Cœliaco.

§. I.

AD alvi fluxum præternaturalem non immerito accensetur Lienteria & fluxus Cæliacus, siquidem in hoc vel semi *digesta vel chylus*

ctus purus vel cum alvinis fæcibus permixtus per alvum excernuntur, in illa vero *alimenta cuncta plane non, vel parum alterata per secessum iterum non raro cum torminibus ventris satis atrocibus egeruntur.*

§. 2. *Causa* horum morborum in eo convenit, quod sæpius originem trahant ex atonia fibrarum atque tunicarum ventriculi & intestinorum, quam veteres vocarunt facultatem retentricem læsam. Quando enim spirituum defectus adest, relaxatur tonus ventriculi, & intestinorum, & fibræ redduntur flaccidæ. Hinc in Lienteria ob pylori infirmitatem alimenta non retinentur sed statim indigesta elabuntur.

§. 3. Lienteria sæpius est symptomatica, & nascitur ex læsa digestione. Quicquid itaque digestionem lædere atque ventriculi menstruum corrumpere potest, id ipsum occasionem præbet Lienteriæ. Hoc præstant animi pathemata graviora, studium nimium, frigus externum, & mora in aqua frigida, item nimia potus assumtio & apostemata ventriculi.

§. 4. *Causa fluxus Cœliaci proxima* est impeditus chyli transitus per vasa lactea ad M. S, cujus variæ possunt esse causæ, sive id contingat ex ipsius chyli vitio sive ex viarum, per quas transit obstructione. tum ostiola vasorum lacteorum obstruuntur vel plane coalescunt, & consolidantur, quod vel a pituita, vel post Dysenteriam aut aliam intestinorum erosionem contingit, vel obstruuntur glandulæ Meseraicæ a chylo coagulato aut alia gipsea materia, cujusmodi exempla a practicis sunt annotata.

§. 5. Quod *prognosin* concernit, Lienteria & fluxus Cœliacus diu perseverans admodum periculosum statum inducit, quia hac ratione toti corpori nutrimentum debitum detrahitur, unde Atrophia vel etiam Hydrops subsequitur, & si gravissimos acutissimosque morbos subsequatur utplurimum lethalis esse solet.

§. 6. In *cura* ante omnia *attendendæ sunt Causæ.* Si enim ex atonia nascitur, stomachica spirituosa & aromatica conveniunt, qualia sunt *vinum malvaticum Hispanicum Canariense, vinum Cydoniatum* & *Hippocraticum* aqua vel Tra *Cynamomi, spiritus Masticbinus* & similia.

§. 7. Si viſciditates primas vias obſident conveniunt incidentia & abſtergentia. Si acidum coagulans abſorbentia.

§. 8. Si ex obſtructionibus malum trahit originem aperientia in uſum vocanda,qualia ſunt ∽⊖✱ *aniſatus*, ⊖ *vol.* °o°*oſum Sylvii*, *Tr.*♀, *Eſſ. Abſinth. Elix. propr. ſine acido, Elix. balſ. Hoffm.* item ♂*tialia,* & ejusdem generis alia.

§. 9. Si exulceratio quædam in ventriculo & inteſtinis occurrit balſamica locum habent v. g. *Balſ. peruv.* ♁ *terebinth. fl.* ♁*is*

§. 10. Si vero a conſolidatis inteſtinis ortus fuerit hic alvi fluxus poſt ulcera dyſenterica lethalis ille eſt deoque committendus.

PRAX-

PRAXIS CLINICA EXEMPLARIS CASUS SISTENS ILLORUMQUE RESOLUTIONEM, LITTERAS, ET ALIA EXERCITIA PRACTICA.

INDEX CASUUM.

CA-

CASUS I.

De
FEBRE TERTIANA INTERMITTENTE.

Historia.

Studiosus quidam texturæ tenerioris studiorum causa Giessæ degens Francofurtum adiit, & postquam ibidem à cœna solenni, quam Baletum vocant, interfuisset, simulque saltando se exercuisset, huc rediens nescio qua artuum gravitate corripitur, dicens, Es læge ihm so in den Gliedern, ita ut vix pedibus dimovendis par fuerit, noctes inquietas agit, & oscitat frequentius. His per aliquot dies neglectis die XV. Junii mane surrecturus vomitu corripitur cum frigore spinam dorsi percurrente & insequente æstu totius corporis, quem cum sudor spontaneus sequeretur, hunc quodam sudorifero promovere intendit, & quidem cum levamine. Sibi enim levior exinde factus videbatur, ita ut sequentem qui XVI. Jun. erat, quietiorem transegerit; die vero XVII. Jun. mane in lecto adhuc decumbens rigore insigni corripitur, ut dentium etiam stidore correptus fuerit, quam rursus calor excipit nimius VII. fere horas durans. Caput simul dolet, siti torquetur immani, unde Ephorus ejus pejora metuens medicum vocare jubet, qui digitos carpo admovendo pulsum celerem & frequentem observat, urinamque, quam modo excreverat rubicundam, utut claram & absque contentis solitis conspicuam. Unde quid factu opus sit deliberandum?

RESOLUTIO.

§. 1.

PErpenſis omnibus ac ſingulis accidentibus ægrotum hunc affligentibus apparet illum *febre tertiana intermittente* laborare: in qua ſententia me confirmant 1. Eſſentialiter inhærentia, ſeu concomitantia, frigus ſcilicet & calor cum reliquis Symptomatibus alternis diebus reccurrens. Idem declarant 2. Antecedentia, motus ſtatim a Cœna inſtitutus, tenerior corporis conſtitutio & ætas juveninilis. Neque me deſerunt 3. reliqua hunc morbum ſymptomata conſequentia, dolor capitis, ſitis immanis, pulſus celer & frequens cum urina rubicunda. Ex quibus omnibus ſeques hujus affectus fluit Definitio, quod ſit febris alternis diebus recurrens, orta a motu ſanguinis inæquali, conjuncta cum dolore capitis, ſiti immani, & aliis ſymptomatibus.

§. 2. *Subjectum morbi* in genere ſunt partes corporis non tamen omnes: inſpecie autem muſculi, eorumque fibræ tam carnoſæ, quam tendinoſæ, & nerveæquæ partes contexunt, motusq; organon exiſtunt. *Subjectum cauſæ* eſt maſſa ſanguinea in venis, & arteriis contenta, & primæ viæ.

§. 3. *Cauſa proxima* malieaque *farmalis* eſt intenſio motus tum ſanguinis interni, tum etiam partium ſupra dictarum. Ut hæc melius intelligantur notandum erit, quod admotus vitales æque, ac animales perficiendos ſufficiens partium robur requiratur: quod quia in tenſione conſiſtit, tonus a medicis appellatur. Hæc tenſio autem non unum, eundemque rigidum gradum ſervat, ſedin dies, horas, & momenta mutatur: quæ mutatio motus tonicus appellatur. Hic motus ordinario tranſitui humorum locum præbet, perficiturque denſatione, & relaxione. Si itaque motus ille intenditur denſationes fortiores contingunt, ſtricturæ tonicæ augentur, ſanguisque a partibus externis ad interiora defertur.

§. 4. *Cauſa proxima materialis* propter quam tum M. S. motus, tum ſtricturæ tonicæ augentur materia quædam tenax viſcida aut ſolideſcens in ventriculo, aut primis viis hærens eſſe videtur, fomes ſeu fermentum febrile alias appellata, ad quam proluendam, aut vehiculi

hiculi modo, nisi ab alia causa impediatur, excretionem ejus promovendam massa humorum ab ambitu corporis ad interiora compellitur

§. 5. Inde enim profluunt omnia in casu recensita *symptomata*. Auctis enim stricturis tonicis horrores contingunt: humoribusque ad interiora delatis sensus frigoris in externis partibus percipitur. Remittente hujusmodi strictura sanguis impetuosius a centro ad peripheriam movetur: unde calor & æstus præternaturalis dolor capitis, pulsus celer, & alia generis ejusdem symptomata sibi sumunt originem. Sitis immanis oritur a consumtione humidi, quod a calore dissipatur: urina autem rubicunda, clara & sine sedimento solido a defectu humidi, & partibus ⊖ino-♀eis a calore exaltatis.

§. 7. Omnibus his e *causis remotis* occasionem præbuit motus statim a cœna institutus. Quemadmodum enim motus temperatus, & convenienti tempore institutus distributionem chyli promovet, secretionesque, & excretiones adjuvat: ita post cibum & potum statim institutus chylum adhuc crudum in vasa lactea & M. S. præcipitando motum præternaturalem infert: unde per consequens febres & alia mala oriuntur.

§. 7. Quod *prognosin* attinet: febres intermittentes teste Hippocrate sine periculo sunt, & tertianæ exquisitæ septem utplurimum circuitibus terminantur. Hinc etiam hunc ægrotum extra periculum esse pronunciamus, bonoque animo esse jubemus.

§. 8. In *Cura* hujus mali causæ eo quo influunt ordine sunt tollendæ, Hinc (1) removeantur causæ externæ, quæ originem huic malo dedere, illudque adhuc alere possunt (2) Materia peccans e primis viis ejiciatur & 3) Orgasmus humorum specificis antifebrilibus tollatur.

§. 9 Quod *primam indicationem* attinet illam legitimam diætam imperando obtinebimus: in qua ordinanda ad sex res non naturales præcipue est attendendum. Omni studio itaque vitetur aer frigidus, & corpus ægri in moderata, & æquali transpiratione semper detineatur, Cibus sit salubris, & secundum Hipp. Sect. I. aphor. XVI. diæta humida omnibus commendetur: nec cibus unquam ante aut intra paroxysmum capiatur. Potus frigidus, & acida ad sitim extinguendam nunquam magna in copia adhibeantur: aptiora

aptiora autem ſunt ⦶, & ⁓ ⦶ ad ſitim extinguendam. Porro quieti indulgeat æger, nec motus niſi ante paroxyſmum inſtituatur. Vid. *Bohnii* offic. med. p. m. 407. Somnus porro vigilias ſuperet: qui ſi deficiat emulſionibus papaveraceis, & ſimilibus erit promovendus. Quod reliquas res non naturales attinet alvus quotidie ſuo reſpondeat muneri, tranſpiratio ſit libera, & animus ad tranquilitatem compoſitus.

§. 10. *Secundam indicationem* emetica implent, quæ materiam febrilem in primis viis hærentem vectibus quaſi expellunt, & hic potiſſimum indicari videntur, cum non ſolum a vitio diætæ hoc malum ſuam ducat originem; ſed natura etiam ſponte eo inclinare videatur. Hunc in finem commendatur ♀ emeticus, radix Hipecac. ☿ vit rite pp. turpethum minerale: ex quibus ſequentes formulæ combinari poſſunt.

Rec. ♀ *Emet. gr. j*
Rad. Hipecac. pulv. ℈ß
⊖ *abſinth. gr. v.*
M. f. pulv. d. ad chart. *S.*

Brech Pülverlein 2. biſs 3. Stunden vor dem paroxyſmo oder auf den guten Tag in The oder Caffe einzunehmen.

vel

Rec. ☿ *vit. ant.*
♀ *Emet. gr. iij*
Sacch. opt. gr. viij
S. ut ante.

§. 11. His ita præmiſſis vi *tertiæ indicationis* ad ſpecifica anti febrila accedendum erit, tam ante, quam poſt proxyſmum exhibenda. Ante paroxyſmum conveniunt præcipitantia, incidentia, & aperientia v. g. lap. 69. conch. pp. arcanum duplicatum, ⊖ digeſtiv. Sylv. flores ⊖ ✱, reg. ♄ medic. Eſſ. abſinth. card. bened. cent. min. & alia; quæ ſub varia forma exhiberi poſſunt v. g.

Rec. Reg. ♄ *medic.* ʒj
Fl. ⊖ ✱ ℈ij
Ther. cœl. gr. iij
M. f. pulv. div. in 3. part. aqu.
S.

Fieber

Fieber Pulver darvon allemahl eins vor dem Anstoſs in vvarmer Brühe zu nehmen, und ſich darauf zuzudecken.

Diebus intermiſſionis mane aperientia amara, a meridie vero præcipitantia ſupra dicta poterunt exhiberi v. g.

Rec. *EE. abſinth. compoſ.*
Card. bened.
Cent. min. aa ℥j
S.

Vermiſchte bitter Eſſenz darvon alle Morgen 50. Tropffen in The zu nehmen.

Rec. *Coch. pp.*
Lap. 69, pp. aa ℈ij
⊖ abſinth. ℈j
M. f. pulv. div. 2. partes æquales
S.

Verſüſſende Pulver darvon alle Mittage eins in vvarmer Brühe zu nehmen.

§. 12. Si malum his remediis non cedit ad chinam chinæ erit confugiendum ſequenti forma exhibendam.

Rec. *Cort. peruv. ℥j*
⊖ ✳ depur. ʒj
⁰₀₀ ♋ cinamom. gtt. iij
Syr. cent. min. q. ſ.
M. f. l. a. Elect. d. ad fictile.
S.

Fieber Latvverge darvon alle zvvey Stunden nach dem Anstoſſe eine gute Meſſerſpize voll zu nehmen, und etliche Schælgen The darauf zu trincken.

CASUS II.

De

FEBRE TERTIANA DUPLICI.

Historia.

VIr 40. *annorum temperamenti biliosi post spontaneam aliquot dierum lassitudinem crurumque debilitatem die* 20. *Sept. anno seculi præsentis* 1706. *hora VI. vespertina horrore aliquo corripitur cum totius corporis incalescentia, capitis dolore, siti agrypnia, pulsu celeri & forti, quæ cum* 12. *circiter horas durassent in largum sudorem desierunt urina abhinc rubicunda, & quasi flammea excreta. Quamvis autem persuasione mulierculæ deceptus Erysipelas esse crederet, adeoque nihil periculi subesse nihil omnius tamen die subsequente* 21. *sc. Sept. hora* 2. *pomeridiana redibant simptomata, & quidem longe vehementiora cum vomitibus crebris materiæ biliosæ, cardialgia, summa virium debilitate die* 22. *Septemb. antiquam typum tenebat, & hora circiter VI. morbus revertebatur: unde anguem sub herba latere existimans æger medicum vocat, eumque tum de morbi nomine, tum auxilio & diæta consulit.*

RESOLUTIO.

§. 1.

COnsideranti omnia & singula phænomena in præsenti casu recensita primo intuitu occurret ægrotum hunc laborare *febre &* quidem

quidem non ſimplici, ſed compoſita ex duabus tertianis, unde etiam *tertiana duplex* appellatur. Commode definiri poteſt quod ſit *febris intermittens quotidie ſed horis diverſis alternando recurrens, orta a motu ſanguinis inæquali, & conjuncta cum cardialgia, cephalalgia, & aliis ſymptomatibus.*

§. 2. Adeſſe autem hunc, & non alium affectum demonſtrant, 1. *eſſentialiter inhærentia* ſeu concomitantia horror cum totius corporis incaleſcentia, quæ quotidie quidem ſed horis admodum diverſis alternando in paroxyſmo conſpicitur. Idem faciunt 2. *antecedentia* ad hunc affectum alias diſponentia, uti ſunt ætas activior & prima virilis, temperamentum bilioſum, & tempus anni autumnale. Nec 3, abludunt phænomena hunc morbum *conſequentia* cardialgia, dolor capitis, vigiliæ, pulſus celer & fortis, ſudor largus, & urina flammea.

§. 3. *Subjectum morbi* ſeu pars affecta eſt totum corpus præcipue tamen muſculi tanquam organa motus voluntarii, & fibræ carneæ ſive tubuli illi poroſi, per quos ſanguis propulſus in venas revertitur. *Subjectum cauſæ* vero ſanguis eſt, ſive maſſa humorum per totum corpus circulata, & fomiti febrili focum præbens.

§. 4. *Cauſa proxima formalis* hujus febris eſt intenſior, & inæqualis motus ſanguinis per partes corporis poroſas, venas & arterias. Perficitur autem motus tonicus denſatione, & relaxatione eumque in finem a natura inſtituitur, ut id quod in mixtura corporis ſolutum eſt ſecernatur, & excernatur. Et quemadmodum hic motus moderate, ordinate, & ſucceſſive a natura inſtituitur in ſtatu ſ n. a ita tranquilla ſua continuatione tam inſtrumentorum, quam materiæ movendæ vitio in febribus conſpicuo natura dimovetur, variisque modis intenditur, & alteratur.

§. 5. *Cauſa proxima materialis* propter quam natura in hac febre a tranquilla, & ordinata ſua continuatione dimovetur eſt abundantia partium bilioſarum ſive ♀earum: quod vomitus bilioſi in præſenti caſu recenſiti probare videntur.

§. 6. Sponte inde fluit *connexio* ratioque *ſymptomatum* ſuperius recenſitorum. Aucto enim motu fibrarum tremulo & horripilatorio *frigus* percipitur: his ſtricturis remittentibus maſſa humorum ad exteriora impetuoſius movetur: unde *calor ille præternaturalis, pul-*

ſus celer & frequens, *ſudorque* proveniunt: quo febris utplurimum terminatur vel quoad totum, vel quoad ejus paroxyſmum. *Certis vero horis redit*, quia interea tanta quantitas materiæ febris generatur, quantum ad novum paroxyſmum requiritur, Sanguis ad caput delatus vaſa diſtendit, unde *dolor capitis*, *& vigiliæ*. Humidum a calore diſſipatum, *ſiti urinæque flammeæ* tradit originem. *Vomitus* præterea adſunt a materia bilioſa in ventriculo collecta: unde etiam *anxietas præcordiorum*, tandemque *virium debilitas* a paroxyſmo ſæpius recurrente, & ~ conſumente.

§. 7. *Ex cauſis remotis* plures huic morbo anſam dederunt: in caſu præſente autem temperamentum bilioſum, ætas & anni tempus recenſentur, unde hæc febris emanavit. Partes enim bilioſæ in ſanguine abundantes craſin ejus turbare, variasq; motuum ataxias inducere ſolent: ad quas augendas plurimum valet ætas junior, activior & ſatis vegeta. Huc etiam facit tempus autumnale imprimis, & æſtati ſuccedens: in quo teſte experientia febres intermittentes epidemice ſæpius graſſari ſolent.

§. 8. Quod *prognoſin* concernit febres intermittentes periculo quidem carent: compoſitæ autem plus moleſtiæ, & negotii creare ſolent; cum ob nullam, vel paucam intermiſſionem vires ſe recolligere non valeant. Quoniam tamen temperamento, & ætati conveniens eſt, ideo reconvaleſcentiam ſpondemus, ſpemque ſalutis ægro facere poſſumus.

§. 9. In Cura hujus morbi 1. *Cauſæ externæ erunt removendæ*, 2. *materia peccans ex primis viis expellenda*, & 3. *Orgaſmus humorum febrilis ſiſtendus*.

§. 10. *Primæ indicationi* ſatisfaciet diæta conveniens. Hunc in finem eligatur *aer* temperatus ad calidum magis quam frigidum inclinans ut tranſpiratio æqualis ſervari poſſit. Huic ſuccedunt *cibi*, *& potus*, quorum uſus legitimus plurimum valet ad febres tollendas. Cibos itaque capiat exigua in quantitate cum ſtomacho jejuno exiſtentente non tantum cicuretur, ſed interdum prorſus abigatur febris. Cerevifia porro exulet, quæ febricitantibus nocet, & in potum cedat vinum aqua fractum, infuſum theæ, aut alia decocta aperientia. *Somnus* omni modo procuretur febricitantibus proficuus, & *quieti* indulgeat in hoc morbo ſalutari. Ratione *excernendarum*

rum secretio, & excretio humorum promoveatur, & alvus quotidie suo fungatur munere. *Affectus animi* denique exulent ira, terror & metus.

§. 11. *Secundam indicationem* emeticis obtinebimus: quorum usus in hoc morbo erit egregius. Inter illa eminent præter superius jam recensita infusinoes ♁iales croci metallorum, vitri ♁ &c. quæ post aliquot vomitiones largum sudorem in lecto movent: parantur autem ita.

Rec. *Vitr. ♁ gr. vj. Infund. in vini ℥j. stent per noctem mane filtr. & d. pro dosi.*

§. 11. *Tertiæ indicationi* incidentia, detergentia, & alia antifebrilia satisfaciunt. Prioris generis sunt ex regno vegetabili amara de quibus in superioribus, e regno minerali *♂tialia* cum ⊖ibus mediis v. g. ⊖ *dig. Sylv.* ⊖✳, 🝀 🜖 *lat. arcan. dupl.* 🝀🝀 *sat.* ▽ *fol.* 🝀, *solut. lap.* 69. quæ varia forma præscribi possunt. Sic in forma pulveris.

Rec. *Lap. 69. pp.*
🝀 🜖 *lat. aa.* ʒj.
⊖ *dig. sylv.* ℈j.
M. f. pulv. div. in 3. part. æqu. S.

Eroeffnende Pulver darvon Morgens eines in The zu nehmen:

Rec. *Antihect. Poter.*
Arcan. dupl. aa. ℈j
Fl. ⊖✳ ℈ß.
M. f. pulv. div. in 3. partes æquales S. ut ante.

§. 13. Ad posteriora pertinent antifebrilia tam communia, quam moderna selecta. Ad illa pertinent specif. antif. Croll. conch. pp. reg. ♁ medic. ex quibus varii pulveres parari possunt, & ante paroxysmum adhiberi. Si his remediis malum nondum cedit tuto confugere licet ad chinam chinæ, & secundum *Sydenhamium* hunc in modum adhibere.

Rec. *Pulv. cort. peruv.* ℥j.

non naturalibus cibi mali ſucci, & indurati huc pertinent: quibus ægrum noſtrum uſum fuiſſe in præſenti caſu relatum legimus. Nec aer excuſandus erit, qui tempore autumnali pluvioſus utplurimum obſervatur, & ad ejusmodi materiam producendam maxime accommodatus.

§. 8. Quod *prognoſin* concernit notandum erit, quod hic morbus non ſit periculoſus maxime tamen lentus & per autumnum ſæpe, hyemem, ver & ultra durans, nec ullo medicamento cedens, poſtea vero circa ſolſtitium æſtivum ſponte abiens. Hinc etiam ægrotum noſtrum extra periculum eſſe judicamus.

§. 9. In *Cura* eo maxime reſpiciendum ut 1. *remotis cauſis externis morbum alentib9 2. vitioſa materia in primis viis herens blande educatur. 3. Obſtructiones reſerentur, & orgaſmus humorum ſiſtatur.*

§. 10. *Primo ſcopo* obtinendo inſervit diæta legitima, debitaque rerum VI. non naturalium adminiſtratio. Hunc in finem vitetur *aer* craſſus, frigidus gravis ac denſus, & eligatur ſerenus, humidus. & tenuis. Porro abſtineat æger ab omnibus alimentis, & *cibis* craſſis, in ſuperioribus relatis, flatulentis, acidis, & ⊖ſis, nec non ab omni cibo copioſo. Præſtat enim ſemper ventriculo vacuo febrim ſupervenire quam cibis repleto. Poterit etiam inter cibos ⊖ vel. ℅oſum, aut Elixir quodam ſtomachicum ſumi. *Motum & quietem* quod concernit, in illis ſervetur mediocritas, *alvus* inſuper ſit *aperta*, ſibique caveat ægrotus ab *omni perverſa animi commotione.*

§. 11. *Secundam indicationem* purgantibus, & vomitoriis obtinemus; ſed de vomitoriis in ſuperioribus jam egimus. Inter purgantia leniora ſe commendant corrigente ſimul virtute prædita v. g. *fol. ſenn.* Rad. *Rhabarb. Mechoac. alb.* quibus pro re nata abſinth. addi poteſt *cent. min. fumar.* & ſequens fieri formula.

Rec. *Hb. Abſinth.*
Card. ben.
Cent min. aa. m. ij.
Fl. acac.
Perſic. aa. m. j.
Rad. Rhabarb.
Mechoac. aa. ℥iij.

Fol.

Fol. senn. s. st.
Passul. maj.
Min. aa. ℥j.
⊖ ♀ ℥ß.
Incis. contus. d. ad chart. S.

Species zu ein und ein halb Maass Wein, de quo omni mane sumatur haustus.

§. 12. *Tertiam indicationem* aperientia, diaphoretica & antifebrilia implent. Primi generis sunt ♂*tialia*, quæ ⊖ *absinth. arcano duplicato*, ⊕ *purificato*, aut ♁*iato* varie exaltari possunt & sequenti modo exhiberi v. g.

Rec. *Limat* ♂ *in subt. pulv. redact.* ℨiij.
⊕ *purif.* ℈ij.
M. f. pulv. div. in 5. *part. æquales.* S.

Eröffnende Pulver darvon alle Morgen eines zu nehmen, und sich darauff zu bevvegen.

Specifica diaphoretica sunt extracta amara, ♎ ⊖ ✱, qui ab aliis antiquartius vocatur & ad ℨß. ante paroxysmum exhibetur, ♎ ♀ *crocus, camphora, lap. 69.* ⊖ *ia fixa, & volatilia nec non* ♁*ina*, quæ vario modo exhiberi possunt.

Rec. *Tr. Bez.*
♎ ⊖ ✱ *aa.* ℨß.
Camph. gr. ij.

M. d. pro 2. dosibus ante paroxysmum expectando sudorem.

vel.

Rec. ♁ ♁ *ij.* ℨß.
Bez. min. gr. XV.
Camph. gr. ij.
M. d. pro duabus dosibus.

§. 12. Liberatis hoc modo obstructionibus China chinæ in usum vocetur orgasmum humorum, & commotiones febriles tollens, quæ cum syrupo quodam in electuarium redigenda. v. g.

Rec. ♀ *Chin. Chin.* ℥j.
Syr. rub. Id. q. s.
M. f. Electuarium.

Si his remediis malum non cedit æger ad acidulas dimittendus erit.

CASVS IV.

De
FEBRE TERTIANA CONTINUA.

Hiſtoria.

JUvenis 30. annorum ob plethoram ſtillicidio narium frequenti aſſuetus, hoc a biennio ſuppreſſo poſtquam juſto largiori ♉ hauſtu pedeſtri itinere ſumme eſſet debilitatus calore totius corporis intenſisſimo corripitur alternis diebus ingraveſcente. Sitit ardenter, caput dolet cum temporum pulſatione, vigiliis, & imminentibus deliriis. Ad hæc dulcedinem nauſeoſam in ore percipit. Pulſus eſt celer, frequens & inæqualis, urina rubra pellucida absque ſedimento. Symptomatibus his per triduum afflictus petit conſilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

MOrbus quo æger noſter affligitur eſt *febris* & quidem *continua*, quoniam absque intermiſſione continuo durat. Cum autem ſuas habeat exacerbationes, & ſymptomata utplurimum tertio die ingraveſcant, ideo dicitur *tertiana* continua. Commode autem definiri poteſt, quod ſit *febris continua alternis diebus ingraveſcens orta a commotione ſanguinis, & humorum inæquali, atque celerrima, conjuncta cum ſiti inexplebili, calore intenſiſſimo, pulſu celeri, frequenti, & inæquali urina cruda & flammea aliisque ſymptomatibus.*

§. 2. Adeſſe autem hunc affectum demonſtrant 1. ex *eſſentialiter inhærentibus*, ſeu concomitantibus calor totius corporis intenſiſſimus

tissimus alternis diebus ingravescens. Consentiunt etiam 2. *antecedentia* ætas juvenilis, plethora, abusus 🜄, & iter pedestre aquo summe fuit debilitatus. Nec abludunt 3. *consequentia* sitis ardens, dolor capitis, vigiliæ, deliria, dulcedo nauseosa in ore, pulsus celer, frequens, & inordinatus, urina rubicunda, pellucida, absque sedimento.

§. 3. *Subjectum morbi* seu pars affecta est habitus corporis, sive partes illius molliores: *causa* autem sunt ventriculus, intestina, & massa sanguinea.

§. 4. *Causa proxima*, eaque *formalis* est motus humorum concitatior, & inæqualis per partes corporis porosas.

§. 5. *Causa proxima materialis* propter quam talis motus a natura instituitur est cruditas nidorosa, sive humores putrilagniosi inprimis viis, & massa sanguinea contenti.

§. 6. Sponte inde fluit *ratio symptomatum* in præsenti casu recensitorum. *Calore totius corporis intensissimo corripitur*, qui contingit a vehementissimo, & quasi attritivo motu sanguinis in corpore, *qui alternis diebus ingravescit* ab accessione intermittentis. *Sitit ardenter* propter defectum humidi. *Caput dolet* quia sanguis in cerebro congestus vasa in membranis capitis contenta premit, & distendit: unde etiam *pulsationes arteriarum, vigiliæ, & mentis turbationes* oriuntur. Adhuc *dulcedinem nauseosam* in ore percipit, quam cruditates nidorosæ in ventriculo contentæ producunt. *Pulsus est celer, frequens, & inæqualis* a compressione cordis inæquali per quam sanguis frequenter, & inordinate in arterias exprimitur, talisque pulsus efficitur. *Urina* conspicitur *rubicunda, pellucida, & sine sedimento* a defectu humidi & particulis ⊖ino 🜔eis per calorem exaltatis.

§. 7. *Causæ occasionales* sunt ætas juvenilis, plethora, motus insolitus, & abusus 🜄. Prima operatur M. S. ad circulationem ineptam reddendo, & motum ejus internum concitatiorem reddendo. Reliqua motum sanguinis turbant, & abusus 🜄 liquorem gastricum corrumpit, ansamque præbet humoribus putrilanginosis.

§. 8. In *prognosi* notandum acutarum incertas esse prædictiones, febresque continuas, periodicis intermittentibus periculosiores. Quoniam tamen æger adhuc est juvenis fore speramus, ut convenientibus adhibitis remediis pristinæ sanitati restituatur.

§. 9. Ut hoc consequamur *cura* maturanda erit I. *causas externas removendo.* II. *humores præternaturales evacuando.* Et III. *Massam sanguineam depurando, & orgasmum humorum sistendo.*

§. 10. Juxta *primam indicationem* diæta conveniens instituatur, debitaque rerum non naturalium administratio. Hunc in finem vitetur *aer* crassus, frigidus, gravis ac densus, & eligatur serenus, lucidus, & tenuis. Porro abstineat æger ab omnibus *alimentis*, & cibis crassis, flatulentis, acidis, & ⊖sis, nec non ab omni cibo copioso. Multum præterea bibat sed nec nimis calide, nec nimis frigide. Loco *potus* ordinarii in usum vocetur decoctum CC. scord. scorzoneræ, emulsio ex sem. IV. frig. maj. & cerevisia tenuis cui Tr. fl. bell. instilletur. *Quieti* indulgeat *& somno.* Alvus præterea sit libera, & fluida: quæ si non aperiri potest laxantibus internis, clysteribus evacuetur aliquoties reiteratis. *Animus* denique sit compositus & ab omnibus inordinatis motibus remotus.

§. 11. Vi *secundæ indicationis* vena in brachio aperiatur, sanguisque ad aliquot unicas extrahatur. Plethora sic imminuta primæ viæ emeticis, & alvus clysteribus evacuandæ veniunt. Inter Emetica ♀ *emet. rad. Hipecac. inf.* ♁*ialia, syrup. rub. id. emet* & alia eminent: quæ sub varia forma adhiberi possunt. v. g.

Rec. *Rad. Hipecac.* ℈ß.
♀ emet. gr. j.
Sachar. opt. gr. vj.
M. d. pro dosi vel

Rec. ▽ *Fl. acac.* ℥j.
Syr. rub. Id. emet. ʒij.
M. d. pro dosi.

§. 12. *Tertiæ indicationi* præcipitantia, acida, & blandiora diaphoretica satisfaciunt. Primo loco itaque adhibeantur *lap.* 69. CC. *f.* △*e, mater perl. Tr. Bez. Mixt. simpl.* ex quibus variæ formulæ parari possunt v. g.

Rec. ▽ *Fl. Samb.*
Card. Bened. aa. ℥iß.

Tr. Bez.

Tr. Bez. ℥ij.
CC. s. △ pp.
Lap. 69. pp. aa. ℥j.
M. f. c. s. q. Sach. Syrupis. potio d. cochleatim. vel

Rec. *Lap. 69. pp.* ℥ij.
Matr. perl.
CC. ust.
Vincorn. foss. aa. ℥j.
Theriac. cœl. gr. iiij.
M. d. ad scat. S.
Absorbirendes Pulver des Tages 3. mahl eine Messerspitze voll im ordentl. Trunck zu nehmen.

His succedant blandiora diaphorethica: cujus generis sunt *Pulv. Bez. Ang. Pannon. rubr.* ♁ *diaph. Bez. min.* ⊖ *vol. CC.* ♁: ex quibus variæ formulæ conponi possunt. v. g.

Rec. ▽ *Fl. calend.*
Samb. aa. ℥ij.
♁ *diaph.* ℥j.
Pulv. Bez. Angl. ℥ß.
⊖ *vol. CC.*
Mixt. simpl.
Tr. Bez. aa. ℥j.
Op. cydon. gr. iij.
M. f. potio d. cochleatim.

vel

Rec. *Pulv. Bez. Angl.*
♁ *Diaph. aa.* ℥j.
♁ ℈ij.
Camph. gr. iij.
M. f. pulv. d. S.
Schweiss treibendes Pulver auff 3. mahl.

His ita præmissis cortex Peruvianus jungi potest legitimo modo adhibendus.

CASUS V.

DE FEBRE CONTINUA BENIGNA.

Hiſtoria

VIrgo quædam haud infimæ condicionis facie rubicunda, roſeaque inſignis, cum menſe Junio ob intentiſſimum æſtatis fervorem veſtes ſolito tenuiores indueret veſperi male ſe habet, inde nauſea & opreſſione ventriculi afficitur, poſtero die præcedente aliquo rigore calore inſigni, atque inſolito, ut & ſiti clamoſa corripitur. Lingua atque fauces prorſus aridæ, & muco quodam cænoſo abductæ ſunt. Adeſt præterea inſignis cephalalgia, cum temporum pulſatione moleſta. Vigiliis pariter nocturnis vexatur, alvus admodum pertinax eſt, urina rubicunda, & flammea, quæ medico afferri jubetur ut exinde conjiciat, qualis ſit affectus, unde ortus, an quoque ſit curabilis? Medicus urinæ ſoli non fidit, ægram viſitat, & in priori ſtatu reperit, tactoque pulſu eum fortem, & celerem obſervat. Quæritur quid agendum?

RESOLUTIO.

§. 1.

EX phænomenis in præſenti caſu recenſitis conſtat hanc virginem laborare *febre continua ardente benigna.* Dicitur autem ita, quia paroxyſmi non intermittunt, ſed continuo durant nullaque ſigna malignitatis adſunt.

§. 2. Præſentiam ejus demonſtrant *eſſentialiter inhærentia*, qualia ſunt rigor, illique ſuccedens calor continuus. Hoc faciunt etiam *antece-*

antecedentia ætas scilicet junior, temperamentum sanguineum, tempus æstivum, & vestium mutatio; nec non *consequentia* sitis clamosa lingua & fauces aridæ, cephalalgia, temporum pulsatio, vigiliæ alvus pertinax, urina rubicunda & flammea pulsus celer, & fortis.

§. 3. *Subjectum* seu partem affectam constituit totus habitus corporis porosus: causa autem in primis viis, & massa humorum stabulari videtur.

§. 4. *Causa proxima formalis* est intensior, & inordinata massæ sanguineæ commotio: *materialis* autem sunt partes inæquales & heterogeneæ secernendæ, & eliminandæ ob insensibilem transpirationem sufflaminatam hactenus retentæ.

§. 5. Inde enim non difficile est *connexionem symptomatum* deducere, siquidem intensior motus sanguinis *calorem*, & alia symptomata producit. *Siti clamosa* corripitur ob defectum humidi: unde *fauces etiam linguaque prorsus arescunt*. Adest præterea *insignis cephalalgia* a sanguine in cerebro congesto, vasaque comprimente, & distendente. *Tempora pulsant* quia sanguis celerius per artus movetur. *Pulsus celer, & fortis deprehenditur*, quia sanguis systole cordis fortius exprimitur, arteriasque fortius & celerius dilatat, & constringit. *Vigiliis nocturnis vexatur* ob celeriorem sanguinis, &-♌-tuum motum. *Urina* denique *rubicunda est & flammæ* instar radians, quia particulis aqueis non diluitur, partesque ⊖nio-♀eæ a calore concentrantur, & exaltantur.

§. 6. Ex *causis occasionalibus* ansam huic materiæ producendæ ætas præbuit, temperamentum sanguineum, potissimum autem pororum obstructio, & transpiratio prohibita.

§. 7. In *prognosi* acutorum quidem sunt incertæ prædictiones: speramus tamen in hac virgne vegeta hanc febrem non adeo periculosam fore: & quoniam nulla malignitatis signa adsunt spes salutis, & reconvalescentiæ promittenda videtur.

§. 8. Interim ut hæc ægrota nostra in integrum restituatur *cura* maturanda erit & sequentibus indicationibus perficienda I. *remotis causis externis* II. *humores præternaturales ex primis viis, & massa sanguinea evacuentur* & III. *Orgasmus humorum eo dirigendus ut reliquiæ exterminari possint.*

§. 9. *Primam indicationem* implet diæta conveniens. Eligatur itaque *aer* temperatus neque, æger in hypocauſto nimis calido detineatur, nec regimen externum nimis calidum ſuadeatur. A frigore externo defendendus etiam eſt æger ne a cutis ſpiraculis obſtructis anxietates oriantur. Abſtineat poro a *cibis* craſſioribus, & victu pleno ſed potius adhibeatur tenuis refrigerans & humectans. *Potus* concedatur largus ex emulſonibus, & julepis parandus, vel etiam ex aqua ſimplici cum cruſta panis cocta. Alvus quæ ut plurimum in hoc morbo obſtructa aperienda, lenioribus emollientibus ciſmatibus nutrientibus, & ſtimulantibus. *Somnus* quovis modo concilietur & *quies* tam animi quam corporis.

§. 10. *Secundam indicationem* V. S. implet: ejusque uſum temperamentum ſanguineum ſuadet, nec ætas imbellior aut declivior prohibet. Poſt. V. S. emeticum propinetur & clyſteres ex emollientibus parati legitimo modo adhibeantur. Emetica ex *infuſionibus* ♃*ialibus* ♀ *emet. & rad. Hipecac.* parari poſſunt.

Rec. ▽ *Bened. Rul.* ℥j
Fl. acac. ℥ij
M. d. pro doſi vel.
Rec. *Rad. Hipecac.* ℈ß
♀ *emet. gr. j*
Sachari gr. vj
M. d. pro doſi

Veſperi poſt celebratam vomitionem tumultus ab Emetico in humoribus excitatus potione paregorica ſedetur, hinc

Rec. ▽ *pap. errat.* ℥ij
Syr. ejusd. ℥ß
Laud. opiat. gr. ij
M. d. pro doſi.

§. 11. *Tertiæ indicationi* ſatisfacimus præcipitantibus ⊖ſis bezoardicis maſſam ſanguineam eventilantibus.

Rec. *Lap. 69. pp.* ʒiß
p. Bez. Angl. ʒß
Ther. cœleſt. gr. iij
M. d. bis vel ter. de die

Huc faciunt etiam *Julepi citrati Tr. fl. bell.* ⊖ *depuratum &c.*

CASUS

CASUS VI.

DE FEBRE MALIGNA.

Historia.

Studiosus de cætero sanus variis hinc inde affectibus epidemice grassantibus per dies aliquot insueto artuum languore sine manifesta causa corripitur cum appetitu prostrato. Mox horripilatione quadam corripitur subsequente calore continuo quidem sed non ita magno. Sitit intense, ita ut fauces & lingua crusta quasi glutinosa sint obducta, quam ob causam aquam semper flagitat, cerevisiam vero prorsus respuit. Vires adeo sunt prostratæ ut lecto semper affixus hæreat, nec surgere valeat, quamvis ob insignes cordis anxietates, Herzens Angst *uti loquitur hinc inde se jactitet. Noctu diuque somno caret cum insigni capitis dolore. Tandem etiam diarrhæa quædam observatur cum imminentibus animi deliquiis. Urina clara sed intense tincta pulsus celer frequens, & parvus. Petit consilium.*

RESOLUTIO.

§. 1.

Affectum præsentem *febrem malignam* esse demonstrant (1) concomitantia sive *essentialiter inhærentia* horripilatio & calor con, tinuus cum summa virium prostratione.(2) *Antecedentia* Epidemica anni constitutio, languor artuum insuetus cum appetitu prostrato. (3) *Consequentia* sitis intensa, lingua crusta obducta, cordis anxietates, vigiliæ, dolor capitis, diarrhæa, animi deliquium, urina clara & inten-

ſe tincta, pulſus celer frequens & parvus: quæ omnia febrem malignam adeſſe infallibiliter indicant, atque demonſtrant.

§. 2. Agnoſcit atem hic morbus pro *parte affecta* maſſam ſanguineam particulis aqueis gelatinoſis, & purpureis conſtantem cum orificio ventriculi ſiniſtro, quod cardialgia & inquietudi nes demonſtrant.

§. 3. Ordine ad *cauſarum* conſiderationem jam devolvimur, & *proximam formalem* conſiſtere dicimus in putredinoſa & deſtructoria elementorum ſanguinis diſſolutione, ſive receſſione particularum a ſitu & ordine ſuo, quem habent ſ. n. leges: *materialis* autem ſunt miaſmata maligna & virulenta ſanguini communicata.

§. 4. Ex his ita ſuppoſitis facile *phænomena* in præſenti caſu recenſita poterunt *explicari*. Hujusmodi enim miaſmata ad corpus delata tyrannidem ſuam ibi exſerunt, actionesque tam vitales, quam animales deſtruere conantur. In partibus externis hærentes tonum illarum, & tenſionem relaxant: unde *languor* ille & *laſſitudo inſolita*. Ad ventriculum, & primas vias delata fermentum ejus corrumpunt: unde appetitus proſternitur, & in ſiniſtro ejus orificio hærentia *cardialgiam*, & alia ſymptomata excitant. Sanguini permixta texturam ejus deſtruunt, & ad motum ineptum reddere conantur. Ut huic reſiſtatur, motus ejus intenditur: unde *pulſus fit celerior frequentior, & parvus, calor augetur, vires proſternuntur, ſomnus prohibetur, animique ſequuntur deliquia*. Partes humidæ a calore abſumuntur unde *ſitis intenditur urinaque clara & intenſe tincta redditur*.

§. 5. Anſam & occaſionem huic malo ex *cauſis antecedentibus* conſtitutio Epidemica præbuit, & corporis diſpoſitio ad ejusmodi miaſmata ſuſcipienda.

§. 6. Ad eventum denique hujus febris malignæ accedendum erit, quem *Prognoſis* exhibet. Sunt autem febrium malignarum ſecundum Hippocratem, & alios practicos incertæ prædictiones. Hinc etiam nihil certi de eventu ejus vel ad vitam vel ad mortem determinare audeo, ut ut æger ob diarrhæam conjunctam in periculoſo ſtatu verſetur. Hoc tantum moneo quoniam patiens adhuc juvenis eſt, febrisque non adeo intenſa medicamenta convenientia adhuc locum invenire.

§. 7.

§. 7. In *Cura* itaque hujus mali ſequentes indicationes erunt obſervandæ ut I. *Cauſæ externæ removeantur* II. *fermentum malignum in primis viis adhuc hærens eliminetur* & III. *partes heterogeneæ e maſſa ſanguinea ejiciantur.*

§. 9. *Primæ indicationi* diæta conveniente ſatisfit: ut hæc legitime inſtituatur *aer* eligendus eſt temperatus, ſerenus purus & moderatus, lectique calor æquabilis: unde etiam vitia aeris variis odoramentis, & effluviis alexipharmacis corrigi poſſunt. Abſtinendum porro eſt a *cibo* copioſo, juſculis nutrientibus in copia ſumptis. Nunquam etiam humida deneganda ſunt ſi appetat æger, modo ſint congrua: Inter hæc eminent *decoct. CC. rad. Scorz*, atque *hordei acuatum* ♎ ⊕ *dulc.* ♎ ℞ *phil. ſ. Tr. IV. fl. cord. Situs* erectus in omnibus morbis malignis præſertim circa tempus criticum nunquam ſuadendus. *Quietus* potius æger ſit corpore & animo.

§. 8. Vi *ſecundæ indicationis* vomitoria caute & blande adhibenda erunt infuſiones nimirum ♁iales, & alia v. g.

Rec. Vitr. ♁ *gr. vj.*
Vini Rhenani ℥j
Stent per noctem in infuſione mane colenur & addatur
🜄 *cinamomi* ʒj

§. 9. *Tertiæ indicationi* inſerviunt alexipharmaca & bezordica interquæ blandiora, & magis fixa eminent, qualia ſunt ex ſimplicibus 🜃 *ſigil. lap. bez. orient. & occident. raſ. CC. ex præparatis CC. ſine* △*e* ♁ ♁ *& alia.* & ex compoſitis præſtantis ſimæ virtutis ſunt *pulv. bez. Sennerti, Anglicus, Pannonicus ruber*, qui hoc in caſu ob Diarrhæam conjunctam laudatiſſimus: quæ ſub varia forma propinari poſſunt.

Rec. 🜄 *ceraſ. n.*
Fl. ſamb. aa ℥ij
Pulv. bez. Angl.
CC. ſ. △*e pp. aa.* ℈ij
Bez. miner. ℈j
Syr. acetoſ. citr. ʒvj
Ther. cœleſt. gr iij
M. d. pro 3. doſibus lenem ex pectando ſudorem. Item
Rec. Pulv. pannon. rubr. ʒj
♁ *diaph.* ℈ij

☿ *Nat. pp.* ℈j.
Theriac. cœl. gr. iij.
M. f. pulv. d. ter. de die.

CASVS VII.

De

VARIOLIS.

Hoch Edler, und Hocherfahrner, Mein inſonders Hochgeehrter Herr Doctor.

NAchdem mein jüngſtes Tôchterlein von etvva 7. Jahren etliche Tage über Stechen im Kopffe und Rücken geklaget, auch einige Bangigkeit umbs Hertz, ôfſters übergeben, groſſen Durſt und flühende Hitze, Zucken der Glieder, und truckenen Huſten empfunden, ſo haben ſich nach 4. oder 5. Tagen einige rothe Stippegen unter dem Geſichte an Hænden und Füſſen gezeiget, daſs es faſt das Anſehen gevvinnen vvill, als vvolten es die Blattern geben. Nach dem es nun in drey Tagen keinen Stuhlgang gehabt, und man ſich beſorget, es mœchte ſonſt etvvas darzu ſchlagen, ſo habe meinen hochgeehrten Herrn Dr. bitten vvollen, Ihme vvann es dienlich iſt, ein Clyſtir zu verordnen, auch vvas ſonſten etvvann nœthig ſeyn môchte, einzurichten. Wir vverden uns deſsvvegen danckbahr erzeigen, inzvviſchen meines hochgeehrten Herrn Doctoris ergebenſter Diener verbleibend. N. N.

Reſponſio.

Edler und Hochgeehrter Herr, inſonders wert hgeſchætzter Freund und Gœnner.

AUſs deſſen an mich abgelaſſenen Schreiben habe mit groſſer Betrübnuſs erſehen, daſs Ihn der liebe GOtt heimgeſuchet, und ſein liebes Kind mit den Blattern beleget hat. Nun iſt es freylich

freylich an dem, dass GOtt den seinen eine Last aufleget, aber er hilfft sie auch tragen: wird Ihme also auch sein liebes Kind wiederumb schencken, und von sothaner hesslichen Kranckheit nach seinem Vætterlichen Willen befreyen. Meines Orthes will nicht ermangeln demselben mit Rath und That an die Hand zu gehen. Dem lieben Kinde, Oeffnung zu machen, und ein Clystirchen zu verschreiben ist mehr schædlich. Besser ist es, dass man die Ausstreibung der Blattern der Natur überlæsset, und deren Wirckung vielmehr befœrdert, als verhindert. Weil nun die Blattern jetzund eben heraus kommen, so wird folgende Milch nicht undienlich seyn v. g.

Rec. *Sem. Aquil.*
Napi aa. ℥iß.
▽ *Fumar.*
Card. Bened.
Galeg.
Scorz. aa. ℥j.
M. f. l. a. emulsio colat. add.
CC. *phil. pp.* ℈j.
♁ *Diaph.* ℈ß.
Sachar. perlat. q. s. S.

Ausstreibende Milch, œffters ein Lœffel voll zu geben.

Mit dieser Milch kan man so lange anhalten, biss die Blattern anfangen zu schwehren, da man folgendes Pulver brauchen kan.

Rec. *Pulv. Bez. Angl.* ℈ij.
♁ *nat. pp.* ℈j.
Myrrh. el. ℈ß.
M. f. pulv. S.

Sonderlich Pulver œffters eine Messerspitz voll darvon zu nehmen in Tauben Krob-Wasser.

Wann die Blattern wohl geschwohren wird folgende Milch nicht undienlich seyn.

Rec. *Amygd.* ℥ij.
Sem. IV. fr. maj. aa. ℥j.
▽ *Ros.*
Ceras. n.

Fl. til. aa. ℥j.
F. l. a. emulſio addatur.
⊕.
♁ *Diaph. aa.* ℈j.
Syrup. pap. alb. q. ſ. ad gratum ſaporem *S.*
Kühlende Milch öffters einen Löffel voll.
Wann ſie anfangen zu dorren gibt man folgende Eſſenz.

Rec. *EE. Myrrh. balſ.* ʒiß.
♄ ℈ß.
S.

Eſſenz zu 12. Tropffen in Warmer Brühe, oder in ordentlichem Geträncke.

Ferner muſs das liebe Kind in einer gemäſſigten Wärme erhalten vverden, und vvird eine Matratze ſich fein zum Deck-bette ſchicken.

Damit es aber keine Narben bekomme im Geſichte und auff der Haut, kan man folgende Salbe brauchen.

Rec. *Axung. hum.*
Sperm. cet. aa. ʒij.
🜔 *Amygd. d. gtt. vj.*
♀ *per deliqu.*
Jaſmin. aa. gtt. iij.

Auff ein Tuch zu ſtreichen und über das Geſichte zu legen.

Die Speiſe muſs geringe ſeyn, und auſs Linſen oder Haver-Grütze bereitet vverden, der Tranck aber auſs Gerſten, geraſpelt Hirſch-Horn und Scorzoneræ Wurtzel.

Wann ſie dieſes alles vvohl in acht nehmen, ſo zvveiffele nicht an ervvünſchter Geneſung. Ich vvünſche indeſſen, der liebe GOtt vvolle die Cur ſegnen, und dem lieben Kinde ſeine völlige Geſundheit verleihen. Verbleibend ſein bereitvvilligſter N. N. Med. Dr.

CA-

CASUS VIII.

De *OPHTALMIA.*

Historia.

Mulier quædam temperamenti ſanguineo bilioſiſſummo æſtatis fervore in carpento peregre proficiſcitur, & in via cibis acrioribus vinoque generoſo utens primo dolore capitis non tamen continuo ſed vago corripitur cum quodam oculorum pruritu. Hæc vero inſuper habens ſucceſſive tam acerbo oculorum ardore, cibique faſtidio corripitur, ut medicum advocare neceſſe habuerit, qui oculos admodum rubicundos, lacrymasque fundentes reperit, caput ad tactum plus juſto calidius pulſumque celerem, cætera bene ſe habente ægra, quæ levamen etiam atque etiam deſiderat.

RESOLUTIO.

§. 1.

Conſideratis omnibus, & ſingulis in caſu recenſitis phænomenis haud obſcure patet ægrotam hanc *Ophtalmia* laborare ſeu *oculorum inflammatione.* Eſt autem Ophtalmia *inflammatio membranarum oculi præſertim tunicæ adnatæ cum illius dolore, ardore, & rubore conjuncta.*

§. 2. Huic vero affectui illam obnoxiam eſſe conſtat (1) ex ſymptomatibus *concomitantibus*, & morbo huic *eſſentialiter inhærentibus*, qualia ſunt dolor oculorum acerbus, rubor, & calor tanquam conſueta inflammationis ſigna. Idem quoque faciunt 2. *Conſequentia* lacrymarum fuſio, caput calidum, pulſus celer, & alia. Sicut tandem

tandem hæc omnia confirmant 3. *cauſæ antecedentes* temperamentum ſanguineo bilioſum, ſummus æſtatis fruor, iter inſolitum, uſus ciborum acrium, & vini generoſi.

§. 3. *Subjectum* hujus morbi ſeu pars affecta ſunt membranæ oculorum inprimis autem adnata, quæ ſenſu gaudet exquiſito, venisque & arteriis copioſis, quæ in hoc affectu valde turgent & conſpicuæ fieri ſolent.

§. 4. *Cauſa proxima* hujus mali, eaque *formalis* eſt interceptio, & ſtagnatio humorum circulantium in his partibus; *materialis* autem ſanguis & lympha particulis acris & bilioſis inprægnatus.

§. 5. *Symptomata* facile patent ex hactenus dictis, eorumque *ratio* facile inde reddi poterit. *Dolore capitis* corripitur, & *oculorum* aliquali *pruritu*, a ſtrictura fibrarum, earumque irritatione, cerebrique meninges per conſenſum patiuntur, & dolore afficiuntur. *Ardor* inſuper accedit, *rubor oculorum, & dolor* ab inflammatione has partes corripiente, illasque extendente. *Lacrymas inſuper fundit*, quoniam glandulæ lacrymales comprimuntur, ſerumque in illis contentum excernunt. *Pulſus* denique *celer* eſt ob celeriorem ſanguinis motum has partes liberare molientem.

§. 6. *Cauſæ remotæ* anſam, & occaſionem huic malo præbentes ſunt temperamentum ſanguineo-bilioſum, æſtatis fervor, iter inſolitum, & uſus ciborum acrium, & vini generoſi: quæ omnia humores acres produxerunt, anſamque inflammationi dederunt.

§. 7. Quod *Prognoſin* concernit non immerito etiam atque etiam levamen deſideravit, cum ad ſuppurationem & ſphacelationem facile tendat, & cœcitatem inferat. Quoniam autem hoc malum adhuc recens eſt, principiis obſtandum erit, & videndum num ſanitas poſſit reſtitui.

§ 8. Hunc in finem *cura* maturanda erit, & ſequentibus indicationibus perficienda, ut 1. *remotis omnibus, quæ malo huic occaſionem dederunt, obviam eatur.* 2. *Humores ſtagnantes in ordinem redigantur, & temperentur* & 3. *digeſtio circa caput divertatur.*

§. 9. *Primam indicationem* obtinemus diætam convenientem imperando, quæ in legitimo rerum ſex non naturalium uſu conſiſtit: Hinc caveat ſibi ægrota ab *aere*, & vento frigido, fugiat aſpectum lucis, fumi, ignis, coloris rubicundi, vel albi. Abſtineat porro

ab

abusu ♌-tuosorum, calidorum, acrium ⊖ium volatilium, allii, & cæparum vapore, nec non ab omni motu corporis vehementiore, & animi maxime iracundia.

§. 10. *Secundam indicationem* V. S. implet, usus blandorum diaphoreticorum, dissipantium & humorum acrimoniam temperantium. Primi generis sunt ♁*diaph. lap.* 69. ⏀ *& alia cum camphora* mixta v. g.

Rec. ♁ *diaph.*
Lap. 69. *pp. aa.* ℥ij.
⏀ *c. pur.* ʒj.
Camph. gr. iiij.
EE. anid. gtt. j.

M. f. pulv. de quo sumatur ʒß in ▽ fl. sambuci.

His succedunt humorum acrimoniam temperantia: quod facit *serum lactis tamarindinatum*, quod vesperi semper ad ℥iiij sumi potest.

§. 11. Tandem ut *tertiæ indicationi* satisfiat derivandi fine *vesicatorium* in nucha applicari potest, *scarrificatio cum fonticulis* commendari. Divertendi fine etiam *purgantia clysteres satis stimulantes* & pediluvia adhibentur ex herbis cephalicis parata.

§. 12. Externe *albumen ovorum c.* ▽ *ros. conquassatum* applicari poterit, *vel mucilago cydoniorum cum camphora, sacharo* ♄, *atque croco* maritari, & tepide applicari. Item *infusiones croci* metallorum, *& collyria ex* ▽ *rosarum, tut. &c.*

CASUS IX.

De
ANGINA

Historia.

Vir 30. annorum temperamenti sanguineo cholerici in convivio quodam vino incalescens, & post modum auræ frigidiori sese

exponens subito deglutiendi, & respirandi difficultate corripitur paulatim ingravescente. Hæc intra paucas horas adeo invalescit, ut omnem quem assumit potum naribus rejiciat, & non nisi erecto capite spiritum ducat. Collum tumet, & intense calet, fauces rubent, & siccæ sunt. Pulsus adest celer, & frequens, urina intense tincta. Sitit intensissime, & cum potum non possit assumere etiam atque etiam petit auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

Hic affectus est *Angina* sive inflammatio musculorum colli. Dicitur ita ab ἄγχω strangulo, quia deglutitionem impedit, & respirationem tollit. Commode autem definiri potest quod sit *inflammatio musculorum faucium a stagnatione humorum circulantium orta.*

§. 2. Adesse autem hunc affectum demonstrant 1. *essentialiter inhærentia* deglutiendi, & spirandi difficultas, quæ adeo invalescit ut potum naribus rejiciat, & erecto cervice ♒ ducat. Huc tumor colli accedit, calor, rubor & siccitas. Idem ostendunt 2. ex *antecedentibus* ætas consistens, temperamentum sanguineo cholericum, abusus vini, & auræ: nec non 3. *consequentia* pulsus celer & frequens, urina intense tincta, sitis intensa &c. quæ omnia teste experientia Angina laborantibus accidere solent.

§. 3. *Partem* ab hoc morbo *affectam* fauces constituunt; musculi scilicet pharyngis cum larynge sive capite asperæ arteriæ, interdum etiam musculi colli afficiuntur.

§. 4. Quod *causam proximam* attinet, *formalis* est stagnatio humorum in his partibus, sive circulatio impedita & sufflaminata: *materialis* sunt sanguis, & lympha particulis acribus & biliosis abundans.

§. 5. Sponte exinde fluit *connexio* ratioq; *symptomatum. Deglutiendi, & respirandi difficultate corripitur* adeo ingravescente *ut potum naribus rejiciat, & erecto capite spiret.* Causa hujus rei est laryngis & pharyn-

pharyngis intumescentia, qui aeri, & potui vias intercludit. *Collum porro tumet, intense calet, fauces rubent, & siccæ sunt.* Hæc sunt inflammationis signa pathognomonica, & illius effectus. *Pulsus est celer & frequens* ob motum sanguinis auctiorem has partes liberare molientem. *Urina est intense tincta cum siti magna*: ob defectum humidi a calore & motu dissipati, & particulas ⊖ino △eas quæ a calore exaltantur.

§. 6. Ansam huic malo ex *caussis occasionalibus* præbuit ætas consistens, & temperamentum sanguineo cholericum. Incalescentia a vino, & auræ frigidiori expositio: quæ motum sanguinis sufflaminarunt, illumque stagnare fecerunt.

§. 7. Quod *prognosin* concernit, notandum erit omnem Anginam esse periculosam, & facile lethalem evadere posse cum primis cynanchen. Clausis enim viis æger suffocatur, & sine aere vivere nequit. Interim cum æger adhuc viribus constet & malum adhuc in principio sit optima quoque speramus.

§. 8. Interim *cura* maturanda erit, & sequentibus indicationibus expedienda, 1 *removeantur caussæ externæ* 2 *humores stagnantes in motum agantur & resolvantur* & 3. *si hæc fieri nequeunt suppurentur.*

§. 9. Quod *primam indicationem* attinet diæta legitima erit præscribenda ab ad stantibus æque ac ægroto observanda. Opera itaque ante omnia erit danda ut corpus ægri in moderato calore detineatur, hinc omni studio vitetur calor lecti, & hypocausti nimius: cum nimius calor, & nimium frigus in omnibus inflammationibus noceant. *Alimenta* porro adhibeantur humectantia. *Potus* assumatur tepidus, nec frigidus, & quidem exigua in quantitate. Clysteribus emollientibus, & lubricantibus *alvus* aperiatur. *Motus* vitetur omnis, corpusq; & animus *inquiete* detineantur, ut humores stagnantes commode possint resolvi.

§. 10. Quod *secundam indicationem* attinet V. S. sub lingua mature instituatur, & si opus fuerit etiam major aperiatur pro modulo inflammationis, aliarumq; circumstantiarum. Facta V. S. ne humores ad suppurationem tendant statim *diaphoretica blandiora*, *fixiora* in usum vocentur, & totius morbi decursu cum ⏀ *& camphora* continuentur.

Rec. *Tr. Bez. Mich* ℥ij.
EE. succin.
Lignor. aa. ℈j.
Anodyn. ℈ß.
M. d. ad vitr. S.
Essenz zu 30. Tropffen. vel

Rec. ▽ *Card. Ben.*
Scorzon.
Papav. errat.
Fl. Samb.
Scabios. aa. ℥j.
Mandib. luc. pisc. ʒj.
♁ *Diaph.* ℈j.
Elix. pect. ʒß.
Extr. Liquir.
Scorz.
Scabios. aa. gr. vj.
Syr. pap. errat. q. s.
M. d. cochleatim.

Externe etiam gargarismata & Emplastra adhibeantur. v. g.

Rec. *Rad. Alth.*
Malv.
Liquir. aa. ℥ß.
Hb. Prunell.
Scabios.
Card. Bened. aa. m. j.
Caric. pingu. no. vj.
Incis. contus. coqu in s. q. ▽ simpl. colat.

Rec. ℔ *iß.*
Syr. papav. errat.
Dia. mor. aa. ℥ß.
Lap. prumell. ʒj.
M. f. gargarisma. It.

Rec.

Rec. *Empl. de melilot. ℥j.*
Sperm. cet. ʒiß.
Camph. gr. iiij.
℞ Scorpion.
Amygd. d. aa. q. s.
M. f. Empl. collo imponendum.

§. 11. Pro *tertio scopo si materia* suppurata videtur conveniunt decocta pectoralia & traumatica v. g.

Rec. *Rad. chin.*
Liquirit.
Symph. maj. aa. ℥j.
Hb. pulmon.
Veron.
Tussilag. aa. m. j.
Fl. pap. errat.
Bugloss.
Borrag. aa. p. j.
Passul. maj.
min. aa. ℥ß.
Sem. Anis.
Fœnic. aa. ʒij.
Incis. contus. d. s.
Species zum Tranck.

CASUS X.

De *PLEURITIDE.*

Historia.

M*Iles quidam gregarius præsidiarius intensissimo æstatis fervore conis lusoriis sese exercens, indeque summe incale-*

scens haustum ▽ frigidæ satis largum ingurgitat sitim non minus, quam calorem illo mitigaturus. Paulo post dolore lateris punctorio intensissimo corripitur cum respiratione difficili & tussi. Facies rubet, & turget, Pulsus est fortis & celer, urina rubicunda. Uxor in summis angustiis constituta medicum vocat præsidiarium, & ab eo petit consilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

Phænomena in hoc casu recensita demonstrant hunc militem laborare *Pleuritide*. A Celso vocatur dolor lateris punctorius, & definiri potest quod sit *inflammatio pulmonum superficiaria conjuncta cum febri acuta, dolore punctorio hujus vel illius lateris, tussi, & sputo cruento, vel etiam purulento.*

§. 2. Præsentiam hujus affectus declarant 1. *Essentialiter inhærentia* dolor lateris punctorius intensissimus, & respiratio difficilis, Ex *antecedentibus* intensissimus æstatis fervor, & motus quo valde incaluit, nec non aqua frigida copiose, & subito hausta massam sanguineam ad coagulationem disponens. Idem deniq; 3 faciunt *consequentia* rubor & tumor faciei, pulsus fortis, & celer cum urina rubicunda.

§. 3. *Pars affecta* est pleura non tantum, sed & superficies, & exterior pulmonum tunica : id quod non tantum patet ex sectionibus pleuriticorum, verum etiam ex ejectione materiæ purulentæ atque cruentæ: quæ si subsisteret inter pleuram, & musculos quomodo ad pulmones accedere posset.

§. 4. *Causa proxima formalis* est stagnatio sanguinis in his partibus, & *materialis* sanguis ipse stagnans, & ab acido plus minus coagulatus.

§. 5. Sponte inde fluit *ratio symptomatum* superius recensitorum. *Dolore lateris intensissimo corripitur* a sanguine has partes premente & extendente, *cum respiratione difficili* ob spasmodicam fibrarum in musculis thoracis contractionem. Reliqua symptomata a febre oriuntur cum pleuritide ut plurimum conjuncta.

§. 6.

§. 6. *Causæ remotæ* etiam in casu recensentur. Potissimum inter illas locum occupat refrigeratio post motum, & calorem subitanea, quæ motum sanguinis impedit illumque stagnare facit.

§. 7. *Prognosis* malum periculosum esse notat, quia est acutum, & pars affecta cordi vicina. Quoniam tamen a causa externa oritur, & medico in principio innotuit, haud difficilem ejus carationem promittimus.

§. 8. *Cura* itaque erit maturanda, & sequentibus indicationibus perficienda, I. *remotis causis externis* II. *humores in motum agantur, & stagnantes resolvantur & dissipentur* & III. *reliquiæ suppurentur partesque læsæ in integrum restituantur.*

§. 9. *Primam* implet Diæta conveniens. Temperatus inde calor lecti, vel hypocausti omnium optimus est, & vitandus *aer* semper nimis calidus, & nimis frigidus. *Victus* ut in omnibus acutis sit tenuis, & loco *potus* ordinarii decoct. rad. scorzon. pass. min. additis pugillis aliquot fl. papav. errat. est egregium. Porro præstat ut in omnibus inflammationibus, ita etiam in pleutitide *a'vum* habere suppressam quam laxam: quæ si tamen aperienda clysteribus id fiat non laxantibus, aut purgantibus. Exulet denique *motus*, & in lecto *quietus* degat patiens, & calide se tegendo humorum circulationem, & transpirationem insensibilem promoveat. *Somnus* denique omni modo procuretur, simulque caveatur ab omnibus *animi commotionibus*.

§. 10. *Secundæ indicationi*, præmissa V. S. diaphoretica antipleurica cum Bezoardicis mixta satisfaciunt. v. g. *CC. sine △e, Mand. luc. pisc. dentes apri pp. ebur. sine △e* horumque *⊖ia volatilia ⊕, camphora Ther. cœl.* Item *semina* expulsiva *napi, citri, card. ben. Mar.* quæ in aquis convenientibus, *fumar. card. ben. fl. samb. scabios.* *vario* modo propinari possunt v. g.

Rec. pulv. Bez. ℈j
Dent. apr. pp.
Lap. 69. pp. aa ʒß
♁ nat. pp. ℈ß
Camph. gr. iij

M. f. p. in IV. part. dividendus & statim post V. S. ▽ Card. Ben. exhibendus expectando sudorem. Vel in forma mixturæ.

Rec.

Rec. ▽ *fumar.*
Scabios.
Fl. samb. aa ℥j.
CC. s. ▽*e pp.*
Mand. luc. pp. aa ʒj
Dent. apr. ʒß
Syr. Bapav. errat. q. s.
M. f. potio
S.

Stillendes und zertheilendes Træncklein auf dreymahl zunehmen, und sich darauf vvarm zuzudecken.

Vel

Rec. Sem. card. ben.
Mar.
Napi.
Citri aa ʒj
F. cum ▽ *card. ben.*
Mar.
Fumar.
Scorzon. aa ℥j
S. a. Emulsio add.
Mand. luc. pisc. ʒjß
Sach. perl. par. *S.*

Stillend, und zertheilende Milch auf viermal zu nehmen und darauf zu schvvizen.

Externe conveniunt *Empl. diaphor. Myns. de cumino* & unguenta varia. v. g.

Rec. *Ungt. di alth.* ℥ß
°° Irin. ʒij.

M. f. linimentum lateri dolenti calide affricandum.

§. 11. Juxta *tertiam indicationem* thoracica, & bechica in usum erunt vocanda: de quibus videatur *Bohmius in offic. med. p. m.* 323. nec non traumatica & balsamica: ex quibus varia decocta pectoralia parari possunt v. g.

Rec. Rad. symph. maj. ℥j
Liquir.

Chin.

Chin. aa ℥ij
Hb tussilag.
Veron.
Hedr. ▽ str. aa mj.
Sem. anis.
Fœnic. aa ℥ij

Incis. contus. coq. in s. q. ▽ symplic. colat.

Rec. ℔ ij
Syr. de symph. Fern. ℥ij
S.

Heilender Brust-Tranck darvon Morgens Mittags und Abends ein Wein-Glass voll laulich zu nehmen.

Rec. Bals. 🜍 *Tereb.* ℥iß
♄ ℥ß
S.

Brust-Balsam darvon alle Morgen 12. bis 15. Tropffen im obigen Tranck zu nehmen.

CASUS XI.

De

NEPHRITIDE.

Historia.

Vir obœsus 50. circiter annorum post exercitationes justo vehementiores, aut levem in Diæta errorem incidit subinde in dolorem obtusum primo mox autem satis acutum in regione lumborum præcedente sæpe frigore, & horrore. Appetitus simul deficit cum vomitu, & torminibus abdominis in signibus. Adsunt præterea cardialgia, & anxietates cordis insignes ut quo-

uſque ſe vertat quieſcere non poſſit. Vrina eſt craſſa & quaſi ſanguinea, in qua olim quandoque arenulas, & materiam quandam viſcidam excreverat: quæritur quid faciendum?

RESOLUTIO.

§. 1.

Affectus præſens quoniam ſedem ſuam in regione lumborum potiſſimum habet, quin inter *dolores nephriticos* referri queat nullus dubito. Id enim phænomena in hac hiſtoria recenſita ſatis ſuperq; declarant. Hoc faciunt autem potiſſimum (1) *eſſentialiter inhærentia* vel concomitantia dolor in regione lumborum ſatis acutus cum frigore, & horrore interdum occurrente. Porro hoc probant (2) *ex antecedentibus* habitus corporis obœſus, exercitationes juſto vehementiores, & alii errores, & denique (3) ex *conſequentibus* appetitus dejectus, vomitus, tormina abdominis, cardialgia, urina craſſa, & rubicunda: quæ omnia de præſentia nephritidis teſtantur, illamque nihil aliud eſſe indicant, niſi *præternaturalem ſanguinis & aliorum humorum congeſtionem in renibus, conjunctam cum dolore in regione lumborum acuto, febre, aliisque ſymptomatibus.*

§. 2. *Pars affecta* ſunt renes præcipue autem partes illorum membranoſæ, & nerveæ, tubuli ſcililicet urinarii, plexus nervorum, pelvis & ureteres. Conſtat enim exterior illorum ſubſtantia ex minutiſſimis vaſculis, & glandulis, ex qua ductus excretorii urinoſi valde exigui emergunt, qui undique a renum circumferentia verſus pelvim deducti, & in progreſſu in faſculos collecti carunculas papillares conſtituunt. Singulæ iſtæ carunculæ excipiuntur fiſtulis membranaceis in pelvim deſinentibus. Ab his incipit cavitas inſignis ſeu pelvis membranacea in ureteres deſinens. Quando itaque pars una, vel altera, ex quibus renes componuntur, afficitur, reliquæ per coſenſum ſimul patiuntur.

§. 3. *Cauſa* hujus mali *proxima* eaque *formalis* eſt renum inflammatio partiumque nervearum, membranacearum, & fibroſarum com-

compressio, & contractio: *materialis* autem sunt humores stagnantes, & irritantes.

§. 4. Hac ratione etiam *symptomata* in casu recensita facile possunt explicari. Inter hæc eminent *tormina abdominis, apetitus dejectio, & vomitus*, quæ ortum suum a spasmodica contractione nervorum renalium habent e plexu meseraico in renes, intestina, & stomachum distributorum. *Dolor* sentitur admodum *acutus* a compressione, & distensione partium subjectarum. *Præcedit horror, & frigus* a commotione humorum febrili simul conjuncta: *urina autem est crassa, & rubicunda* a calore, & materia viscida in renibus contenta.

§ 5. Inter *causas remotas* exercitationes justo vehementiores, & error in diæta eminent: quæ ansam & ocasionem huic malo dederunt.

§. 6. Quoad *prognosin* notandum hoc malum admodum esse periculosum, & molestum, cum renum perenchima destructum Hectica, & alia mala sequi soleant. In præsenti casu autem minus periculosum esse videtur, quoniam symptomata non adeo sunt vehementia. Hinc etiam spes quædam salutis & reconvalescentiæ adhuc superesse videtur.

§. 7 Ut hæc obtineatur *cura* maturanda erit, & sequentibus indicationibus perficienda I. *Remotis causis externis* II. *dolores in paroxysmo leniendi sunt &* III. *extra illum humores stagnantes resolvendi, & eliminandi.*

§. 8. *Primus scopus* legitimam rerum VI. non naturalium administrationem sibi vendicat Eligatur itaque hunc in finem *aer* temperatus, ususque *ciborum* acrium, ⊖sorum, acidorum vitetur. Abstineat porro ab usu vini, & potus fæculenti. *Alvus* servetur aperta, & corpus in in quiete detineatur. *Motus* enim corporis vehemens noxius est, nec non ♀, ira, & alia *animi pathemata* inordinata.

§. 9. *Secundæ indicationi* inserviunt *clysteres* V. S & alia demulcentia v. g.

Rec. Rad. Alth.
Malv.
Lil. Alb. aa. ℥ß.
Hb. melilot.

☿ialis
Pariet. aa mj
Fl. papav. errat.
Chamom. aa p. ij
⊖ gemm. ℨij
Inciſ. contuſ. coqu. in ſ. q.
▽ ſimpl. tunc collatura.

Rec. ♄ß
Terebint. in vitell. ovorum ſolut.
Sach. Thom. aa ℥ß

D. cum inſtrumento pro adulto.

In uſum porro vocetur V. S. ad revellendum in pede aut brachio inſtituta, externe regio lumborum inungatur ſequenti.

Rec. Ungt. dialth. Fern. ℥j.
☍ Amygd. d. ℨij
Scorp. ℈ij

M. f. l. a. linimentum regioni lumborum inungendum.

§. 10. Ut *tertiam indicationem* obtineamus diaphoretica anti ſpaſmodica, diuretica, & lithontriptica in uſum vocanda ſunt.

Prioris generis ſunt ♁ *diaph. lap. 69. manat. ſuccin. alb. mand. luc. piſc.* ⦶ *& camph.* quæ cum aquis convenientibus *fumar. ſcabioſ. fl. papav. errat. petroſelin.* & aliis ſub varia forma exhiberi poſſunt.

Rec. Lap. 69. pp.
Succin. alb. pp. aa. ℨj.
⦶ *depur. ℨß*
Camph. ℈ß

M. f. pulv. div. in 6 part. æqu. S.

Stillende Pulver darvon alle vier Stunden in beykommendem Waſſer eins einzunehmen.

Rec. ▽ Fumar.
Petroſel.
Fl. Pap. errat.
Malvat. Iunip.
Syr. dialth. Fern. aa. ℥j

M. S. Waſſer zum Pulver.

His

His succedunt diuretica, & lithontriptica e. g. ☍ *Amygd. d, carv. nucum cum vitell. ov. & ▽ conveniente* in emulsionem redactum. v. g.

Rec. ☍ *Amygd. d.* ℥ij
Terebinth. ʒß. *Solv.*
In vitell. ov. adde
▽ *petrosel.*
Fragor.
Haliacac. aa. ℥ij
Syr. di. alth. Fern. ℥ß
M. d. S.

Stillende und treibende Milch œffters einen Lôffel voll darvon zu geben, zuvor aber vvohl umzuritteln. Vel

Rec. Tr. ♄ ♀ *fat,* ʒij
♎ ⊖ *ʒj
EE. op. ℈ß

Treibende Essenz darvon Morgens 25. und Nachmittags 30. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

CASUS XII.

De *HAEMOPTYSI.*

Historia.

MErcator Francofurtensis valetudinarius, macilentus, strigosus & anhelosus Schvvalbaci acidularum curam aggreditur, easque per aliquot dies hauriens, & abhinc motu solenni se exercens nescio quem calorem, & halitum circa pectus sentit cum aliquali respirandi difficultate, atque tussi primum levi, qua sub acidularum usu aucta sanguinem floridum exspuit, rejicit-

citque, adeo ut natabilem inde virium jacturam persentisceret, lectoque affixus succumberet. De sua igitur salute sollicitus aliquot medicorum tum præsentium opem efflagitat, eosque simul consulit an rebus sic stantibus curam inchoatam continuare possit nec ne?

RESOLUTIO.

§. I.

HIc affectus a medicis dicitur Hæmoptoe, vel *Hæmoptysis*. Nomen habet ab αἷμα sanguis & πτύω spuo, quia sanguinem per os, & sputum patientes rejiciunt. Definiri potest quod sit *rejectio sanguinis cum tussi ex pulmone, thorace, & aspera arteria.*

§. 2. Hujus affectus præsentiam declarant, 1. *Essentialiter inhærentia* augmentum tussis, & sanguinis floridi rejectio. 2. *Antecedentia* habitus corporis strigosus, macilentus, & anhelosus, usus acidularum & motus solennis. 3. *Consequentia* notabilis virium defectio, & lecti custodia.

§. 3. *Subjectum* seu pars affecta sunt pulmones, & aspera arteria, quæ organa respirationi dicata sunt.

§. 4. *Causa proxima formalis* est erosio vasoroum, hancque sequens extravasatio sanguinis in illis contenti: materialem sanguis particulis acribus imprægnatus constituit.

§. 5. Ex hactenus dictis *ratio symptomatum* facile reddi poterit. *Calorem & halitum circa pectus sentit cum quadam respirandi difficultate* ob congestionem sanguinis in pulmones factam, hosque nimis extendens. *Tussit* porro, & *sanguinem floridum ejicit.* Causa harum rerum acrimonia sanguinis fuit has partes irritans, sanguisque extravasatus screatu ejiciendus. *Notabilem virium jacturam persentiscit* ob nimiam sanguinis evacuationem, qua ♌ depauperantur, vigorque partium cedit.

§. 6. *Causæ occasionales* hujus mali habitus corporis strigosus, macilentus & anhelosus fuit. Huc acidularum usus accedit & motus solen-

ſolennis: quæ ſanguinis motum intenderunt, ut vaſa in pulmonibus roderet & rumperet.

§. 7. Quod *prognoſin* attinet notandum erit hoc malum facile ſequi poſſe phtiſin, pulmonum corruptionem, & plenariam eroſionem.

§. 8. *Cura* itaque maturanda erit, & ſequentibus indicationibus perficienda tam in, quam extra paroxyſmum.

§. 9. In paroxyſmo *ſanguinis ejectio ſiſtenda erit* V. S. in brachio vel pede inſtituta, interne ſimul dando adſtringentia, & opiata, quibus ſi ſanguinis fluxus, & exſpuitio fugata *reliquus extravaſatus disjiciatur & grumoſus* reſolvatur. Priori ſcopo inſerviunt ſequentia v. g.

Rec. ▽ *Burſ. paſtor.*
Fol. querc. *aa* ℥jß
♎ ▽*ſigil* ℥j
Trochiſc. de carrabe ʒj
Syr. papav. errat.
Portulac. aa ℥ß
M. d. S.

Anhaltentendes Træncklein auf dreymahl zu geben.

Poſteriori *ſperm. cet. lap.* 69. ⊕, & alia inſerviunt v. g.

Rec. *Pulv. ſtipt. rubr.* ʒj
Croc. ♂ *adſtr.*
Lap. 69. *pp. aa* ℈j
Laud. op. gr. iij
M. d. pro 4. *doſibus.* *Vel*

Rec. *Elix. pect.* ʒij
EE. traumat. ʒij
Maſtich. ʒß
Anod. ℈ß
M. d. 25. Tropffen auf einmahl.

§. 10. Extra paroxyſmum *apertum ſigilletur, & partes roborentur* conſolidantibus remediis. v. g.

Rec. *Rad. conſol. maj.*
Diptamn. aa ℥ß
Hb. agrimon.

Per

Per fol.
Prunell.
Scabiof. an. m. j
Fl. Hyper.
Rof. Rubr.
Symph. aa. p. ij.
Sem. Anif.
Fœnic. aa. ℥ij.

Incif. contuf. coqu in f. q. ▽ fimpl. tunc.

Rec. *Colat. menf. j.*
Syr. dialth. Fernel. ℥ij.
S.

Heilender Bruft-Tranck, darvon œffters ein Weinglafs voll.

Poffunt etiam pro re nata in hac potione fumi evacuantia, aperientia, & antifpafmodica.

§. 11. Tandem etiam cavendum, ne diæta minus recte obfervata medicamentorum efficaciam illudat. Hinc rejectis protinus acidulis omne frigus, ventique feptentrionales vitentur, nec non *aer* nimis calidus, & æftuofus. Ita quoque abftinendum eft a *cibis* piperatis, aromaticis & fupra modum calidis acidis, vel ⊖fis; nocent quoque vinum, & omnes liquores ♎-tuofi: vinum rubrum tamen concedi poteft moderate fumptum. *A terrore* porro fibi caveat patiens nec non ab omnibus *animi, & corporis commotionibus.*

CASUS XIII.

De

APOPLEXIA.

Hiftoria.

SEnex LXX. annorum temperamenti melancholici, acetariis nimium indulgens tempore hyemali nefcio quam capitis gravita-

vitatem experitur cum vertigine aliquali ſæpius recurrente. Omnia vero inſuper habens tandem ſubito in terram concidit ut humi hos nihil audiens, aut videns nec vellicationes ſentiens partibus flaccidis, & omni motu deſtitutis. Reſpiratio eſt difficilis cum ſtertore, pulſus tardus & magnus. Adſtantes de vita ejus ſoliciti petunt conſilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

AFfectus hic quo ſenex noſter laborat eſt *apoplexia.* Dicitur ita ἀπὸ τοῦ ἀποπλήττειν a percutiendo, quoniam illa laborantes de cœlo quaſi percuſſi videntur, & definiri poteſt quod ſit *ceſſatio functionum animalium, orta a motu ∽tuum depravato, conjuncta cum ſenſuum abolitione, ſtertore, motus depravatione, & aliis* ſymptomatibus.

§. 2. Huic vero affectui obnoxium eſſe ægrotum noſtrum patet ex ſymptomatibus eſſentialiter inhærentibus ſive concomitantibus, antecedentibus, & conſequentibus. Sic ex 1. *eſſentialiter inhærentibus* probant hoc lapſus ſubitaneus in terram, ſenſuumque privatio, quæ 2. cum *antecedentibus*, quorſum ætas ſenilis ſpectat, temperamentum melancholicum, creber uſus acetariorum, & tempus hyemale, gravitas item capitis, & vertigo ceu præcurſores hujus affectus & 3. *Conſequentibus* reſpiratione ſc. difficili, ſtertore, pulſu tardo & magno conjuncta, Apoplexiam adeſſe ſatis ſuperque declarant.

§. 3. *Pars* primario ab hoc morbo *affecta* eſt medulla oblongata, quæ principium nervorum eſſe ſolet Nec hæc ſola afficitur, ſed cerebrum etiam cum nervis ſuos patitur manes, quæ ∽ animales ſeparant, vehunt, motusque organon exiſtunt.

§. 4. *Cauſa proxima* hujus mali eaque *formalis* eſt motus ∽tuum in cerebro, & ſyſtemate nervoſo depravatus, dependens a denegato illorum influxu tam in ſenſorium commune, quam in nervorum paria ſenſus, & motus præſidia. Sufflaminaſſe autem ho-

(Rr) rum

rum motum, tanquam *causa proxima materialis*, sanguinem stagnantem, & plusminus coagulatum *Boyleus* vult in tractatu de Apoplexia.

§. 5. Clare inde, & distincte *symptomata explicari* possunt, in præsenti casu recensita. *Gravitatem sc. & dolorem gravativum capitis* experitur ob distensionem, & obstructionem pororum plexus choroidæi, & quoniam hæ partes crassiores superficiem ventriculorum concavam oblinunt, porosque ita obstruunt, ut ♌ animales secundum lineam rectam non possint progredi sed motu circulari, mentique talem motum imprimant, illa postmodum omnia visibilia circumgirari judicat, unde *Vertiginem* experitur. Auctis denique his obstructionibus *in terram concidit*, & *motus omnis perit*, *respiratio est difficilis cum stertore*, ob lympham in aspera arteria restagnantem, aerique viam intercludentem.

§. 6. *Causas remotas* quod concernit, illarum etiam in præsenti casu fit mentio. Sunt autem ex rebus naturalibus ætas senilis, quæ ipsa morbus est, temperamentum melancholicum, & ex non naturalibus creber usus acetariorum, & tempus hyemale: quæ omnia plurimum valent ad Apoplexiam producendam, & stasin massæ sanguineæ inducendam.

§. 7. *Prognosis* affectum admodum periculosum esse innuit. Apoplexiam levem enim solvere est difficile, fortem impossibile, cum & curata facile recidivet, & subito mortem inferat. Quoniam autem æger adhuc respiret, & arteriæ pulsent, spes quædam adhuc superest, & medicationi locus relictus.

§. 8. Omne *curationis* negotium in eo potissimum consistit ut I. *causæ externæ removeantur.* II. *Æger excitetur, excitatus reficiatur* & III. *a novo paroxysmo præservetur.*

§. 9. *Primæ indicationi* satisfit diæta legitima ordinata. Ante omnia itaque æger a frigore defendatur, & in loco lucido & sereno detineatur. Abstineat ab omnibus vaporosis suaveolentibus, & volatilibus, ab alliaceis, cæpis, 🜄, vino dulci, & copioso. Porro pedes lectis vel integumentis probe sunt muniendi, ægerq; in positura media minus autem erecta, & declivi detineatur. Vitet omnes animi, & corporis graviores commotiones.

§. 10. Fine excitandi naribus applicentur odorifera cephalica v. g.

Rec.

Rec. 🜄 *Camph* ℥ß.
♌ ⊖ ✳ ʒij.
☍ *rut.*
Caryoph. aa. gtt. vj.
M. d. S.

Eusserlich in die Nase zu streichen, und in die Schlæffe zu reiben.

Infundi etiam possunt vomitoria, & clysteres in usum vocari v. g.

Rec. *Syrup. Emet. A. S.* ℥ß.
♀ *Emet. gr. j.*
M. d. S. Safft einzuschütten.

Hoc vel aliud clysma etiam injici potest v. g.

Rec. *Rad. lil. alb.*
Angel. aa. ℥j.
Hb. Majoran.
Salv.
Origan. aa. m. j.
Fl. Anth.
Lil. convall. an. p. ij.
Colocynth. in pet. lig. ʒß.
⊖ *Gem.* ʒj.
Incis. contus. coq. in s. q.
▽ *Simpl. colat.*

Rec. ℔j.
▽ *Bened. Rul.* ℥ij.
M. f. clysma d. tepide cum instr. pro adulto.

Usu interno conforandi fine hæc vel alia mixtura adhiberi poterit v. g.

Rec. ▽ *Lil. convall.*
Fl. til.
Naph. aa. ℥ij.
♌ *Ceras. nigr.*

⊖✱ *aa.* ʒj.
EE. Succin.
Castor.
Conf. Alkerm. aa. ʒj.
Syr. cort. citr. ℥ß.
M. f. potio d. cochleatim.

§. 11. Fine præservationis leniora purgantia, vel etiam blandiora sudorifera in usum vocentur, & cum cephalicis, & ant apoplecticis aliquandiu continuentur. Hinc 1.

Rec. *Extr. panchym. Croll.*
Resin. lign. Al.
Ladan.
Benz.
Troch. Alhand.
⊖ *Succin.*
☿ *d.*
Balsam. peruv. aa. ℈j.
M. f. c. s. q. EE. castor. ex ℈j. pil. XIV. S.

Laxirende Haupt-Pillen, darvorn alle Abend 14. einzunehmen. 2.

Rec. ⊖ *vol.* ☍ *os. Sylv.* ʒij.
EE. Succin.
Castor.
Lign. Al. aa. ʒj.
S.

Hauptsterckende Essenz, darvon Morgens und Nachmittags 35. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen. 3.

Rec. *Hb. Beton.*
Lavend.
Majoran. aa. m. j.
Fl. Anth.
Spic.
Ros. rubr. aa. p. ij.

Incis.

Incis. d. ad chart. S.
Species zum Hæubchen.
Rec. ▽ *Apopl.* ℥j.
Mosch.
Ambr. aa. gr. j.
S.
Spiritus die Species zum Hæubchen darmit anzufeuchten.

CASVS XIV.

De
VERTIGINE.

Historia.

Viro cuidam sexagenario constitutionis pituitosæ cum ab aliquot septimanis, & quidem hyemali tempore quandam ad motum tarditatem, & pigritiem cum gravitate capitis, auriumque tinnitu sensisset ante triduum in museo obambulaturo pleraq; objecta in gyrum circumrotari visa sunt, visusque adeo obtenebratus ut nisi a recepto illico baculo se sustinuisset protinus in terram concidisset. Quæ molestia illum adhuc affligit exiguo quietis intervallo concesso: & licet in partibus corporis inferioribus præter supra dictam lassitudinem nihil incommodi sentiat, interea tamen gravitati illi capitis tinnitus aurium accessit cum olfactus læsione somnoque profundo. Metuens ergo pejora petit consilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

QUi facile titubat, facile cadit. Idem in hoc affectu accidit, quem ideo *vertiginem* esse dicimus. Nomen habet a vertendo quia non tantum ipsi sibi; sed & objecta quævis externa circumgirari videntur. Præsentiam ejus demonstrant ex *essentialiter inhærentibus*, objectorum in motum circulatorium rotatio, obtenebratio, lapsus in ♁, *ex antecedentibus*, ætas senilis, constitutio pituitosa, & tempus hyemale, tarditas ad motum & pigrities, gravitas capitis, auriumque tinnitus, & denique *ex consequentibus* lassitudo continuans & capitis gravitas, olfactus læsio, somnusque profundus.

§. 2. *Subjectum causæ* est oculus & cerebrum: *Symptomatis* autem tunica retina & spiritus animales.

§. 3. *Causa proxima formalis* est vitiosa spirituum undulatio & crispatio tunicæ retinæ: *causa proxima materialis* autem sunt humores turbulenti, & acidi originem ex stomacho & hypochondriis producentes.

§. 4. Sponte inde fluit *connexio ratioque symptomatum* in hoc sene observatorum. *Adest* enim *ad motum tarditas & pigrities cum gravitate capitis & tinnitu aurium* ob paucos & crassos spiritus ad motum ineptos, humoresque segnius per meningum tubulos motos. *Objecta* porro *in gyrum circumrotari visa sunt, oculi adeo obtenebrati, ut in terram concidisset.* Causa hujus rei sunt particulæ heterogeneæ spiritibus permixtæ, illosque in motum circularem rapientes, unde mens concipit ideam motus circularis, cumprimis si ab iisdem tunica retina crispetur & irritetur. *Hæc molestia autem illum adhuc affligit*, quia hæ partes à spiritibus nondum sunt separatæ, & e corpore proscriptæ.

§. 5. *Causæ occasionales* hujus affectus, ætas senilis fuerunt ubi pauci spiritus generantur, constitutio pituitosa, & tempus hyemale, quæ plurimum valent ad hujusmodi humores producendos.

§. 6. Quoad *prognosin* hic morbus in senibus non est negligendus. Solet enim certus prodromus esse apoplexiæ. Recens autem facilioris est curationis, quam inveterata.

§. 7. *Curatio* duplex erit, alia *in paroxysmo*, *alia extra illum.* In paro-

paroxyſmo *æger ad quietem diſponatur*, & *ſpiritus* animales *a motu inſolito revocentur per clyſteres acriores, & ſpecifica* in ſuperioribus deſcripta.

§. 8. Extra paroxyſmum ad *cauſam reſpiciatur*, eaque evacuetur ex ventriculo & inteſtinis tam purgantibus quam emeticis in ſuperioribus deſcriptis. Porro cura continuetur ſpecificis antidinicis, radice Doronici ſcilicet, ſuccinatis, caſtoreatis, & aliis.

CASVS XV.

De

MALO HYPOCHONDRIACO.

Hiſtoria.

VIr circiter XL. annorum, temperamento melancholico, facieque pallida prædituſ, vitæque ſedentariæ a plurimis annis aſuetus ſæpe cruditate ſtomachi & dolore laborat, flatibus in abdomine laborantibus vexatur, iiſque magis, ſi alvus, quæ utplurimum obſtructa eſt, contumacior fuerit. Adſunt rugitus & murmura Hypochondriorum, in quorum ſiniſtro dolor obſcure pungitivus ſœpe percipitur, quem anxietates præcordiales concomitantur. Quandoque etiam e partibus inferioribus aliquid ſurſum in gulam usque tendere videtur, quod deglutioni obſtat. Acidulis Schwalbacenſibus cum levamine uſus eſt, attamen morbus penitus curatus non eſt, ideoque ulterius conſilium petit.

RESOLUTIO.

§. 1.

COnſideratis omnibus ac ſingulis Symptomatibus & circumſtantiis ægrotum hunc affligentibus, cuivis facile patebit, ægrotum

hunc

hunc laborare. *Malo hypochondriaco*: quod a loco, in quo hoſpitatur nomen accipit. Ab aliis a flatibus conjunctis malum flatulentum & a Chimicis ☿ hypochondriorum nominari ſolet,& commode definiri poteſt, quod ſit affectus Spaſmodicus ſyndrome graviſſimorum ſymptomatum ſtipatus, & ex vitio viſcerum abdominis originem trahens.

§. 2. Hujus affectus præſentiam demonſtrant (1) *Eſſentialiter inhærentia* ſive concomitantia; dolor in ſiniſtro hypochondrio obſcure pungitivus cum ſenſu globuli in gulam usque aſcendentis & deglutitioni obſtantis. Idem faciunt (2) *Conſequentia*, anxietates ſcilicet præcordiorum, ſpaſmodica inteſtinorum contractio, flatus, alvi adſtrictio & alia. Et hæc omnia confirmant (3) *Cauſæ antecedentes*, ætas nimirum conſiſtens, temperamentum melancholicum, facies pallida & vita ſedentaria: quæ omnia malo hypochondriaco laborantibus familiter accidere ſolent.

§. 3. *Subjectum* hujus morbi ſunt inteſtina tam craſſa quam tenuia, cum meſenterio: Cauſa autem in ventriculo, vena portæ & meſeraicis utplurimum latere ſolet.

§. 4. *Cauſa proxima formalis* eſt motus ſanguinis impeditus per viſcera abdominis; *Materialis* autem ſanguis craſſus & denſus, nec non alii humores corrupti.

§. 5. Sponte inde fluit *ratio ſymptomatum* in caſu præſenti recenſitorum. A ſanguine enim copioſo & impuro circa abdominis viſcera congeſto motus ſpaſmodici effrenes ſuſcitantur: unde *dolor in hypochondriis pungitivus cum anxietatibus præcordiorum & ſenſu globuli adſcendentis*. In vena portæ, ejusque ramis ſtagnans vapeſcit, corrumpitur lymphamque ſtomachalem, inteſtinalem & pancreaticam ſimili vitio inquinans, *flatus*, *obſtructiones*, *borborgymos*, & alia ſymptomata producit.

§. 6. Quoad *cauſas remotas* occaſionem huic malo ætas conſiſtens præbuit, temperamentum melancholicum & vita ſedentaria.

§. 7. Ratione *prognoſceos* hic affectus diuturnus eſſe ſolet, & plerumque incurabilis, ſi radices egerit, per graviores viſcerum obſtructiones. Periculo quidem plerumque caret: & qui ex malo hypochondriaco moriuntur, decidunt vel hectica, ſi perſonæ ſicciores

&

& macilentæ, vel tumoribus œdematosis sive hydrope si corpulentiores.

§. 8. In cura causæ eo quo influunt ordine erunt removendæ; hinc (1) *imperata Diæta legitima* (2) *humores præternaturales in ventriculo & intestinis stagnantes ejiciendi, incidendi & corrigendi.* (3) *læsio viscerum & nervorum visceralibus, hepaticis, spleneticis vulgo dictis removenda.*

§. 9. Vi *primæ indicationis* ante omnia, quantum fieri potest *aer* temperatus, & simile hypocaustum eligatur. Fugiat præterea æger *cibos & potus* noxios: utatur vero paucis, & euchymis, qualia sunt carnes juniorum animalium, pisces nec mucosi, nec pingues, sed carnem spinosam habentes, olera diu probque cocta, ova sorbilia rejectis lacticiniis flatulentis aliisque in butyro frixis durioribus massis farinaceis. Potui inserviat vinum vetustum, minus acutum aut acidum, nec non cerevisia probe defecata. Alvus si obstructa sit, clysteribus aperiatur emollientibus: potus copiosus, acidum absorbentia, *lap.* 69. ℴℴ ♀ *per deliquium Tr.* ♀ & alia in hypochondriacis sæpius servant alvum lubricam melius, quam laxantia vel purgantia. Imperandus porro rejecta vita sedentaria & commendandus est *motus* corporis æquabilis, vires non prosternens, ut equitatio & vectura: ubi tamen monendum quod non adeo vehemens in principio esse debeat, sed successive augeri, & ante pastum institui alvo existente aperta. Nocte præsente absque ullis curis & meditationibus debito & ordinario tempore cubitum eat & secure obdormiscat, evitatis simul omnibus *animi commotionibus* vehementioribus.

§. 10. *Secundam indicationem* Emeticis, purgantibus, & aperientibus obtinemus: cujus generis sunt ♀ *emeticus Magnesia alba & vina medicata* ex hepaticis, & spleneticis parata v. g.

Rec. Rad. Hipecac. ℈ß
♀ *Emet. gr* j
⊕ *lat. gr. vj*
M. f. pulv. S.

Brech-Pülfferlein Morgens auf einmahl in vvarmer Brühe oder The zunehmen.

Rec. Amygd. d. excort. ℥j
▽ *fl. acac.* ℥ij
F. l. a. Emulsio.
Add. Magnes. alb. ʒij
M. d. S.

Laxierende Milch Morgens auf einmahl zunehmen.

Rec. *Rad. cichor.*
Helen.
Polypod. aa ℥ß
Hb. fumar.
Trifol. fibr.
Capill. ♀ *a. m.* j
Fl. acac.
Bugloss.
Borrag. aa p. ij
Fol. senn. s. st.
Passul. maj.
Minor. aa ℥j
⊖ ♀ ʒj
Incis. contus. S.

Species zu anderthalb Maaſs Wein

Aperiendi sine ♂tialia, ♀ea ⊕osa & ⊖ia vol. propinari possunt v. g.

Rec. ⊖ *vol.* ☍*os. Sylv.*
Tr. ♂*tis. Zvvelff aa* ʒij
EE. cort. citr.
Carminat. aa ʒj *S.*

Oeffnende Essenz darvon Morgens und Nachmittags 30. Tropfen in vvarmer Brühe zu nehmen.

§. 11. Tandem *tertiæ indicationi* stomachica nervina, conveniunt, aromatica carminativa, & alia &c.

CASUS XVI.

De

PASSIONE HYSTERICA.

Vir Eperientissime!

QUantis ob invaletudinem uxoris meæ angustiis detinear verbis vix exprimere possum, breviter tamen explicabo negotium totum. Paucis abhinc diebus, cum ob operas domesticas in frigore justo diutius commoraretur, solito magis se moveret summis abdominis doloribus parturientium non cedentibus affligebatur, qui post ▽ menth. usum quidem cessabant, ita tamen ut hactenus aliquoties redierint ea ratione ut ailiquid ex abdomine ascendens sursum ad collum usque tendat ipsique suffiocationem minetur. Hæc dum contingunt insignem dolorem simul tensivum in humero & brachio sinistro patitur. Cum vero vereatur, ne paralysis tandem accedat tuum, Vir experientissime! auxilium summopere implorat, quod neutiquam in ingratos collocabis. Vale.

RESPONSIO.

VIR summe Reverende! Ex tuis litteris cognovi te admodum sollicitum esse de infirmatate uxoris tuæ. Doleo quidem hac in re fortunam tibi adversam esse, sed quoniam hic affectus (quam *Passionem hystericam* esse phænomena a Te relata indicant) omnis periculi utplurimum expers est, Te bono animo esse jubeo. Oriuntur autem hæc omnia a spasmo, qui humeros etiam & brachia per consensum afficit: hancque ob causam nulla Paralysis inde est pertimescenda. Sed ut uxor tua ab hoc malo liberetur, Tibique hac in re satisfaciam eo potissimum erit respiciendum, ut spasmi & symptomata in ipso paroxysmo mitigentur, ulterioresque insultus præcaveantur, hunc in finem pluma, & ossa animalium accendi & naribus offerri poterunt. Juvabit etiam clysterem ex oleo lini para-

paratum infundere , aut fequentem mixturam adhibere v. g.

Rec. ▽ *Melis.*
Puleg.
Menth. aa ℥j
Hirund. c. caft. ℥ß
EE. caftor. ʒjß
Camph. g. vj
Syr. cort. aur. q. f.

M. f. potio ori in fundenda. Vel

Rec. ♌ ⊖ ✱
⊖ *vol.* ℴℴ *of. Sylv. aa* ʒjß
EE fuccin.
Caftor.
Aff. fœtid. aa ℈ij

M. d. S. Mutter Effenz zu 30. Tropffen.
Extra paroxyfmum vero

Rec. *Extract. panchym. Croll.*
MP de fuccino aa ℈j
Lim ♂tis fubt. pulv. ʒjß
ℴℴ *NM. gutt. iij*

M. f. c. f. q. EE. caftor. pil. no 60. 15. pro dofi. Thermæ etiam & acidulæ in ufum vocari poterunt. Hæc funt quæ mihi ad curationem hujus mali facere videbantur. Faxit autem Deus T. O. M. ut hæc omnia profpere fuccedant, fanitatemque amiffam uxori tuæ reftituat. Tibi ad omnia paratus.

N. N.

Med. Dr.

CA-

CASVS XVII.

De

EPILEPSIA.

Historia.

PUerulus dimidium annum natus corpulento habitu præditus, præterquam quod nutricem nactus sit succi plenam, & ab ea ventriculus ejus copioso lacte replebatur, quotidie quoq; pulticulas ex farina & lacte coctas edere cogebatur. Hinc subito variis motibus convulsivis corripitur cum sensuum internorum interceptione digitos manuum arctissime complicat, oculos varie torquet & spuma circa os observatur. Parentes metu perculsi medicum adeunt, ejusque consilium expetunt.

RESOLUTIO.

§. 1.

SI æqua juducii lance phænomena in præsenti casu recensita perpendimus, obvium facile, & manifestum erit puerulum hunc *Epilepsia* laborare. Id probant motus convulsivi, sensuum tam internorum, quam externorum interceptio, digitorum in manus implicatio, oculorum distorsio & spuma circa os. Nec abludunt *causæ antecedentes* sc. repletio ventriculi a pulte, quæ morbum hunc per consensum inferre solet.

§. 2. *Partem* primario *affectam* cerebrum statuimus fibrasque nervorum, & musculorum motrices, ex quibus universum nervorum genus contextum est. *Subjectum causæ* autem sunt ventriculus, & primæ viæ acido præternaturali abundantes,

§. 3. *Causa proxima* formalis est vellicatio, & irritatio partium

nervoſarum & muſculoſarum a ſpaſmodica illarum contractione veniens : *materialis* autem acidum præternaturale in ventriculo, & primis viis collectum.

§. 4. Sponte inde fluit *connexio* ratioque *ſymptomatum* ſuperius recenſitorum. *Senſus* enim *interni & externi intercipiuntur* ob denegatum influxum ſpirituum in illorum organa : *digitos autem complicat & oculos diſtorquet* a ſpaſmodica harum partium contractione, & *ſpuma circa os obſervatur* ab aere qui ſalivam concutit, in ſpumam vertit, & foras protrudit.

§. 5. *Cauſas remotas* quod attinet ſunt illæ ætas infantilis, quæ ad Epilepſiam valde proclivis eſt, nimia repletio, quæ juxta Hippocratem ad extrema proveniens valde periculoſa eſt, & lac cum pulpamento copioſius in ventriculo collectum facile corrumpitur, & aceſcit.

§. 6. Quoad *prognoſin* cum hæc Epilepſia per conſenſum oriatur levior eſt, nec adeo periculoſa. Hinc ſpem ſalutis promittimus, foreque confidimus ut æger ab hoc malo liberetur.

§. 7. Ut hoc fiat *Cura* maturanda erit, & aliter intra, aliter extra paroxyſmum inſtituenda.

§. 8. In *paroxyſmo æger ante omnia excitetur* remediis ∾tuoſis naribus applicandis, vel illorum infuſione in os, aut inunctione ſpinalis medullæ. Excellit hoc fine ∾⊖✳ *vel ſolus, vel cum aliis roboratus.* v. g.

Rec. ▽ *Anhalt.* ℥ß.
∾⊖✳ ʒj.
°°° *Rut.*
Cinnamomi aa. gtt. iij.

M. & naribus applicetur.

Præterea pollices ex manibus extrahantur, & os aperiatur cui ſequens, vel alia mixtura infundatur. v. g.

Rec. ▽ *ceraſ. n.*
Lil. convall. aa. ℥j.
∾⊖✳ *ſuccin.* ʒj.
☿ *nat. pp.* ʒß.

Syrup.

Syrup. papav. Rhead. ℥ij.

Spina dorsi sequenti unguento inungatur.

Rec. *Axung. tax.*
Human
Pingued. castor.
°° N. M.
∽⊖✱ aa. ʒj.
EE. castor.
Bals. peruv. aa. ʒß.
°° rut. ℈ß.

M. f. ungt. spinæ dorsi illiniendum.

§. 9. *Extra paroxysmum cura ad causas dirigenda* erit ; & quoniam a lacte corrupto originem hic affectus trahit vomitorium lene, vel laxans, & clysteres adhibendi erunt v. g.

Rec. *♀ emet. gr. j.*
Rad. Ir. Flor. gr. vj.
♁ nat. gr. iiij.

M. f. pulv. d. pro dosi.

His denique subjungantur specifica antepileptica *♁ina*, *ungulæ alcis*, *specif. ceph. Mich.*, *pulv. Marchionum &c.* v. g.

Rec. *▽ Lil. convall.*
Ceras. nigr.
Fl. til. aa. ℥ß.
Epilept Lang. ℥ij.
Liqu. cephal. ℈ß.
Ungul. alc.
Pulv. antep. Marcb.
Cephal. Lud. aa. gr. vj.
Syr. pæon. q. s.
M. d. S.

Stærckendes Træncklein darvon alle zvvey Stunden ein Læffelgen voll zu nehmen.

CA-

CASUS. XVIII.

De DYSENTERIA BENIGNA

Historia.

STudiosus temperamenti melancholici tempore æstivo fructibus quibusdam horæis in nimia quantitate commestis in tormina incidit abdominis acerbissima. Subsequuntur dejectiones creberrimæ sed vanæ sæpe, & irritæ prodeunte tantum materia quadam viscida striis sanguineis tincta. Perit simul appetitus & pulsus justo celerior esse videtur, petit consilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

COnsIderanti omnia, & singula in hoc casu enumerata symptomata facile occurret ægrotum hunc laborare *Dysenteria*, & quidem *benigna*. Debet autem vox dysenteriæ natales suos Græcis, & componitur ex δὺς quod difficultatem innuit, & vocibus Ἔντερον intestinum & ῥέειν fluere significantibus, ut ita ratione Ethymologiæ profluvium intestinorum cum difficultate conjunctum notet. Adeoque Dysenteria nihil aliud est nisi *dejectio seri plus vel minus tincti per alvum cum atrocissimis ventris torminibus, perpetuaque dejiciendi cupiditate.*

§. 2. Morbum hunc, & non alium hic adesse demonstrant I. *essentialiter inhærentia* tormina abdominis acerbissima, & dejectiones materiæ viscidæ striis sanguineis tinctæ. II. *Antecedentia* temperamentum melancholicum, tempus æstivum & nimius usus fructuum horæorum, & denique. III. *Consequentia* appetitus prostratio, & pulsus justo celerior.

§. 3.

§. 3. *Pars affecta* sunt intestina tenuia duodenum, jejunum & Ileon, quæ ventriculo viciniùs adhærent, chylumque ex ventriculo per pylorum recipiunt, illumque admixtis in duodeno bile & succo pancreatico per motum peristalticum promovent. Afficiuntur præterea etiam intestina crassa coecum, colon & rectum: quod tenesmus conjunctus testatur.

§. 4. *Causa proxima* hujus mali eaque *formalis* est motus intestinorum peristalticus auctus, & quasi convulsivus: *materialis* autem materia acris caustica, vellicans tunicas intestinorum nerveas & musculosas.

§. 6. Ex hactenus dictis *ratio symptomatum* facile reddi poterit. Sentit *tormina abdominis acerbissima* ob spasmodicam tunicarum intestinalium contractionem: *sanguis autem in dejectionibus observatus* a congestione ad intestina oritur, ejusq; in his locis extravasatione ob tunicam villosam vascula vasorum occludentem derasam. *Appetitus perit* ob depravatum ventriculi fermentum ab assumtis: & quia motus sanguinis pulsatorius simul intenditur *pulsus justo celerior deprehenditur.*

§. 7. Quoad *prognosin.* hæc dysenteria non adeo est periculosa: & quoniam a causa externa ortum duxit nihil erit, quod æger pertimescat.

§. 8. In *Cura* causæ eo quo influunt ordine erunt removendæ. Hinc I. *remotis causis externis* II. *fomes morbosus tollatur.* III. *Materia peccans corrigatur* & IV. *spasmi, & dolores sistantur.*

§. 9. *Primam indicationem* diæta conveniens implet, quæ plurimum valet ad hunc morbum profligandum. Ante omnia itaque prospiciendum erit, ne corpus frigori exponatur, hinc illud velato corpore arcendum, blandaque diaphoresis omni modo procuranda erit. Porro accurata servetur victus ratio, & cibi adhibeantur molles, & faciles, ex quibus oryza, & vitellaovorum sua laude non sunt defraudanda. Loco potus ordinarii conveniunt emulsiones amygd. dulcium, item panis tostus cum vino Hispanico haustus, & gelatina CC. Optima his omnibus in rebus erit abstinentia. Quo enim quis minus in hoc morbo comedit, & quo diligentius temperantiæ legibus se adstringit, eo facilius maturiusque ab illo liberatur. Porro ægroto imperanda est quies tam animi, quam corporis, cum vehemens motus exulceret, & malum augeat.

§. 10. *Secundam indicationem* emetica implent v. g.

Rec. *Rad. Hipecac.* ℈ß.
Lap. 69. pp. gr. vj.

M. f. pulvis ſtatim in principio exhibendus. Si æger a vomitu abhorret leniter purgantia inprimis Rhabarbarina in uſum vocari poterunt. v. g.

Rec. *Rhabarb. toſt.* ℈ß.
Magneſ. alb. ʒß.
☍ *NM.* ♄. *gtt. ij.*

M. f. pulv. d. pro doſi.

§. 11. *Tertiæ indicationi* omnia 🜄ea, mucilaginoſa, & diluentia ſatisfaciunt. Ita laudatiſſima hunc in finem ſunt *decoctum avenaceum CC. & ejus gelatina, potus calidus Theæ, cum dimidia parte lactis factus.* Porro etiam 🜄æ varii generis huc faciunt, *gum. tragacant.* ♁*diaphor., lap. 69.,* ♁*ina,* & leniora anodyna. v. g.

Rec. *Pulv. pannon. rubr.* ʒiß.
NM. toſt. ʒß.
Theriac. cœleſt. gr. vj.

M. pro 6. doſibus d. in 🜄 fol. quercus.

Rec. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒß.
Theriac. cœleſt. gr. iij.
Pulv. ſtipt. rubr. ℈ß.
M. f. l. a. bolus.

Rec. *Raſ. priap. cerv.* ℥ß.
Pulv. Rad. torment. ʒij.
Vnicorn. foſſ. ʒj.
Syr. cydon. arom. q. ſ.

M. f. la. Elect.

§. 12. *Quartæ indicationi* antiſpaſmodica lenioribus anodynis permixta ſatisfaciunt: inter quæ *caſtoreum, ſuccinum, Camphora, Crocus, cinnabarina* & partes animalium duriores eminent v. g.

Rec. ♁ *nat. pp.*
Succ. alb. aa. ℈j.

Cam-

Camph. gr. iij.
Extr. op. gr. ij.
M. d. pro III. dosibus vel
Rec. *Diascord. Fracast. ℨij.*
♁ ℈ß.
EE. castor. ℈ß.
Laud. op. gr. iij.
M. f. Electuarium bis de die exhibendum.

CASUS XIX.

De *FEBRE PETECHIALI.*

Historia.

JUvenis quidam XXIV annorum temperamenti sanguinei tempore vernali terrore quodam a funere prætereunte febre petechiali defuncti corripitur & levi horrore, cui calor succedit non adeo insignis cum tanto virium languore ut de lecto amplius surgere non valeat. Altero die medicum vocari jubet, qui pulsum celerem deprehendit, & debilem febriumque malignam subesse ratus medicamentis utitur absorbentibus & resolventibus. Aeger nullum inde sentit auxilium sed tussis insuper accedit cum respiratione difficili, dorsi compunctione, dolore capitis, vigiliis & deliriis. Die sexto alius insuper vocatur medicus qui, prioribus adjungit lenia diaphoretica, & expellentia a quorum usu noctem sequentem egit tranquilliorem. Medici mane accedentes ma-

culas vident rubicundas in pectore & dorso erumpentes, adstantes autem quærunt qualis morbus adsit?

RESOLUTIO.

§. 1.

MEdici de nomine hujus morbi interrogati respondent illum esse *febrem petechialem*. Hoc colligunt, 1. ex *essentialiter* huic morbo *inhærentibus* phænomenis ex horrore & calore, virium languore, pulsu frequente & tardo, maculisque erumpentibus rubicundis. 2. Ex *consequentibus* tussi, respiratione difficili dorsi compunctione, dolore capitis intentissimo, vigiliis & deliriis nec parum confirmantur. 3. Ab *antecedentibus* sexu virili, ætate media, temperamento sanguineo, tempore vernali, & terrore a febre petechiali: quæ phænomena in febri petechiali laborantibus utplurimum observari solent.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi est massa sanguinea & totum corpus. Illa causam sustinet: in hoc autem morbus trunculentissimus suam tyrannidem exercere solet.

§. 3. *Causa* febris petechialis *proxima* eaque *formalis* est motus humorum præter naturæ ordinem & gradum institutus ad sanguinem a terrore coagulatum resolvendum, & ⊖ causticum in partibus corporis interioribus hærens ad exteriora deferendum: *causam proximam materialem* autem ⊖ quoddam causticum constituit partes corporis internas, destruere moliens.

§. 4. *Phænomena* in ægroto observata ita *explicant*. A sanguine ab exterioribus ad interiora recedente *sensus frigoris* in partibus externis percipitur, quem *calor* sequitur ab illo ad exteriora redeunte.

Virium debilitas oritur a spiritibus oppressis motuque humorum præternaturali instituto.

Pulsus celer deprehenditur ob motum sanguinis intestinum auctum, & *debilis* a debiliore ejus spirituascentia, & inopia ♌-tuum animalium.

Tussis accedit ob partes acres in aspera arteria, pulmonumque cellulis hærentes, quæ simul etiam *respirationem* reddunt *difficilem*.

Dolorem

Dolorem capitis sanguis producit in vasis sanguineis per membranas cerebri dispersis hærens, illasque premens & distendens: cui denique *vigiliæ* conjunguntur & *deliria* illo in inflammationem abeunte.

Maculæ tandem rubicundæ apparent a materia peccante ad exteriora delata, indicio omnia morbo superato ad pristinum statum redire.

§. 4. Occasionem huic morbo ex *causis remotis* sexus & ætas virilis præbuit, temperamentumque sanguineum hujusmodi febribus admodum obnoxium. Ad hoc accedit anni constitutio, & terror ab hoc morbo priora in actum deducens.

§. 5. Quoad *Prognosin* notandum febrem petechialem morbum esse admodum periculosum: exanthemata autem die critico erumpentia bonum signum præbent. In specie autem rubicunda & copiosa morbum a natura superatum ostendunt: illisque præsentibus medicus salutem potest promittere.

§. 7. In *Cura* usus diaphoreticorum & expellentium poterit continuari, interpolatis simul cordialibus donec omnia erunt iterum pacata. Ad illa pertinent ♁ *diaphoreticum, lap. 69. mater perl. mixt. simplex* cum aquis & syrupis in potiunculas redigenda. v. g.

Rec. ▽ *fl. samb.*
Ceras. nigr.
Scord. aa ℥ij
Succ. citr. ℥ß
♁ *diaphor.*
Lap. 69. pp.
Mixt. simpl. aa ʒj
Syr. acetos. citr. ℥3
M. f. potio. *S.*

Austreibendes Træncklein darvon alle vier Stunden ein Lôffel voll zuvor vvohl umgerûttelt zunehmen.

Ad hæc autem *confect. Alkerm. pulv. Bez. Senn.* & alia cordialia. v. g.

Rec. ▽ *citr. ex toto ℥j*
Cinamom.
Namph. aa ℥ß

Confect. Alkerm. compl. ℨj
Pulv. Bez. Sennert. ℈j
Syr. ceraſ nigr. ℥ß
M. f. potio. d. ad ſict. *S.*

Herz ſtærckendes Træncklein darvon zu vveilen einen Löffel voll zuvor vvohl umgerüttelt zu nehmen.

Plura videantur de cura hujus febris in caſu de *febribus malignis, & peſte.*

CASUS XX.

De

PESTE.

Hiſtoria.

Vid. Bernh. Verzaſch. obſ. med. LIII.

Anno CIↃICLXVII. truculenta peſte apud Baſileenſes graſſante Verzaſcha ad junvenem quendam vocatus, omniaque febris peſtilentialis ſigna in illo obſervans, ſequentes præſcribit potiunculas diaphoreticas.

Rec. *Pulv. pannon rubr.* ℈j
Lap. Bez. or. ℈ß
▽ *acetoſ.* ℥j
Syr. citr. ℥ß
Rec. ▽ *Theriac.*
Succiſ.
Citr. aa ℥j

Pro potu ordinario ſequens decoctum v. g.

Rec. *Raſ. CC.* ℨiij. *coqu. in*
▽ *font. q. ſ.*
Colat. menſ. j adde
Syr. herb.

Papap.

Papav. errat ℥ij
♎ 🜍 ℈ij *Misce.*

Secundo die bubo in dextro inguine se manifestat, hinc chirurgo mandatur vesicatorium in parte affecta applicare & Emplastrum ordinarium imponere, simulque faucibus more consueto gargarismate succurrere.

Æger præterea prædictas potiunculas repetens sumendo priorem hora VII. matutina & posteriorem tertia pomeridiana bis sudat cum euphoria.

Ad vesperam rediens medicus ægro de siti, calore intenso, & conatu vomendi continuo quærenti sequentia præscribit remedia.

I. *Rec.* 🜄 *Acetos.*
Succis. aa ℥iiß
Syr. corall. ℥j
Pav. errat. ℥ß
♎ 🜍 *gtt. viij*
M. f. Julepus pro duabus dosibus.

II. *Rec. Rob. ribium* ℥j
Cons. acetos. citr ℥ß
Conf. alkerm.
Hiacinth. aa ʒj
CC. s. 🜂
Pulv. pannon rubr.
Spec. liberant aa ℈ß
Syr. corall. q. s.
F. l. a. electuarium

III. *Rec.* ☍ *NM. expres.* ʒj
Bals. peruv. ʒß
☍ ♋ *aurant.* ℈ß
Angel. gtt. v.
M. f. l.a. balsamum scrobiculo cordis inungendum.

Die tertio rediens ægrumque viribus prostratum observans chirurgum munere suo non rite fungentem increpat remotoque vesicatorio, & cataplasmate bubonem videt retrogressum, veneverumque a corde ad corporis superficiem retropellere molitur sequentibus remediis.

Rec.

I. *Rec.* ▽ *acetoſ.* ℥ij
Syr. citr. ℥iß
Mithridat. opt. ʒj
Spec. liberant. ℈j.
M. f. hauſtus.

II. *Rec.* ▽ *acetoſ.* ℥ij
Syr. citr. ℥ß
Theriac. veter ℈ij
Pulv. pannon rubr. ℈ß
Lap. Bez. or. gr. iiij
M. f. hauſtus

Ad virium robur conſervandum ſequentem præſcribit aquam cardiacam.

Rec. ▽ *cardiac.*
Acetoſ.
Nymph. aa ℥jß
Syr. pæon. ℥j
Citr ℥ß
Julep. roſar. ʒiij
Conf. Alkerm incompl. ʒj
Spec. liberant.
Pulv. pannon. rubr.
CC. phil. pp. aa ℈ß

Quarto die ob metum paraphrenitidis ſequentem præſcribit potionem diaphoreticam, & linimentum cephalicum, v. g.

Rec. *Lap. Bez. or.*
CC. ſ. △*e aa* ℈ß
▽ *Nymph.* ℥j
Syr. citr. ℥ß
M. ſumatur ſtatim.

Rec. *Ungt. alabaſtr.* ʒij
°°o 🜍 *citr.* ʒß

M. f. linimentum temporibus inungendum & circa veſperam hunc Julepum.

Rec. ▽ *Nymph.* ℥iij
Roſar. ʒj

Syr.

Syr. pap. errat. ℥iß.
Citr. ℥ß.
♎🜂 *gtt. iij.*

M. f. l. a. Julepus.

Quinto die ob delirium continuum potiuncula & Julepus repetuntur, & sexto ob eadem symptomata sequenti utitur potiuncula mane & vesperi sumenda v. g.

Rec. 🜄 *Theriac.*
Scord.
Nymph. aa ℥ij.
Syr. de succ. citr. ℥iß.
Rub. id. ℥j.
Confect. Alkerm. incomp. ʒj.
Spec. liberant.
Pulv. pannon. rubr. aa. ℈ß.

Septimo die æger periculosa corripitur Diarrhæa cum virium prostratione & siti, cui obviam ire contendit sequenti decocto & Julepo.

Rec. *Ras.* C. C.
Rad. Tormentill.
Acetos. aa. ℥iiij.

Coqu. in s. q. 🜄 font. & colat. mens. 1. addatur.
Syr. corall.
Rub. id.
Granat.
Ribium aa. ℥j.
♎🜂 ℈j.

M. pro potu ordinario nec non

Rec. 🜄 *Acetos.* ℥iij.
Plantag.
Syr. corall. rubr.
Rub. id. aa. ℥j.

M. f. Julepus pro III. dosibus.

Die octavo fluxus alvi adhuc durat & emulſ. amygd. cum decoct. CC. parata propinatur cum Julepo præcedente.

Die nono ob durantem alvi fluxum ſequens præſcribitur emulſio.

Rec. *Amygd. d. rec. excort.* ℥ß.
Sem. cucum.
Melon. excort. aa. ʒij.
Papav. alb. ʒj.
▽ *Acetoſ.* ℥iiij.
Plantag. ℥ij.
F. l. a. emulſio add.
Sacch. roſ. tabul. ʒij.
CC. *ſine* △e *pp.* ℈j.
M. pro II. doſibus.

Die decimo delirium, & fluxus alvi ceſſat, tuſſis autem ſuccedit moleſtiſſima, cui ſequentia opponuntur remedia.

Rec. ▽ *Scabioſ.*
Acetoſ.
Farfar. aa. ℥ij.
Syr. viol.
Granat. aa. ℥j.
♎ △ *gtt. vj.*
M. f. Julep. pro II. doſibus.

Rec. *Syr. Farfar.*
Pap. errat.
Berber. aa. ℥j.
▽ *Farfar.* ℥ß.
De quo ſæpe cochlear ſumatur.

Undecimo die tuſſi adhuc duranti ægrumq; debilitanti ſequentibus obviam itur remediis.

Rec. *Confect. Alkerm.* ʒj.
Spec. dia ir. ſimpl. ʒiß.
Dia tragacant. frig.
Liberant. aa. ℈j.

Sacch.

Sacch. opt. ▽ farfar. solut. ℥iij.

F. l. a. rotul.

Die decimo tertio sequens præscribitur decoctum & Julapium.

Rec. *Rad. liquir. ras. ʒj.*

Acetos. ʒij.

Jujub. recent. no. IV.

Coqu. in s. q. ▽ simpl. colat.

Rec. *Mens. I. add.*

Syr. viol. ℥iiij.

Pap. errat.

Granat. aa ℥ij.

♎ ♁ ℈ij

M. pro potu ordinario.

Rec. *▽ Scabios. ℥iiij.*

Farfar. ℥ij.

Syr. viol. ℥ißs.

Pap. err. ℥ß.

M. f. Jalap. pro II. dosibus.

Die XIV. sequente utitur potiuncula purgante.

Rec. *Mann. calabr. ℥ij.*

▽ farfar. q. s.

F. l. a. linctus.

Et ad vires recuperandas sequente tragea.

Rec. *Spec. de hyacint.*

Dia trion santal.

Dia marg. frigid. aa. ʒj.

Lap. 69. pp. ʒiß.

Sach. ros. tabul. ʒiiij.

M. f. tragea more consueto usurpanda & ita æger omnino convaluit.

Scholia.

§. I.

P*Estis* est quam Verzascha in hoc juvene curavit: cujus præsentiam demonstrant 1. *essentialiter inhærentia* febris maligna cum bubone in

 dextro

dextro ingenuine apparente & retrocedente. 2. *Conſequentia* virium proſtratio, phrenitis, diarrhæa cum ſiti nimia & tuſſi admodum moleſta, & 3. *Antecedentia* ſexus virilis, ætas juvenilis, conſtitutio epidemica peſtifera.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi ſeu pars affecta ſunt partes corporis omnis generis, cauſa autem in humoribus maſſaque ſanguinea utplurimum hærere ſolet craſin illius, motum actionesque vitales deſtruens.

§. 3. *Cauſa* peſtis *proxima formalis* eſt motus humorum præternaturæ ordinem & gradum a natura inſtitutus ad putredinem imminentem avertendam, & contagium conceptum a centro ad corporis peripheriam ferendum. *Cauſa materialis* autem eſt materia tenuis & inviſibilis vaporis forma vagans, ab uno corpore in aliud tranſiens effectumq; putrefactivum in illo exercens. Hac extra corpus proſcripta ſanitas redit; ſin parti cuidam infigitur varia conſtituit *exanthemata*, eaque retrocedentia *virium debilitas*, *vigiliæ*, *delirium*, *diarrhæa*, *tuſſis*, *convulſiones* tandemque *mors* ſequitur.

§. 4. Ex *cauſis occaſionalibus* anſam huic morbo ſexus virilis dedit ætasque juvenilis, epidemica peſtifera conſtitutio in hujusmodi ſubjecto peſtem facile producens.

§. 5. *Prognoſis* admodum triſtis eſſet inſtituenda niſi vires adhuc in ægroto noſtro ſupereſſent, malumq; robore naturæ ſuperaretur. Peſtis cum bubonibus ſalutaris quidem dici poteſt; illis autem retrocedentibus mors ante fores eſt, omnisque cura, & diligentia in eo ponenda ut virus extra corpus iterum proſcribatur.

§. 6. In *cura* peſtis I. *removeantur cauſæ externæ* II. *materia peccans e corpore proſcribatur* III. *virium habeatur ratio*, & *ſymptomatum ſimul orientium*.

§. 7. *Primam indicationem* diæta legitime inſtituta implet, & uſus rerum nonnaturalium correctus & emendatus. Quod itaque *aerem* infectum attinet ille vitetur, & quantum fieri poteſt emendetur igne luculento exſtructo. *Victu* ab initio utatur tenui ex juſculis avenaceis ſyr. granat. acetoſ. citr. vel ejus ſucco recenter expreſſo correctis, in morbi declinatione juſcula punguiuſcula ex carne caponum, vitulorum, cum carne aſſata & cereviſia tenui, & deinceps cibi boni ſucci, cereviſia probe defæcata, & hauſtus vini generoſi. Ad ſitim fallendam

fallendam potum theæ calidum, decoctum Scorzoneræ, & aliorum vegetabilium cum paucis guttis ♎ ⊕ dulcis acuatum. *Somnus* præterea procuretur modo convenientc, *animusque* liber sit a timore, terrore & mœrore, speque semper delectetur optima.

§. 8. *Secundam indicationem* medicus obtinet lenia diaphoretica continuo usurpanda donec malum extra corpus sit proscriptum: cujus generis sunt fixiora cum acidis propinanda v. g. *M. S. Tr. Bez., clyssus* ♁△ *atus, succus citr., & syr. acetos. citr.,* ▽ *prophylact. Sylvii,* ♎ ⊕*d.* v. g.

Rec. ♁ *Diaph.*
Lap. 69 pp. aa. ʒij.
Succ. ex toto citro.
▽ *Prophylact. Sylv.* ℥ß.
Fl. Samb.
Scabios.
Scord. aa. ℥j.
Syr. acetos. citri. ℥ß.
M. f. potiuncula.
S.

Sonderlich Träncklein darvon alle vier Stunden etliche Lœffel voll zuvor vvol umbgerittelt zu nehmen.

Hæc potiuncula aliquoties poterit repeti, M. S. etiam addi donec malum penitus cessaverit aut bubones appareant.

§. 9. Inter symptomata ut *tertiæ indicationi* satisfiat *bubones* primo loco occurrunt emplastris emollientibus, cataplasmatibus maturantibus & ungto quod componitur ex croco therebintina, & sevo hircino curandi. Si retrocedunt M. S. & Tr. Bez. adjiciatur haustibus diaphoreticis vomendi conatui simul resistentes.

His succedunt *vigiliæ, deliria, & faucium inflammatio* quibus ⊕ cum camphora opponitur absorbentibus maritandum. v. g.

Rec. ♁ *Diaph.*
⊕ *Depur. aa.* ʒj.
Camph. ℈ß.
M. f. pulv. in IV. partes dividendus S.

Kühlende Pulver darvon Morgens und Mittags eines in vvarmer Brühe zu nehmen. Vel etiam ſequens emulſio interpolatis vicibus ſumatur. v. g.

Rec. *Amygd. d. excort.* ℥ß.
Sem. 4. frig. maj. aa. ʒß.
Pap. alb. ʒj.
▽ *Nymph.*
Pap. errat.
Hypnot. Dorncrell.
Cinnamom. cydon. aa. ℥j.
Syr. pap. alb. ℥ß.
Fl. l. a. Emulſio. S.

Kühlende Stärck-Milch darvon zuvveilen etliche Löffel voll zu nehmen. Aut etiam hæc potiuncula.

Rec. ▽ *Borrag.*
Card. bened. aa. ℥ij.
Ceraſ. nigr. ℥j.
Pulv. dent. apr.
Hyppopot. aa. ʒj.
Specif. ceph. Mich. ʒß.
Ambr. Gryſ. ♎ *roſ. ſol. gr. iij.*
Syr. pap. errat. ℥ß.
M. f. potiuncula d. ad fict. S.

Sonderl. Träncklein davon zuvveilen etliche Löffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

In *Diarrhæis* quæ uti hoc loco in fine accedunt & morbum ſalutariter terminant pulveres temperantes conveniunt & ſi neceſſitas urget *Balſ. vitæ Hoffm.* ℴ℘ Menth. deſtillatum, aut ſacculus herbis aromaticis & roborantibus impletus in urina coquatur & calide ventriculo imponatur vel etiam ſequens cataplaſma.

Rec. *Ferm. panif.* ℥iß.
Pulv. Hb. Abſinth.

Menth.

Menth. aa. ℨij.
N. M.
Caryophill.
Bacc. Junip. aa. ℨj.

Cum aceto & 🜄 fiat cataplasma ventriculo calide imponendum.

CASUS XXI.

De

PURPURA.

Historia.

PUerpera quædam XXVIII. annorum temperamenti sanguinei ob varios in Diæta commissos errores quarto post puerperium die lochiorum quandam sentit remissionem cum respirandi difficultate & tussicula. Quarto die lochia penitus supprimuntur, horror accedit, quem calor excipit cum appetitu prostrato, dolore capitis, dorsi compunctione, artuum lassitudine, viriumque tanta prostratione ut medicum accersiri cogatur, qui accedens arteriam tangit, pulsum celerem deprehendit, & frequentem. Justum inde instituit diætæ regimen hancque præscribit potiunculam diaphoreticam.

Rec. ♁ *Diaph.*
Lap. 69. pp.
Martr. perl. pp.
M. S. aa. ℨj.
Succ. ex tot. citr.

🜄 Fl.

▽ *Fl. ſamb.*
Card. bened.
Scabioſ. aa. ℥j.
Syr. acetoſ. citr. ℥ß.
M. d. ad fict. S

Stärck-Tränklein darvon alle vier Stunden zvvey Löffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

Puerpera medico quinto die redeunti refert ſe noctem habuiſſe quietam, omniaque ſymptomata fere receſſiſſe remanente ſaltim reſpiratione adhuc difficili, nec non dolore circa lumbos, & genitalia. Demonſtrat præterea pectus & dorſum tuberuculis rubicundis impletum, & lochia fluere incipientia. Medicus his cognitis remedia antea recenſita judicat eſſe continuanda, & ad lochia expedienda ſequentia denuo præſcribit v. g.

Rec. *Elix. propr. ſ. acido.*
Tr. Bez. Mich. aa. ℥j.
EE. ſuccin.
Caſtor. aa. ʒß.
Anod. ℈ß.
D. ad. vitr. S.

Mutter reinigende Eſſenz, darvon Morgens und Mittags 35. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

Die ſexto mediocriter valet, lochia autem rite ſuccedere nolunt: circa veſperam autem ſeptimi præcordiorum ſuccedit anxietas, reſpiratio anheloſa cum vigiliis, & deliriis. Medicus accerſitus tubercula rubicunda in alba videt mutari, lochia interim copioſius fluere: unde etiam expellentia judicat eſſe continuanda, ſed bis tantum de die propinanda. Deliriis & vigiliis ſequentia opponit remedia v. g.

Rec. ⦶ *Depur.* ʒj.
♁ *nat. pp.* ℈ß.
Camph. ℈ß.
M. div. in IV. part. æqu.
S.

Sonderliches Pulver darvon alle vier Stunden eins in vvarmer Brühe zu nehmen.

Die

Die VIII. tubercula penitus videt expulſa cum quadam ſymptomatum remiſſione, viresque penitus proſtratas, quas recreare nititur his remediis v. g.

Rec. ▽ *ex tot. cirtr.*
Roſ. fragr.
Caraſ. nigr. aa ℥jß
Namph.
Cinamom. aa℥j
Confect. Alkerm. incompl. ʒj
Pulv. Bez. Sennert.
Specif. ceph. Mich. aa ℈j
Syr. rub. id.
Berber. aa ℥ß
D. ad vitr. S.

Herz Stærckung darvon zuvveilen etliche Löffel voll zuvor vvohl umgerüttelt zu geben.

Die IX. & X. tubercula incipiunt exſiccari, undecimo autem & duodecimo cuticula ſeparari incipit cum euphoria ſymptomatumque remiſſione.

Die XIII. & XIV. de lecto ſurgere incipit greſſusque moliri. Diebus ſequentibus vires redeunt, appetitus viget & medicus puerperæ ſoſtro accepto valedicit.

Scholia.

§. 1.

MOrbus ex quo hæc puerpera male ſe habet eſt *Purpura*. Illam adeſſe demonſtrant 1. *eſſentialiter inhærentia* febris ſcilicet cum tuberculis rubris aut albis in pectore primum, & dorſo, & denique toto corpore erumpentia. 2. *Conſequentia* præcordiorum anxietas reſpiratio difficilis, tuſſicula cum vigiliis, deliriis viriumque proſtratione. 3. *Antecedentia* puerperium, errores in diæta commiſſi, lochiorumque ſuppreſſio.

§. 2. *Subjectum* huic morbo habitus corporis præbet, ſeu integumenta communia, & totum denique corpus; cauſa autem in humoribus & tota maſſa ſanguinea quærenda eſt.

§. 3. *Cauſa* purpuræ *proxima formalis* eſt motus humorum ad

partes acres in centro hærentes ad peripheriam deferendas præternaturalem ordinem & gradum a natura inſtitutus. *Cauſa proxima materialis* eſt ⊖ cauſticum ex partibus corporis intermis ad externa deferendum, & per poros cutis excernendum.

§. 4. Inter *cauſas occaſionales* potiſſima eſt puerperium, ubi geſtationis tempore ob tranſpirationem non rite ſuccedentem ejusmodi ſordes, & impuritates colliguntur, cum lochiis poſt partum & per tranſpirationem excernendæ.

§. 5. Quoad *prognoſin* notandum erit purpuram eſſe morbum acutum, ejusque incertas prædictiones. Salus autem promitti poteſt ſi exanthemata cito expelluntur, expulſa manent, & tandem cum ſymptomatum remiſſione & euphoria diſſipantur.

§. 6. His ita præmiſſis ad *curam* nos accingimus in qua 1. *remotis cauſis externis* 2. *materia peccans expellatur* & 3. *ſymptomatum ratio habeatur.*

§ 7. *Prima indicatio* diætam requirit convenientem. Ut hæc itaque rite inſtituatur puerpera in *aere* & conclavi moderate calido degat, & lectis modice tecta ſervetur ut poris apertis materia peccans commode excerni, & diſcuti, exanthemata vero expelli poſſint. *Victus* ſit tenuis ex juſculis, & liquidis conſtans, admitti tamen poſſunt ceraſa, pruna damaſcena cocta, nec non pulpa pomorum ſubdulcium. Cereviſia ſit tenuis, bene cocta lupulata & fermentata, vinum autem non admittatur. *Somnus* quantum fieri poteſt concilietur per tuta, & convenientia auxilia. *Animus* ſit tranquillus, evitetur ira & adſtantes omnem curam impendant ne ſubitanea conſternatione, aut terrore afficiatur. *Emunctoria* naturæ ſerventur apperta, omnisque cura in eo ponatur ut natura continuo in excretione maneat per ſudorem & tranſpirationem.

§. 8, *Secundam indicationem* lenia diaphoretica, & expellentia implent: cujus generis ſunt *CC. ſ.* △e ♄ *diaph. ♂tiale, & ♃viale, pulv. Bez. Sennert. pannonicus ruber*, quibus *Myrrha, camphora,* ⊖ *CC volat. & ſuccini* exigua in quantitate adjici poſſunt. v. g.

Rec. Antihect. poter
CC. ſ. △ *e aa* ʒj
Myrrh. ℈ß

M. f. pulv. div. in IV. part. aqu. S.

Aus

Austreibende Pulver darvon Morgens Mittags und Abends eins in vvarmer Brühe zunehmen.

Vel etiam ſequens emulſio adhiberi poterit v. g,

Rec. Sem. citr.
Card. bened.
Aquileg. aa ℥j
▽ fl. ſamb.
Aquileg.
Scabioſ. aa ℥j
CC. ſ. △e
♁ diaph. aa ʒj
Syr. papav. alb. ℥ß.
M. f. l. a. emulſio. *S.*

Austreibende Milch darvon alle vier Stunden ein Löffel voll zuvor vvohl umgerüttel zunehmen. Vel etiam ſequens potiuncula.

Rec. Extr. ſcord.
Card. ben.
Cent. min. aa ʒß
▽ Theriac.
Scabioſ.
Fl. ſamb. aa ℥j
Tr. B. Bez. ℈ij
M. f. potiuncula d. ad fictile. *S.*

Austreibendes Træncklein darvon alle vier Stunden ein Löffel voll zu geben.

§. 9. Exanthematibus expulſis, *ut tertiæ indicationi* ſatisfiat, ſymptotum ratio habeatur: inter quæ vigiliæ, & deliria primo loco occurrunt, quibus opponendum ⦶ cum camphora: Lochiis non rite fluentibus *Borax, ſuccin. alb. liqu.* CC. *ſuccinatus, crocus, Myrrh. & alia* opponuntur: de quibus in caſu de lochiorum ſuppreſſione. Viribus proſpicimus ita dictis cordialibus ▽ *ſc. & ſyrupo ex toto citro meliſſ. borrag. bugloſſ. conf. Alkerm. incompl. matre perl. corall. rubris & aliis.*

CASVS XXII.

De

PHRENITIDE.

Hiſtoria.

M*Ercatoris filius XVIII. annos natus febre delirio, & vigiliis inopinate corripitur. Vocatus Verzaſcha faciem purpureo colore ſuffuſam & oculos torvos nunc vagos, nunc fixos deprehendit, ægrumque delirantem, alta voce clamantem, & e lecto dictorum factorumque immemorem proſilientem phrenitide afflictum parentibus indicat. Hoc præmiſſo clyſtere v. g.*

Rec. Rad. Alth. ℥j
Fol. malv.
Viol. aa m. j
Fl. Nymph. p. ij
Sem. aniſ. ʒij
Coqu. in ſ.q. ▽ *fontanæ colat.*
Rec. ℥X
Elect. diacathol, ℥j
Mel. viol, ℥jß

M. f. l. a. clyſter d. cum inſtrumento pro adulto.

Vena in brachio dextro aperitur & veſperi hic Julepus uſurpatur.

Rec. ▽ *Lact.*
Portul. aa ℥iij
Syr. berber. ℥ij
♎ ⊕ *gtt. vj M. pro II. doſibus.*

Secunda die vena in brachio ſiniſtro aperitur & ſequens julepus produabus doſibus præſcribitur.

Rec.

Rec. ▽ *Cichor.*
Acetos. aa ℥vj
Syr. citr. ℥iiij
🜍 🜔 *gtt. vj*

Tertio die cum delirium maxime urgeret frontale & potiuncula diaphoretica præscribitur.

Rec. ▽ *ros.*
Nymph.
Lactuc. aa ℥iij
Rosac. ℥jß
Fiat. frontale

Rec. *Syr. papav. alb.* ℥j
▽ *Nymph.* ℥ß
Sumatur hora somni

Quarto die V. S. instituitur, & vesperi sequens emulsio præscribitur.

Rec. *Amygd. d. excort.* ℥j
Sem. cucum.
Melon. aa ℥ß
Papav. alb. ʒij
▽ *Nymph.*
Lact.
Papav. errat. aa ℥iij
Sach. ros. tabul. ℥ß

M. f. emulsio pro tribus dosibus.

Quinto die ob incendium febrile carpis & cordi epithema apponitur, & electuarium refrigerans præscribitur v. g.

Rec. ▽ *Ros. fragrant.* ℥iiij
Viol.
Acetos. aa ℥j
🜊 *Rosac.* ℥jß
Spec. cord. ℈ij
F. epithema.

Rec. *Cons. ros. rubr.* ℥jß
Conf. citr. ʒvj
Rob. ribium ℥j

♌ ℞ gtt. X.
Syr. berber. q. ſ.
M. f. l. a. electuarium.

VI. VII. VIII. IX. & decimo die præcedentes Julepi emulſiones, & hora ſomni potiunculæ ſomniferæ bis repetitæ fuerunt.

Die XI. Febris remanſit, ratiocinatio rediit, & ſequens potiuncula purgans præſcripta fuit.

Rec. Fol. ſenn. ſ. ſt.
Rhabarb. elect. aa ʒij
Cremor. ♀ ʒj
Sem. aniſ. ʒß
▽ *Endiv. q. ſ.*

Infund. per noctem, mane ebulliant parum, in colat. ℥iij ſolv. ſyr. roſ. ſolut. ℥j f. potio purgans. Per totum morbi decurſum victu tenui, refrigerante, juſculis, borragine acetoſa, lactuca & endivia alteratis uſus eſt, pro potu ordinario Tram roſarum aut ſequentem ▽m divinam.

Rec. Succ. citr. recent. ℥iiij
Sachar. opt. ℥ij
▽ *font.* ℔ iiij *f.* ▽ *divina.*

Scholia.

§. 1.

HUnc ægrotum *Phrenitide* laborare ex phænomenis patet in hoc ægroto obſervatis. Referre illa poſſunt ad *antecedentia*, quo pertinet ſexus virilis, ætas juvenilis, & vitæ genus ad luxum accedens. 2. *Eſſentialiter inhærentia* cum deliret cum febri, & 3. *Conſequentia*: cujus generis ſunt vigiliæ, facies purpureo colore ſuffuſa, oculi torvi, fixi & vagabundi.

§. 2. *Subjectum* phrenitidis ſunt τὸ ἐγκέφαλον & totum corpus: cauſa autem in dura, & pia matre ſeu membranis cerebrum involventibus & ambientibus hærere ſolet.

§. 3. *Cauſa* phrenitidis *proxima formalis* eſt motus ſanguinis præternaturalem ordinem & gradum inſtitutus ad ſanguinem in poris,

&

& vasculis membranarum cerebrum obvolventium in motum & ordinem redigendum, corruptelasque inde oricundas avertendas. *Causam proximam materialem* sanguis constituit his in partibus in motu suo retrogrado impeditus, hincque stagnans, & ad corruptionem tendens.

§. 4. Inter *causas occasionales* sexus virilis occurrit, ætasque juvenilis: quæ cum vitæ genere sine dubio lauto, victuque pleno ansam plethoræ dederunt, variisque malis inde oriundis.

§. 5. *Prognosis* morbum nobis sistit acutum, & periculosum, ætas autem juvenilis spem salutis aliquo modo promittit, quam cura rite instituta in hoc subjecto etiam produxit.

§. 6. Ad *curam* itaque festinante pede eundem erit, in qua I. *causæ externæ removendæ* II. *motus humorum corrigendus* III. *motus ♌-tuum inquietus demulcendus, & componendus*, Et IV. *Idea peregrina menti eximenda.*

§ 7. *Primam indicationem* medicus obtinet diætam legitimam imperando. Vitet itaque æger *aerem* frigidum febri contrarium, & adhibeat calidum & temperatum transpirationi velificantem. *Victus* sit tenuis & humidus, & loco potus ordinarii concedatur decoctum citri Mynsichti, nec non auctoris aqua divina. In reliqua diæta omnia ita instituantur ut æger somnum capiat exoptatum, nec violentas sibi inferat manus.

§. 8. *Secundam indicationem* obtinemus motum humorum progressivum promovendo lenibus diaphoreticis, a quibus cura inchoanda, illisque V. S. succenturienda sufficienter sed non nimium, in brachio, pedibus, aut sub lingua instituta. Ex diaphoreticis terrea eligimus ♁ *diaphoreticum, lap. 69. matrem perl.* nec non partes animalium duriores cum *acetis theriacalibus, Bezoardico,* ▽ *prophylact. Sylvii, succo citri* & aliis saturanda, & cum ▽ *fl. samb. card. ben., scord., scabios. fl. til, ceras. nigr. & aliis* propinanda v. g.

Rec. ▽ *fl. samb.*
Til.
Ceras. nigr. aa. ℥ij.
♁ *Diaph.*
Lap. 69.
M. S. aa. ʒj.
✠ *Bezoard.*

Syr.

Syr. acetoſ. citr. aa. ℥ß.

M. d. ad fict. S.

Schvveiſstreibendes Tränckl ein darvon alle 4. Stunden etliche löffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

§. 9. *Tertia indicationi* ſatisfaciunt motum humorum inteſtinum corrigentia: cujus generis ſunt ⦶oſa, ⦶ *ſc. depuratum & cryſtalliſatum* cum diaphoreticis *camphora*, & *cinnabari* propinanda incendia interna extinguentia v. g.

Rec. ♄ *Diaph.*
⦶ *Cryſtall. aa.* ʒj.
♁ *Nat. pp.* ʒß.
Camph. ℈ß.
M. f. pulv. div. in 6. part. æqu.
S.

Temperirende Pulver darvon Morgens und Mittags eines im ordinair Tranck zu nehmen.

Conducunt etiam hunc in finem clyſteres ex emollientibus cephalicis parati. v. g.

Rec. *Rad. Alth.*
Pœon. aa. ℥j.
Hb. Mercurialis.
Beton. aa. m. j.
Fl. Chamom.
Verbaſc. aa. p. j.
Caric. pingu. no. iiij.
Coqu. in ſ. q. ▽ ſimpl. & colat.

Rec. ℔ *j. add.*
⦶ *Anod.* ʒij.
Elect. cathol. ℥ß.
Mell. viol. ℥j.
M. f. l. a. clyſter d. cum apparatu pro adulto.

Conveniunt etiam in alvo obſtructa lenia evacuantia ſuppoſitoria, aliaque ſacharina alvum expedientia. In ſubſidium etiam veniant

veniant externa pulli gallinacci & columbarum diſſecti, exenterati & calide impoſiti, nec non ſequens epithema frontale calide applicatum v. g.

Rec. ✠ *Roſ.* ℥ij.
⦶ ℥j.
Camp. gr. xij.

§. 10. Ut *quartæ indicationi* denique ſatisfiat *cucurbitulæ* conveniunt, *veſicatoria*, *emulſiones*, & *anodyna* doſi refracta propinanda v. g.

Rec. *Sem. pæon.* ℥ij.
4. frig. maj.
Pap. alb. aa. ʒj.
▽ *fl. ſamb.*
Til. aa. ℥iiß.
Hypnot. Dorncr. ℥j.
Pulv. march.
Dent. Hyppopot. aa. ʒj.
Syr. papav. alb. ℥ß.
F. l. a. Emulſio S.

Stârcke-Milch darvon zuvveilen etliche Lôffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

Rec. *M. S.*
♌ ⦶ *ceph. aa.* ʒj.
EE. anod. ℈ß.
S.

Stârckende Haupt-Eſſenz darvon Morgens und Abends 35. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

(Yy) CA-

CASUS. XXIII.

De

HÆMORRHAGIA NARIUM.

Historia.

Vir quidam XXXVI. annorum temperamenti sanguineo cholerici diæta lauriori & usui spirituosorum addictus ingentem experitur hæmorrhagiam sanguine per os & nares exeunte. Hac per aliquot horas durante pallor succedit faciei, & levis quædam Lypothymia. Medicus accedens refrigerantia adhibet testibus applicanda ex ♃, cerussa, album. ov. &c. parata. Chartam præterea bibulam solutioni ⊕ impraegnatam & pulvere sympathetico conspersam turundarum forma naribus intrudit, variaque insuper adstringentia & incrassantia sed nullo cum levamine adhibet. Alius medicus accersitus removere jubet refrigerantia, & ut extrema in moderato calore detineantur mandat. Hoc facto lac caprillum calidum naribus jubet attrahere, V. S. in brachio instituit, & ⌽osa præscribit cum absorbentibus & ⊖inis: a quorum usu fluxus sanguinis fuit prohibitus, somnusque subsequens vires egregie revocillavit.

Scholia.

§. I.

Vir præsens laborat *Hæmorrhagia narium*. Hoc demonstrant phænomena in sensus & oculos incurrentia: cujus generis sunt. 1.

Essen-

Essentialiter inhærentia effluxus sanguinis per os & nares contingens & per aliquot temporis spatium durans. 2. *Consequentia* pallor faciei, lypothimia, virium debilitas & 3. *Antecedentia* sexus & ætas virilis, temperamentum sanguineo cholericum, diæta lauta, & abusus liquorum spirituosorum.

§. 2. *Subjectum* seu pars ab hoc morbo affecta sunt nares: in specie autem arteriolæ in illarum tunica existentes.

§. 3. *Causa proxima* eaque *formalis* est ruptio vasorum sanguineorum, factaque inde sanguinis effusio: *materialis* autem sanguis acris magna in copia ad caput, & nares delatus exitum sibi, & viam per has partes aperiens.

§. 4. *Causas occasionales* sexus & ætas virilis constituit, temperamentum sanguineo cholericum, diæta lauta, & abusus liquorum spirituosorum abundantiæ sanguinis, illiusque orgasmo occasionem præbentes.

§. 5. Quoad *prognosin* notandum hunc affectum non admodum esse periculosum; sed potius ob plethoram hac excretione imminuendam salutarem.

§. 6. In *Cura* hæmorrhagiæ narium *præsentem paroxysmum medicus debet tollere*, & *ægrum a futuro imminente præservare.*

§. 7. In ipso paroxysmo sequentes considerandæ veniunt indicationes I. *sanguinis derivatio ad alium locum.* II. *Motus orgastici, & acrimoniæ temperatio.* Et III. *partium læsarum roboratio & consolidatio.*

§. 8. *Prima indicatio* obtinetur V. S. in brachio vel pedibus instituta, immittendo illos simul in aquam calidam cum fortioribus partium externarum ligaturis, & frictionibus.

§. 9. *Secundam indicationem* ⊕osa implent & absorbentia Cinnabarisata v. g.

Rec. ⊕ *Depur.*
Lap. 69. pp. aa. ℥ß.
♁ *nat. pp.* ℈ß.
M. f. pulv. div. in III. part. æqu.
S.

Temperirende Pulver darvon alle zwey Stunden eins in warmer Brühe zu nehmen. Vel etiam emulsiones ex amygd. pistaceis

& ſem. papav. alb. cum aquis diapnoicis & ſyrupis convenientibus paratæ. v. g.

Rec. *Amygd. d. excort.* ℥ß.
Nucl. piſtac.
Sem. papav. aa. ʒij.
▽ *fl. ſamb.*
Card. ben.
Scabioſ. aa. ℥iß.
Syr. pap. alb. ℥ß.
F. l. a. emulſio. S.

Kühlende Milch darvon alle halbe Stunden etliche Löffel voll zu nehmen.

§. 10. *Tertiam indicationem* adſtringentia implent, & alia Iſchæma, lac caprillum, ♁, & his non ſufficientibus liquores ſtipitici, turundarum forma applicati

§. 11. Extra paroxyſmum 1. *Materia plethoræ ſubtrahatur*, & 2. *orgasmus humorum tollatur* rerum non naturalium uſu rite inſtituto. Diæta itaque adhibeatur quantum fieri poteſt excarnis, aut ſanguinis copia motu detrahatur laborioſo. Venæ ſectio præterea autumno & vere inſtituatur, & reliquæ excretiones legitime procurentur. Vitetur potus liquorum ſpirituoſorum, & ciborum aromaticorum, animusque liber ſit a gravioribus commotionibus.

CASUS XXIV.

De

MENSIUM SUPPRESSIONE.

Hiſtoria.

Religioſa virgo Franciſcana XL. annorum ſuppreſſionem menſtruorum paſſa erat: plurima illi ab aliis præſcripta ſunt remedia, & aliquoties vena malleoli aperta ſed omnia incaſſum.

Tandem

Tandem ad Verzascham Basileæ venit, ejusque expetit auxilium. Hic præmisso examine magnam in illa deprehendit sanguinis copiam, alternatim aperire jubet venam in utroque brachio, unde menses fluere inceperunt quæ usurpato sequenti sacculo, & balneo fluxum naturalem postea observarunt.

Rec. *Rad. bryon.* ℥3.
Hb. artemis.
Marub. alb.
Chamædr.
Sum. cent. min.
Absinth. aa. p. i.
Fol. senn. s. st. ℥ij.
Agar. rec. trochiscat. ℥ß.
Helleb. n. pp ʒij.
Sem. anis. ʒiß.
Cinnamom ʒj.

Incis. contus. includ. sacculo ex sindone albo, affundatur mens. vini albi veteris & ab illius colatura bibantur mane alternis diebus ℥vj.

Post usum hujus vini purgantis balneum tali modo paretur.

Rec. *Rad. lil. alb.*
Bryon.
Alth. aa. ℥ij.
Hb. malv.
♀ial.
Puleg.
Matric.
Artemis. aa. m. ij.
Sem. fœn. Græc.
Lini. aa ℥j.

Incisa dentur pro balneo per sex dies usurpando.

Scholia.

I.

RElígioſam hanc virginem *menſium ſuppreſſione* laborare ex hiſtoria ſatis ſuperque patet. Celatur illa quidem utplurimum a fœminino genere, ſed facile cognoſci poteſt ex I. *eſſentialiter inhærentibus*, dolore & tenſione lumborum, & regionis epigaſtricæ gravitate, cum æſtu & pulſu quæ quovis tempore conſueto exacerbantur: unde etiam ad hæc ſymptomata accedit 2. *ex conſequentibus* languor totius corporis, capitis, lumborum & coxarum, phlogoſes, appetitus proſtratus, reſpiratio difficilis, ſingultus, motus, convulſivi, deliria tandemque color faciei mutatus, inflatio corporis, phtiſis, hydrops, & alia mala, & denique. 3. *ex antecedentibus* uti ſunt ſexus ſequior, tempus pubertatis, errores in rebus non naturalibus commiſſi vel etiam morbi prægreſſi.

§. 2. *Subjectum* itaque hujus morbi eſt totum corpus: cauſa autem in ſanguine, utero ejusque vaſibus quærenda eſt.

§ 3. *Cauſa proxima formalis* menſium ſuppreſſorum eſt obſtructio vaſculorum minimorum in utero exiſtentium, & inde nata debilior circulatio: *materialis* autem in ſanguine quærenda eſt quantitate & qualitate peccante.

§. 4. Promovent hunc morbum ceu *cauſæ occaſionales* errores diætæ menſibus inprimis fluentibus commiſſi, vita ſedentaria, motus nimius, balnea & adſtringentia, viſcerum ἀνεμασια, & uteri occluſio ob vitium conformationis.

§. 5. Quod *prognoſin* attinet notandum eſt hanc menſium ſuppreſſionem tanquam levem & incipientem facile curari poſſe, in veteratam autem in cachexiam, hydropem, phtiſin & alios morbos degenerare.

§. 6. In *cura* medicus ad cauſas debet reſpicere, illisque remedia opponere convenientia. Hinc I. *removeantur cauſæ externæ* II. *ſanguinis quantitas imminuatur* & III. *ejus qualitas corrigatur.*

§. 7. *Prima indicatio* diætæ rationem habet. Hinc ægrotæ mandandum ut diætam ſervet convenientem. Vitet itaque *aerem* frigidum menſibus inprimis fluentibus admiſſum: *Victu* præterea utatur tenui, abſtineat a carnibus, vino, ovis aliisque ſanguinem nimia in co-

pia generantibus. Corpus *exerceat* solito magis, nec *quieti* adeo indulgeat. *Vigiliæ* excedant *somnum*, *animusque* occupetur rebus seriis. Venter quotidie suo fungatur munere, & reliquæ *excretiones* rite procedant; ad quod facilitandum venæ sectio vere & autumno in usum vocetur.

§. 8. *Secundam indicationem* V. S. in hoc subjecto implet aliquoties instituta sanguisque in sufficiente quantitate detractus ut plethora hoc modo imminuta relictus sanguis vasa & poros facilius transire, ejusque qualitas vitiosa melius corrigi possit.

§. 9. Ut *tertiæ* denique *indicationi* satisfiat aperentia incidentia & resolventia in usum vocentur inprimis martialia. Succedant sanguinem rarefacientia aromatica & emmenagoga in forma decocti aut infusi cum ♎ ⊖ ✱ *liqu. CC. succ. Elix. propr.* & ⊖ *vol.* ☍ *oso* propinata. Agmen denique claudant purgantia inprimis *Aloetica* balnea suffitus, & alia.

CASUS XXV.

De
LOCHIORUM SUPPRESSIONE.

Historia.

PUerpera quarto post partum die cum imprudenter aeri se exposuisset in lochiorum suppressionem incidit unde febris accensa fuit. Ad illam vocatus medicus sub vespera sequentem clysterem Julepum, & sacculos præscribit.

Rec. Rad. lil. alb. ℥j
Bryon. ℥ß
Hb violar.
Malv.
Artemis.
Puleg. aa m. ij

Fl.

Fl. ſamb. p j
Sem. lin. ℥ß

Inciſ. contuſ. coqu. in ſ. q. ▽comm. in colat. ℥X ſolv. mell. anthoſ. ∘∘cheir elect. cathol. aa ℥ij Hier. picr. Galen. ℥ß M. f. l. a Clyſter detur cum apparatu pro adulto.

Rec. ▽ artemiſ.
Cichor.
Puleg. aa ℥ij
Syr. artemiſ. ℥j
Citr. ℥ß
⊖ gtt. vj

M. f. Julepus pro II. doſibus ſtatim poſt Clyſterem rejectum duabus vicibus ſumendus.

Rec. Rad. Alth.
Lil. alb aa ℥jß
Bryon.
Angel. aa ℥ß
Hb. viol.
♀ial.
Artemiſ.
Puleg. aa m. ij
Sem. lin ℥jß

Inciſ. contuſ. dentur ad duos ſacculos in lacte coquendos, & alternatim hypogaſtrio tepide admovendos. Cum noctu lochia fluere cæpiſſent, juſſi mane venam in malleolo apperire unde fluxus illorum omnino rediit.

Scholia

Scholia.

§. 1.

PRæsens affectus ut ex historia patet est *lochiorum suppressio*. Illud declarant 1. *antecedentia*, puerpera enim quarto post partum die imprudenter aeri se exponit. 2. *Essentialiter inhærentia*. Cum hoc facto in lochiorum suppressionem incidat, & sanguis post partum fluere solitus manare desinat. Et 3. *Consequentia* febris inde accenditur: quæ omnia in lochiorum suppressione familiariter accidere solent.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi est totum corpus: causa autem in massa sanguinea, utero, ejusque vasibus quærenda est.

§. 3. *Causa proxima formalis* lochiorum suppressorum est vasorum sanguineorum in utero antea apertorum obstructio, & motus sanguinis inde excernendi impeditus. *Causam proximam materialem* sanguis constituit a frigore coagulatus, vasa sanguinea ante aperta obstruens, ad quæ reseranda motus sanguinis intenditur, febrisque a natura incenditur.

§. 4. Inter *causas occasionales* frigus imprudenter admissum accusatur, sanguinem coagulans & lochia in puerperis supprimens.

§. 5. *Prognosis* malum nobis exhibet non contemnendum. Lochia enim suppressa omnes illas calamitates producunt, quas venenum epotum excitare solet; in specie autem febris inflammatoria inde provenire solet, quæ puerperarum pestis utplurimum est.

§. 6. *Cura* itaque maturanda erit, & sequentibus indicationibus perficienda, ut I. *remotis causis externis* II. *humores reddantur mobiles* & III. *viis reseratis* IV. quo *vergunt ducantur*.

§. 7. *Primam indicationem* diæta implet legitime instituta. Detineat itaque puerpera nostra corpus in æquali & temperato calore. Utatur *victu* tenuissimo, & fugiat omnia frigida, acida, fermentescibilia, *motusque* graviores tam *animi*, quam *corporis*. Transpiratio sit libera, omnisque diæta fere excarnis.

§. 8. *Secundam indicationem* obtinemus resolventibus, & lenibus diaphoreticis motui humorum debitis. Commendantur itaque hunc in finem resolventia, & diaphoretica fixiora acidis saturata, & cum aquis destillatis propinata, v. g.

Rec. ▽ *Puleg.*
Meliſſ.
Fl. ſamb. aa. ℥iß.
Cinnamom. ℥ß.
Lap. 69. pp.
♁ *diaph. aa* ʒj.
Tr. Bez. ʒß.
✠ *Rutac.* ℥ß.
Syr. pap. errat. ℥vj.
S.

Sonderl. Tråncklein darvon alle 4. bis 5. Stunden ein paar Lôffel voll auff ein mahl, zuvor vvohl umbgerittelt, zu nehmen, vel etiam ſequens Eſſentia v. g.

Rec. *Tr. Bez.*
M. S. aa. ʒj.
E E. caſtor.
Anod. aa. ℈ß.
S.

Reſolvirende Eſſentz., darvon alle vier Stunden 30. bis 35. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

§. 9. Reſolutis hoc modo humoribus viæ debent expediri, & liberari ut *tertiæ indicationi* ſatisfiat. Convenit itaque hunc in finem V. S. in talo inſtituta & ſequens clyſter tepide injectus. v. g.

Rec. *Rad. Alth.*
Lil. alb. aa. ℥ß.
Hb. meliſſ.
Puleg.
Matric.
Malv. aa. m. j.
Fl. ſamb.
Viol. aa. p. j.
Sem. lin. ℥ß.

Inciſ. & contuſ. coqu. in ſ. q. æquæ ſimplicis & colat.

Rec.

Rec. ℥ *X. adde.*
Elect. cathol.
☍ *cheir. aa.* ℥*iß.*
Mell. rosat. ℥*ß.*

M. f. clyster tepide injiciendus d. cum apparatu pro adulto.

Huic succedunt antispasmodica anodynis maritata. v. g.

Rec. *Pulv. antepil. March.*
⊕ *depur. aa.* ʒ*j.*
♁ *nat. pp.* ℈*j.*
Camph. gr. ij.

M. f. pulv. div. in VI. partes æquales S.

Sonderl. Pulver darvon alle 3. Stunden eines in vvarmer Brühe zu nehmen.

Nec negligantur externa linimenta & ungta regioni hypogastricæ inungenda, nec non suffitus utero excipiendi v. g.

Rec. ☍ *Lil. alb.*
Cheri.
Lavend. aa. ʒ*ij.*
Camph. gr. xij.
♎⊖✱ *gtt. x.*

M. f. linimentum.

S.

Eusserliche Salbe den Unter-Leib darmit zu salben.

Suffitus, fieri possunt ex scoriis reguli ♁ij nec non trochiscis uterinis pharm. Lond.

§. 5. Viis ita reseratis ad pellentia veniendum erit, quæ *quartam indicationem* implent, cujus generis sunt aloetica, Myrrhata & crocata: loco omnium autem *elixir propr.* esse poterit cum *liquore* CC. *succ.* & *Essentia castorei* propinandum.

Rec. *Elix. propr.* ʒ*ij.*
Liqu. CC. *succ.* ʒ*ß.*
EE. castor. ℈*j.*
S.

Mutter reinigende Essenz darvon alle 3. bis 4. Stunden 30. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

CASUS XXVI.

De

SCABIE SICCA.

Historia.

Sartor quidam XVIII. annorum temperamenti sanguineo cholerici iter facit peregrinas civitates perlustraturus, & cibis apud magistrum uti cogitur acidis ⊖sis & fumo induratis. Per aliquot temporis spatium apud illum morans pustulas oriri sentit extrema primum, mox autem totum corpus occupantes, pus parum & tenue continentes, & in crustas siccas minores & furfuraceas abeuntes. Ambiente calido, & motu inprimis pruritum sentit insignem unde scalptus invitatur, eoque continuato dolor oritur, vigiliæ & calor. Hujus molestiæ itaque pertæsus nostrum petit auxilium, & sequentia in schedam congesta reportat remedia.

Rec. ♁ *diaph. ♂tialis* ℨj.
Reg. ♁ *medic.* ℨß.
🜔 *nat. pp.* ℈ß.
oo macer. gtt. iij.

M. f. pulv. in IV. part. æquales dividendus mane & vesperi sumendus, nec non sequentes pilulas consumpto pulvere sumendas.

Rec. *Extr. Panchymag. Croll.*

☿ *d.*

☿ d. rit. pp. aa. ℈ß.
Diagrid. 🜄at. gr. iij.

M. f. pilulæ no. XV. 🜄e lycopod. conspergendæ.

Quinto die revertitur, pustulas sentiens exsiccatas prurïtumque imminutum, & sequentia remedia pharmacopœo offert præparanda v.g.

Rec. *Rad. liquir.*
Sarsapar.
Chin. aa. ℥j.
Lign. sanct.
Guajac. aa. ʒvj.
Hb. scabios.
Veron.
Scord. aa. m. j.
Sem. anis.
Fœnic. aa. ʒij.
Passul. maj.
Min. aa. ℥ß.

Incis. & contus. d. ad chartam S.

Species in ein und ein halb Maaß Wasser zu kochen daß eines bleibet, und darvon alle Morgen einen Schoppen vvarm zu trincken. Nec non sequens ungtum.

Rec. *Axung. porc. ℥ij.*
☿ Viv. ʒj.
ZZ. pulv. ʒß.
☍ Laur. ℈j.

M. f linimentum.

Decimo die redit, pristinæ sanitati restitutus sostrum offert, animumque gratissimum.

Scholia.

§. 1.

Affectus hunc ſartorem affligens eſt *ſcabies*, & quidem *ſicca*. Ejus exiſtentiam probant 1. *Eſſentialiter inhærentia* puſtulæ minores in extremis primum orientes mox totum corpus occupantes, ſerum plorantes acre & tenue, & in cruſtas ſiccas minores & furfuraceas abeuntes. 2. *Conſequentia* pruritus calido ambiente, & noctu potiſſimum moleſtus, ſcalptum invitans cum dolore, calore, & vigiliis: nec denique abludunt. 3. *Antecedentia* ætas juvenilis, vita ſedentaria, mutatio cœli, abuſus ciborum nimis ⊖ſorum & crudorum.

§. 2. *Subjectum* ſcabiei cutis conſtituit, in ſpecie autem tubuli ſubcutanei, & vaſcula excretoria glandularum miliarium ſubcutanearum; cauſa autem in primis viis, & maſſa ſanguinea potiſſimum hærere ſolet.

§. 3. *Cauſam* itaque *proximam formalem* hujus mali obſtructio tubulorum cutaneorum & vaſculorum excretoriorum in glandulis ſubcutaneis conſtituit: *cauſa* autem *materialis* eſt ſerum ⊖ſum per glandulas ſubcutaneas illarumque poros non rite circulans.

§. 4. Ex his cauſis ita ſuppoſitis *ratio ſymptomatum* ſupra recenſitorum facile dari poteſt. Stagnans enim ſerum acre & ⊖ſum in tubulis ſubcutaneis poros contrahit, corrodit, & eſcharam quaſi producit: Unde *puſtulæ eriguntur cum pruritu in cruſtas minores & furfuraceas abeuntes.* Quo magis autem corpus ad ſudorem componitur eo magis cutis defædatur: unde etiam *ambiente calido & noctu pruritus* excitatur *ſcalptum invitans cum dolore, vigiliis, & calore.*

§. 5. Inter *cauſas occaſionales* vita ſedentaria potiſſimum accuſatur, cui ſartores utplurimum dediti ſunt, nec non mutatio cœli, & abuſus ciborum ⊖ſorum & crudorum glandulas menſenterii, & poros conſtringentes & obſtruentes, ſcabiemque producentes.

§. 6. Quod *prognoſin* attinet notandum erit ſcabiem magis moleſtam eſſe, quam periculoſam, diu durantem in cachexiam terminare, & retropulſam febrem phtiſin, & alia mala producere.

§. 7. In *cura* ſcabiei ſequentes indicationes erunt obſervandæ ut I. *removeantur cauſæ externæ* II. *obſtructiones inprimis viis hærentes tollan-*

tollantur, & vitiosi humores ejiciantur & III. partes læsæ consolidentur, & cutis mundities restituatur.

§. 8. *Primam indicationem* justum diœtæ regimen absolvit. Eligat itaque æger *aerem* temperatum frigusque frangat insolitum igne in fornace accenso. Quod *cibum* & *potum* attinet alimenta eligat ♎e blando ramoso, & sero dulci & roscido instructa. Hinc fugiat ⊖ita, acida, nimis pinguia, leguminosa & spirituosa chylum minus laudabilem producentia. Inter potus adhibeantur etiam calidi infusum Theæ aut Veronicæ, *motusque* post illorum usum instituatur ad sudorem, & lassitudinem ut humores viscidi hoc modo resolvantur, acrimonia ⊖ina abstergatur, & per sudorem & urinam educatur. Vitet porro mœrorem, & tristitiam ob domi relictos, animumque habeat tranquillum & ab omnibus motibus remotum.

§. 9. *Secundam indicationem* incidentia implent, resolventia & evacuantia. Ex prioribus ♁ *diaph.* ♂*tiatum* seligimus cum *reg.* ♁ *med.* & ♁ *combinandum* v. g.

Rec. ♁ *diaph.* ♂*tial.* ℥j
Reg. ♁ *medicin.* ʒß
♁ *nat. pp.* ℈ß.
☍ *macer. gtt.* iij
M. f. pulv. div. in 4. *part. æquales* S.

Oeffnende Pulver darvon alle Mittag um drey Uhr eins zu nehmen.

Vel etiam in forma fluida *Tram.* ♁ *&* ♀ propinando. v. g.

Rec. Tr. Bez. ʒij
♁ ♀ *sat.*
EE. lign. aa ʒj S.

Oeffnende Essenz Morgens Mittags und Abends 35. Tropffen in Warmer Brühe zu nehmen.

His succedunt purgantia quorum basin ☿ *dulcis rite præparatus* constituit in pilulis exhibendus v. g.

Rec. Extr. panchym. Croll.
☿ *dulc. rit. pp. aa* ℈ß
Diagr. ♎*at, gr.* iij
F. pil. no XV. S.

Pur-

Purgier-Pillen Morgens auf einmahl zu nehmen und The darauff zu trincken.

§. 10. *Tertiam indicationem* diaphoretica implent abstersiva detergentia ungta & balnea v. g.

Rec. Rad. liquir.
Sarsapar.
Chin. aa ℥j
Lign. sanct.
Guajac. aa ʒvj
Hb. scord.
Fumar.
Scabios. aa m. j
Sem. anis.
Fænic. aa ʒij
Passul. maj. & min. aa ℥ß
Incis. contus. d. ad chartam. S.

Species in anderthalb Maass Wasser zu Kochen, dass eine bleibet und alle Morgen einen halben Schoppen warm davon zu trincken. Agmen denique claudant externa v. g.

Rec. ☿ ♎ ʒj solv. in
▽ ros. ℥vj S.

Wasch-Wasser Hænde, Füsse und den Leib darmit zu waschen. Poterit etiam seques adhiberi unguentum.

Rec. Axung. porc. ℥ij
☿ viv. ʒj
Pulv. Zz. ℈ß.
°° laur. ℈j

Salbe in die Gelencke zu reiben bey dem warmen offen.

Nec inconveniens erit furfures triticeos aquæ calidæ infundere, manusque & pedes inde lavare ut cuti pristinus splendor restituatur.

CA-

CASUS XXVII.

De

PHLYCTENIS.

Historia.

F*œmina quædam XXXIII. annorum temperamemti sanguineo cholerici, mensium obstructione per aliquot menses affecta, vere ineunte lassitudinem artuum sentit cum tumore faciei, oculorum, & abdominis. Parvo temporis spatio interjecto pruritum sentit in toto corpore ita ut frictionem evitare nequeat cum quadam commotione febrili. Succedunt pustulæ minores faciem vescicularum referentes ab ▽ fervida excitatarum. Familiares hac re perterriti medici implorant auxilium.*

RESOLUTIO.

§. 1.

PUstulæ in hac fœmina apparentes dicuntur *Phlyctenæ.* Eas adesse probant 1. *essentialiter inhærentia*, & signa hujus affectus pathognomonica pruritus sc., & pustulæ vesiculis similes, quæ ab ▽ fervida excitantur. 2. *Consequentia* tumor faciei, oculorum & abdominis cum insigni artuum lassitudine, & denique. 3. *Antecedentia* sexus sequior, ætas consistens & obstructio mensium: quæ omnia de hujus affectus præsentia testantur.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi est habitus corporis externus ejusque integumenta communia. Interdum totius corporis peripheria ab illo afficitur: interdum autem pedes tantum, & manus occupat.

§. 3. *Causa proxima formalis* consistit in soluta unitate integu-

mentorum eroforum & inpuftulas elevatorum: *materialis* autem eft ferum acre, & ⊖inum in glandulis fubcutaneis feparatum, & ad poros delatum.

§. 4. Et hæ caufæ fufficient ad *phænomena* in hiftoria recenfita *explicanda*. Ad ferum acre enim & ⊖inum a centro corporis ad peripheriam deferendum motus humorum febrilis excitatur, quod in illa deinde ftagnans *tumores* producit. Partes acres & ⊖inæ in glandulis feparatæ fibrillas cutaneas irritant & erodunt: unde *pruritus* excitatur, *frictionem invitans*, illæque laceratæ *in puftulas* elevantur.

§. 5. Occafionem huic morbo ex *caufis remotis* fexus fequior dedit, ætas confiftens & temperamentum fanguineo cholericum ad humores acres producendos aptum. His fuccedit menfium obftructio, quam plethora fequitur motum humorum turbans, & excrementa cutanea fupprimens.

§. 6. Quod *prognofin* attinet hujus morbi eventus ex fymptomatibus erit judicandus. Quo mitiora illa funt, eo felicior exitus erit fperandus. Retropulfæ mortem inferunt. Si ftomachus bene digerit, caput non dolet, excreta & retenta rite fuccedunt bona aderit reconvalefcentiæ fpes.

§. 7. Ordinis ratio tandem etiam requirit ut *curationem* fufcipiamus. Ut hæc rite fuccedat fequentes medicus indicationes obferver. I. *Removeantur caufæ externæ* II. *materia peccans e corpore profcribatur* & III. *fymptomatum ratio habeatur.*

§. 8. *Prima indicatio* juftum diætæ regimen requirit. Hoc enim neglecto fruftra & incaffum laborat medicus. Hinc ex fex rebus n. n. *aer* debet effe temperatus, purus, effluviis nebulofis foetidis, & putredinofis deftitutus, & fi talis non fit arte emendetur. *Cibus & potus* fint optimi, & boni fucci, & facilioris digeftionis vitentur acida, vifcida, ⊖ina, & fumo indurata. Potus nec acidus fit nec aufterus, & loco hujus commendetur infufum Theæ, Veronicæ, cerevifia probe defæcata, & in confuetis vinum bonæ notæ. *Somnus & vigiliæ*, motus & quies modum non excedant fed in decenti moderamine teneantur. *Animi pathemata* fugiantur immoderata ira potiffimum, moeror & triftitia, & quilibet exploret quid fuæ fanitati conducat.

§. 9.

§. 9. *Secundam indicationem* lenia diaphoretica, & expellentia implent continuo usurpata donec materia peccans extra corpus proscripta sit. Conveniunt itaq; hunc in finem ♁ *diaphoreticum & ♂tiatum, M. S. Tr. Bezoardica* & alia v. g.

Rec. *CC. phil. pp.*
♁ *Diaph. aa.* ℥j.
♁ *nat. pp.* ℥ß.
⊖ *vol.* CC *gr. vj.*
Div. in V. part. æqu.
S.

Außtreibende Pulver darvon Morgens und Mittags eines in wvarmer Brühe zu nehmen, und sich drauff vvarm zuzudecken. Vel insequenti forma liquida.

Rec. *Tr. Bez.*
M. S. aa. ℥j.
Liqu. CC. *succ.* ℥ß.
S.

Außtreibende Essenz darvon Morgens und Mittags jedesmahl 30 bis 35. Tropffen in vvarm Bier zu nehmen, und sich darauff vvarm zu halten.

Ad menses pellendos instituatur V. S. & sequens essentia exhibeatur.

Rec. *EE. Myrrh. balf.*
Pin. aa. ℥ij.
Castor.
Elix. propr. aa. ℥j.
∘∘ *caryoph. gtt. iij.* S.

Blutreinigende Essenz, darvon 35. bis 49. Tropffen in Melissen Wasser zu nehmen.

§. 10. Ut *tertiæ indicationi* satis fiat symptomatum ratio habeatur & quidem I. *pustularum* quæ ∘∘ amygd d. inungendæ & maturandæ II *cutis excoriatæ* quæ emplastro de lapide calaminari & ungto dia-pompholigos consolidanda. Conveniunt etiam hunc in finem

decoctum lignorum interne propinatum, & ℞ *fl. samb. Terebinth. camphora* externe adhibita.

CASUS XXVIII.

De CATARRHO.

Historia.

Vir quidam XL. annorum tempore hyemali & inæquali iter faciens, vinumque austerum largius bibens streperam sermonis percipit asperitatem cum quadam capitis gravedine. Succedit tussis admodum molesta cum pruritu rubore, & madore narium serum acre, & tenue plorantium. Adest præterea respiratio difficilis cum calore totum corpus occupante: Pejora itaque metuens mala nostrum expetit consilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

Catarrho laborat hic Chremes quo nomine Coryza, raucedo, & tussis hoc loco comprehenditur: Hoc demonstrant phænomena his affectibus 1. *essentialiter inhærentia* strepera sc. sermonis asperitas, capitis gravedo, & tussis admodum molesta. Porro id declarant, 2. *Consequentia* uti sunt pruritus, rubor & mador narium serum acre & tenue plorantium, respiratio difficilis, & calor totum corpus occupans. Nec denique abludunt 3. *Antecedentia* sexus virilis, ætas senilis, tempus hyemale, & inæquale nec non vinum austerum largius haustum: quæ omnia catarrho laborantibus familiariter accidere quotidiana docet experientia.

§. 2. Quoniam hic plures affectus concurrunt variæ etiam *partes*

tes ab illis *afficiuntur.* Ita glandulæ, & vasa lymphatica hinc inde in capite occurrentia suos in gravedine patiuntur manes. Porro in pulmonibus, & aspera arteria innumera sunt vasa lymphatica, in quibus si motus lymphæ qualitate acri imbutæ impeditur tussis excitatur & raucedo.

§. 3. *Causa* itaque *proxima formalis* horum affectuum est motus lymphæ in vasibus lymphaticis capitis, pulmonum & asperæ arteriæ inæqualis & impeditus: *materiam* autem illis lympha acris, & viscida præbet his in partibus decumbens.

§. 4. Inter *causas occasionales* ætas senilis primo loco occurrit his affectibus admodum obnoxia. Ob lympham enim acrem minusque blandam, & æqualem Chermetes sunt & fiunt senes. Huic succedit tempus hyemale & inæquale serum concentrans & poros constringens ut partes excrementitiæ excerni nequeant. Agmen denique claudit abusus vini austeri serum accumulans, & stimulans.

§. 5. *Prognosis* malum nobis sistit molestum quidem sed non admodum periculosum, & cum nondum diu duraverit facile curari poterit. Minus tamen ob levitatem est negligendum ne ex diebus in menses & ex mensibus in annos propagetur.

§. 6. In *Cura* horum affectuum I. *causæ occasionales removeantur*. II. *lympha peccans & in coagulum abiens evacuetur & resolvatur &* III. *in partibus subsistens abstergatur.*

§. 7. *Primam indicationem* diæta implet rite instituta. Cum enim æger male se habuerit ex vitiis in illa commissis, necesse utique erit ante omnia illa removere ne ulterius noceant. Hunc in finem vitet hyemis tempestatem inæqualem intra domum, & parietes se continendo, illamque temperatam & æqualem reddat focum parando, ignemque in illo accendendo. Porro plus edat, quam bibat, jusculis utatur pinguibus, potu calido, quiete debita, somnoque vigilias excedente. Transpiratio porro promoveatur infusis calidis, alvus quotidie suo fungatur numere, animusque sit pacatus.

§. 8. *Secundæ indicationi* satisfaciunt varii generis evacuantia. Primas inter illa tenent diaphoretica serosæ colluviei arcendæ panacæa: cujus generis sunt *Tr. Bez. cum elix. propr.* ♎ ℞ *cephal. & liqu. CC. succinato* miscenda v. g.

Rec. *Tr. Bez.* ʒij.
Liqu. CC. *fuccin.*
Elix. pector aa. ʒj.
EE. anod. ℈j.
S.

Refolvirende Fluſs-Effenz darvon Morgens und Mittags 30 bis 35. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

Si malum diutius duraverit *decoctum & effentia lignorum* cum cephalicis, & pectoralibus mixta adhibeantur v. g.

Rec. *Rad. chin.*
Sarfapar.
Liquir. aa. ℥j.
Lign. Saffafr.
Sanct.
Sandal. rubr. aa ℥ß.
Hb. Beton.
Fl. lavend. aa. m. j.
Paſſul. maj.
Min. aa. ℥j.
Incif. contuf. d. ad chart.
S.

Species in einer Maaſs Waſſer zu kochen, daſs drey Schoppen bleiben und Morgens und Mittags einen halben Schoppe vvarm darvon zu trincken.

His fuccedunt purgantia phlegmagoga dicta *Extr. panch. Croll. pill. de fucc. Crat.*, *Radix & refin. Jalap.* v. g.

Rec. *M. P. de fuccin. crat.* ℈j.
Refin. Jalap. gr. vj.
F. pil. no. XV. Confperg. pulv. rad. liquir.
S.

Purgierende Fluſs-Pillen Morgens auff einmahl zu nehmen.

Nec non veficatoria, ac ptarmica atque fternutatoria v. g.

Rec. *Sach. opt.* ℥j.
Balf. apopl. gr. XII.

Fl. Benz.

Fl. Benz.
Resin. Guajac. aa gr. X.
M. f. pulv. naribus attrahendus.

Vel *Rec. Pulv. tabac.* ▽ *ros. fract.* ℥ß
Fl. aurant. exiccat ʒij
☍ *fl. aurant. opt. Ital. gtt. X.*

Vel *Rec. Pulv. lign. Al.*
Succini.
Tabac. aa ʒj
Castor. gr. X.
☍ *major. gtt. iv*

Vel *Rec.* ⊖ *vol.* ⊖ ✱ ʒj
☍ *major. gtt. X.*

Vel *Rec. Pulv. Rad. Ir. Flor.* ʒj
Fl. balaust.
Ros. rubr. aa ℈ij
Anth.
Lavend. aa ʒß
Helleb. alb. gr. X.
Mosch. ♎ *ros. sol. gr. ij*

Vel *Rec. Pulv. Fl. lil. convall.*
Majoran.
Tabac. aa ʒj
Helleb. alb. gr. XII.
☍ *Major.*
Cubeb. aa gtt. iv.

§. 9. *Tertiam indicationem* obtinemus specificis capiti & pectori dicatis, & in vicem combinatis. Hinc in usum vocentur *Elix. pector. Essent. Myrrh, bals. bals.* ♀ *&* ♎ ⊖ ✱ *anisatus* nec non *decocta ex pectoralibus* parata & omnia *succinata* v. g.

Rec. Elix. pect.
Ceph. aa ʒiß
♎ ⊖ ✱ *Anis.*
Liqu. CC. succin. aa ʒj
Bals. ♀ *anis. gtt. vj* *S.*

Son-

Sonderliche Fluss - Essenz darvon Morgens Mittags und Abends 35. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

Hucpertinent etiam externa capiti & pectori applicanda. Ita naribus exhiberi potest *bals. majoran.* cum ℅ *nigell.* nec non ♌ ⊖ ✱ cum ℅ *Majoran. & nigell.* odoretenus haustus. Vid. *V. edel. Epitom. prax. clin. Sect. I. Cap. XII.*

CASUS XXIX.

De

CACHEXIA.

Historia.

Virgo quædam XXII. annorum temperamenti phlegmatici mensium obstructione per longum temporis spatium laborans, tanta inde incurrit incommoda ut calor faciei vividus & floridus in pallidum, humidum flaccidum & subtumidum mutetur. Lassitudo artuum succedit & crurum cum illorum intumescentia, pulsus deprehenditur debilis, respiratio difficilis cum appetitu prostrato, & quadam inquietudine. Diu itaque his malis fatigata medici implorat auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1

Mensium obstructio antiqua tandem in *Cachexiam* degenerat: quod etiam in hac virgine factum esse phænomena demonstrant in hac historia observata. Referri autem illa possunt ad 1. *essentialiter*

tialiter inhærentia color faciei vividus, & floridus in pallidum, humidum flaccidum & ſubtumidum mutatus 2. *Conſequentia* laſſitudo corporis & crurum cum illorum intumeſcentia, pulſu debili, reſpiratione difficili, appetitu poſtrato & poſt cibum inquietudine, &, 3 *Antecedentia* cujus generis ſunt ſexus ſequior, ætas juvenilis, temperamentum phlegmaticum menſium que obſtructio per logum tempus durans

§. 2. *Subjectum* hujus morbi eſt totius corporis habitus: cauſa autem in lympha vaſibusque lymphaticis quærenda eſt.

§. 2. *Cauſa* cachexiæ *proxima, eaque formalis* eſt circulatio ſeri nutritii per minima vaſcula ſuppreſſa, & obſtructa: *materialem cauſam* ſerum nutritium conſtituit partibus viſcidis excrementitiis repletum. Ab hoc enim obſtructiones in venis cipillaribus oriuntur, & a particularum balſamicarum defectu depravata nutritio.

§. 4. Ad *cauſas occaſionales* ſexus ſequior refertur, ætasque juvenilis, nec non menſium obſtructio antiqua.

§. 5. Quoad *prognoſin* notandum cachexiam malum eſſe admodum periculoſum, nimusque negligendum, cum in hydropem aliaque mala facile abeat.

§. 6. *Cura* itaque hujus mali maturanda & his indicationibus perficienda erit. I. *removeantur cauſæ externæ* II. *ſerum acidum & viſcidum incidatur, & evacuetur* III. denique *tonus partium roboretur & IV. menſes revocentur.*

§. 7. Ut *primæ indicationi* ſatisfiat diæta legitima inſtituatur. Convenit itaque *aer* temperatus, corpusque, ut ſecretiones & excretiones rite procedant, ab omnibus aeris injuriis probe debet defendi. *Alimenta* porro eligantur ♀ blandum ramoſum ſerumque dulce & roſcidum continentia. Vitentur itaque indurata, ⊖ita, acida| nimis pinguia, leguminoſa & ♎-tuoſa, quæ chylum minus laudabilem præbent. Victu utatur tenui cum corpora impura victu pleno magis lædantur. *Motus* corporis nec nimius ſit, nec deficiens *vigiliæque ſomnum* excedant. Mœrorem denique fugiat, triſtitiam alios que *animi motus* graviores.

§. 8. *Ad ſecundam indicationem* obtinendam remedia eligantur acidum. & viſcidum corrigentia, uti ſunt *Tr. ♂ aper Zwelfferi & ⊖ volat ∘∘oſ. Sylv.* cum aliis aromaticis conjungenda, v. g.

Rec. Tr. ♂ aper. Zvvelff.
⊖ vol. ∘∘∘ſ. Sylv. aa. ℥ij.
EE. macer. ℥ß.

S. Oeffnende Eſſenz darvon alle Morgen 35. bis 40. Tropffen in vvarmer Brühe zunehmen, und ſich darauf zu bevvegen.

Conveniunt etiam aperiendi fine *reg. ♄ medic. croc. ♂tis aper. ♄iatus, ♁ nat.* quæ infuſis & decoctis aromaticis ſuccenturiari poſſunt. v. g.

Rec. Croc. ♂tis aper. ♄iat.
Reg. ♄ medic.
Arcan. duplicat. aa. ℥j.
♁ nat. pp. ʒ3.
Divid. in VIII. part. æquales.

S. Oeffnende Pulver darvon alle Morgen eins in vvarmer Brühe zunehmen, und ſich darauff zu bevvegen.

His ſuccedunt evacuantia potiſſimum Hydragoga, quorum baſin ☿ *dulcis* conſtituit in forma pilularum exhibendus v. g.

Rec. Extr. panchym. Croll.
☿ dulc. rit. pp. aa. ℈j.
Reſin. Jalap. gr. v.
M. f. pil. no XV.

S Purgierende Pillen Morgens auff einmal. Vel etiam ſequens emulſio.

Rec. Reſin. Jalap. gr. XII.
Vitell. ov. no. I.
∘∘∘ ♋ NM. gtt. iij.
Crem. ♀ ℈ß.
▽ Cinamom. ℥j.
Syr. roſ. ſol. ℥ß.

§. 9. *Tertiam indicationem* ſtomachica implent, & carminativa *Eſſentia ſcilicet abſinth. compoſ. carmin. Wed. nec non alia aromatica* v. g.

Rec

Rec. *EE. absinth. compos.*
Carm. VVed. aa ℥j
Macer. ℥ß *S.*

Magen - Essenz darvon Morgens und nach der Mittags - Mahlzeit 30. Tropffen zu nehmen.

§. 10. Et ut *quartæ indicationi* satisfiat menses revocentur, illisque prospiciatur remediis convenientibus. *Venæ sectio* itaque instituatur in talo, idque fiat aliquoties ante tempus consuetum. Propinentur etiam hoc tempore *Emmenagoga, mensesque pellentia* v. g.

Rec. *Elix. propr.* ℥iij
Arcan. ♀ ℥j
Liqu. CC. succin. ℨß
EE. succin. ℈ß

S. Blutreinigende Essenz darvon Morgens und Mittags 35 Tropffen zu nehmen.

CASUS XXX.

De

ANASARCA.

Historia.

Fœmina quædam XXXVI. annorum gravida ob varios errores in Diæta commissos per totum fere gestationis tempus febre laborat quartana tumore succedente totum corpus occupante. Quarta ante partum septimana medicus accersitus medicamenta præscribit antifebrilia v. g.

Rec. *Rad. Galang.*
Zedoar. aa. ℥j.
Hb. card. ben.

Scord.
Summit absinth.
Cent. min. aa m. j.
Sem. anis.
Fœnic. aa ℥ ij
Cort. citr.
Aurant.
⊖♀ aa ℥ j

Incis. & contus. includ. nodulo vino injiciendo.

S.

Bischel zu einer Maass Wein, alle Morgen etliche Glæser voll warm zu trincken.

II. Rec. EE. Absinth.
Card. ben.
Cent. min.
Carm. VVed. aa ℥ i ß

S.

Fieber-Essenz darvon alle Mittag 35. Tropffen zu nehmen.

His remediis consumtis tempus partus accedit, puerumque enititur admodum formosum remanente febre, & hydrope. Hinc etiam medicus denuo accersitus sequentem exhibet pulverem purgantem v. g.

Rec. Rad. Jalap. ℈ j
Resin. ejud. gr. vj
Pulv. N. M. gr. v.

M. f. pulv. una vice sumendus.

Hoc medicamentum ingentem seri & vitiosorum humorum copiam ejecit, illamque ab omni tumore penitus liberavit. Ad febrim tollendam sequenti usa est electuario

Rec.

Rec. *Conf. Menth.*
Meliss. aa ℥ß
Cort. citr cond.
Aurant. cond. aa ℥ij
Pulv. cort. peruv. ℥ß
EE. cinnamom. ʒß
Bals. peruv. ℈ß
Syr. card. bened. q. s.

F. l. a elect. extra paroxysmum singulis tribus horis ad ʒij sumendum & ita penitus convaluit.

RESOLUTIO.

§. I.

AFfectus hanc fœminam affligens est *febris quartana* cum *Anasarca*. Id patet ex 1. *essentialiter inhærentibus* febre quarto quovis die recurrente, & tumore totum corpus occupante. 2. *Antecedentibus* sexu sequiore, ætate consistente, & variis in diæta commissis erroribus.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi totum corpus constituit, causa autem inprimis viis & massa humorum hæret.

§. 3. *Causa proxima formalis* est obstructio glandularum, & vasorum lymphaticorum in primis viis & reliquo corporis habitu hærentium: *materialis* autem in lympha tenaci & viscida hinc inde in primis viis totiusque corporis habitu stagnante quærenda est.

§. 3. *Prognosis* malum nobis sistit non contemnendum cum juxta tritum illud, hydrops quartana sint medicorum scandala plana, ægraque in super sit gravida, tempusque partus instet.

§. 5. In *cura* medicus ante omnia I. *causas externas removeat.* II. *Serum tenax & viscidum corrigat ut* III. *sub ipso partu cum lochiis aut post illum convenientibus purgantibus evacuari* & IV. *viscera roborari, motusque humorum præternaturalis tolli possit.*

§. 6. *Prima indicatio* in diæta legitime instituta consistit, quæ si in ullo alio morbo certe in hoc erit necessaria. Consistit autem potissimum in abstinentia a *potu* nimio, & dextro rerum n. n.

usu. *Aer* itaque evitetur nebulosus & frigidus & e contra purus eligatur calidior, atque subtilior. Vitanda porro sunt *alimenta* acida, ⊖sa, viscida, leguminosa flatulenta cum viscidum sanguinem, & pituitosum corporis habitum inducant, & obstructiones pariant. *Somnus* non sit nimius, *motus* blandus, vita sedentaria & otium atro notentur carbone: & in omnibus reliquis corporis, & animi motibus moderare se gerat.

§. 7. *Secundam indicationem* implent lentorem seri corrigentia amara, aromatica ⊖ina, ♂tialia, & omnia aperientia, ex quibus sequentia seligimus *Hb. absinth. cent. min.*, *scolopendr.*, *fumar.*, *Veron. marub. saturej. Becapung. nasturt. cort. fraxin. tamarisc. lign. Guajac. Sassafras* rad. *Ari, raph. rust. all.* Bacc. *junip. laur. Galang. Zedoar.* ex quibus EE., Tr., nec non infusa parari possunt. His succedunt ♀♎*latus arcan. duplicat. liqu.* ∀ *fol:* ♀, ♎ ⊖ ✱ *simpl. & aromatisatus. Tr.* ♀. ♂*tis, lim. & croc.* ♂*tis aper. fl.* ⊖✱ ♂*tiales*, &c. ex quibus variæ formulæ parari possunt.

Rec. *Tr.* ♂*tis aper. Zvvelff.*
⊖ *vol.* ₒ°ₒ*s. Sylv. aa.* ℥*ij.*
ₒ°ₒ*. citr. ver. gtt. iij.*
S.

Oeffenende Essenz darvon alle Morgen 30. Tropffen in Bier zu nehmen. Vel etiam sequens pulvis.

Rec. *Reg.* ♄ *medic.*
Arcan 2. plic. aa. ʒj.
Fl. ⊖✱ ℈j.
M. f. pulv. div. in VI. part. æqu.
S.

Oeffnende Pulver davon alle Morgen eines in vvarmer Brühe zu nehmen.

§. 8. *Tertiam indicationem* obtinemus purgantibus, sudoriferis, & diureticis. Ex purgantibus commendamus *M. P* ♀ *Schred. hydrag. Sylv. cryst all. & crem.* ♀, ♀♎*lat. &* ♀ *satum.* vel etiam fortiora *resin. Jalap. scammon.* ☿ *dulc. mag. g. g. succ. Jr. nostr. extr. Esul.* sub varia forma exhibenda v. g.

Rec.

Rec, *M. P.* ☿ *Schred.*
♀ *d. rit. pp. aa.* ℈ß.
Diagr. ♁ *gr. v.*
M. f. pil. no. XV.
S.

Purgier-Pillen Morgens auff einmahl zu nehmen.

Ex diaphoreticis ♁ *diaph.* commendamus. CC. *phil.* ⊖*ia fixa &* ∴ *destill.* v. g.

Rec. ♁ *diaph.*
CC. s. △*e aa.* ʒij.
⊖ *vol. succin.* ℈j.

M. f. pulv. div. in IV. part. æqu. lenem. inde expectando sudorem.

Et ex diureticis, ⊖ *absinth. stip. fabar. genistæ* ⦶*osa Tr. Ammelung* ♌⊖☿, *mille pedes & cantharides.* v. g.

Rec. ⊖ *Absinth.*
Genist. aa. ʒ.
⦶ *depur.* ʒß.
Div. in V. partes mane sumendas.

§ 9. *Quartæ indicationi* tonum viscerum labefactatum restituentia, satisfaciunt, motumque humorum p. n. corrigentia v. g. *Absinth. ejusque succus. cortex. peruv.* cum aliis *stomachicis* in electuarium redigenda. v. g.

Rec. *Cons. absinth.*
Card. ben. aa. ℥ß.
Cydon. cond.
N. M. cond. aa. ʒii.
Pulv. cort. peruv. ℥ß
EE. absinth. compos. ʒj
Syr. cort. citr. q. s.
F. l. a. elect. S.

Stärckende Lattwerge darvon alle 3. Stunden einer Castanien groß zu nehmen.

CASUS

CASVS XXXI.

De

HYDROPE UTERINO.

Hiſtoria.

Mulier XXXIV. annorum ſucciplena, εὐεξίᾳ gaudens plethorica, conſtitutionis phlegmaticæ infantem lactans incidit in febrem intermittentem ortam ab errore in Diæta commiſſo. Fructus enim præcipue horarios immaturos ſine diſcrimine in magna copia devorat de diæta ob rem anguſtam domi parum ſollicita, quare in ſummo æſtatis calore meſſorem agens laboribus defeſſa ac exæſtuans, ad potum frigidum & quidem aqueum ſimplicem non coctum ſe invitando plus juſto ſe ingurgitabat: Unde horror atque calor præternaturalis, ſitisque immodica ſubſecuta eſt. Ea etiam jam dicta febris intermittens duravit per menſis ſpatium, quam tamen nullo medico in conſilium vocato remediis ut vocant domeſticis pellit in M.S, cruditatibus ac ſordibus febrilibus adhuc inhærentibus, & dyſcraſia ſimul etiam manente, ventriculi debilitate male conſtituti, quia curatio male fuit peracta, & ad ventriculum, & læſam tranſpirationem, ad ⊖inas & ♎tuoſas ſordes evacuandas nullus reſpectus habitus. Ideo ſæpe poſt aſſumtum cibum preſſionem nimiam atque molem ventriculi, anguſtiamque circa præcordia ſentit, frigus ſive horror ſubcutaneus, ſitis præter naturam aucta, facies pallida cum liventibus

oculis

oculis, mensium paucitas & decoloratio, fluxus inordinatus, & tandem totalis suppressio fuit insecuta. Quia vero venter inprimis ad pubis regionem vergens intumescere, & in dies magis atque magis accrescere incipiebat certo sibi habet persuasum se utero gestare gravidamque esse, signisque anamnesticis consideratis enarrata symptomata ab impraegnationis causa descendere. Non multo post ventre in tantam magnitudinem se extendente ut non modo non ordinariam formam servaret, sed multo magis superaret insimul etiam moles seu gravitas sic erat mobilis ut ab uno latere ad alterum se inclinaret instantibus etiam acutissimis doloribus circa genitalia, & pungitivis cum eruptione materiae mucosae tempus parturiendi instare plane credebat. Quare obstetrix in consilium vocata, ut sibi persuadet, perita, partum instare verissimum penicillo plusquam Apelleo depingebat, & ad dolores nimis acutos leniendos coctum ervorum stramen tepide ventri applicat. Verum enim vero nulla dolorum accutissimorum remissione subsequente, neque certioribus signis partus se manifestantibus, & urina guttatim, & plane decolore & ▽ea maximis cum cruciatibus exstillante opem medici implorare cogitur.

RESOLUTIO.

§. I.

MUlierem hanc *hydrope uterino* laborare ex phaenomenis in historia relatis satis superque constat. Hoc autem in specie demonstrant, 1. *essentialiter inhaerentia* cum venter inprimis ad pubis regionem vergens intumescere, & indies magis magisque accrescere inciperet

tamque in molem excreſceret ut etiam ordinariam formam ſuperaret & ab uno latere ad alterum inclinaret. 2. *Conſequentia* dolor circa genitalia accutiſſimus, & pungitivus cum eruptione materiæ mucoſæ, urina ſtillans guttatim, decolor, cruda & aquea. 3. *Antecedentia* ad res naturales, non naturales & præternaturales referenda. Prioris generis ſunt ſexus ſequior, ætas conſiſtens & temperamentum phlegmaticum. His ſuccedunt errores in diæta commiſſi, & ex rebus præternaturalib⁹ plethora, febris intermittens male curata, hancque in ſequens cachexia viam aperiens ad hydropem.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi eſt uterus tam quoad cavitatem, quam membranas: cauſa autem in M. S. & humoribus circulantibus quærenda eſt.

§. 3. *Cauſa proxima* eaque *formalis* eſt extravaſatio & ſtagnatio ſeri in utero, ejusque partibus: *materialis* autem ſerum ad nutritionem ineptum, uterum replens, diſtendens & in tumorem hydropicum elevans.

§. 4. *Cauſæ occaſionales* eæque *naturales* ſunt ſexus ſequior, ætas conſiſtens, & temperamentum ſanguineum. His ſuccedunt *non naturales* errores nimirum in diæta commiſſi & *præternaturales* plethora febris intermittens in Cachexiam degenerans.

§. 5. *Prognoſis* malum in genere nobis ſiſtit curatu difficile, grave & periculoſum: in ſpecie autem in noſtra ægra ſpes ſalutis adhuc ſupereſt cum humores in uteri cavitate videantur collecti, & malum a menſium obſtructione ortum duxerit.

§. 6. Ad *curam* hydropis uterini devoluti illam ſequentibus IV. indicationibus abſolvi credimus ut I. *removeantur cauſæ externæ* II. *ſerum tenax & viſcidum incidatur* & III. *evacuetur, &* IV. *tonus viſcerum roboretur*.

§. 7. *Primam indicationem* regimen diætæ rite inſtitutum implet. Eligat itaque ægrota *aerem* & calorem ambientem temperatum, *cibisque* utatur facilis digeſtionis ut carnibus juniorum animalium agnina, vitulina, juſculis carnium, ptiſana avenacea aromatibus moderate condita. Porro in uſum cedat *vinum* aut cereviſia probe defæcata & lupulata tantum ad ſitim fallendam. *Vigiliæ & ſomnus, motus & quies* moderate ſe habeant, *animique pathemata* præter gaudium exulent.

§. 8.

§. 8. *Secundam indicationem* aperientia, & resolventia implent *Tr. ♂tis aper. Zvvelff. Ludov.*, ⊖ *vol.* ⚲ *ℓ. Sylvii*, nec non *crocus ♂tis aperitivus ♄iatus reg.* ♄ *medic.* ☿ *nat. aut* ♄, *Arcanum duplicatum* & alia v. g.

Rec. *Tr. ♂tis aper. Zvvelff.*
⊖ *vol.* ⚲ *ℓ. Sylv. aa.* ℥ij.
EE. cinnamom. ʒß. S.

Oeffnende Essenz darvon alle Morgen 40. bis 45. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

Hujus loco poterit etiam hic pulvis sumi v. g.

Rec. *Reg.* ♄ *medic.*
⊖ *Absinth. aa.* ʒj.
☿ *nat. pp.* ʒß.
Div. in V. part. æqu.
S.

Oeffnende Pulver darvon alle Morgen eines in vvarmer Brühe zu nehmen.

§. 9. Ut *tertia indicationi* satisfiat evacuantia in usum veniant *purgantia, diaphoretica, & diuretica.* Ex purgantibus ita dicta hydragoga eligantur *resin Jalap. scammon.* ☿ *d. gg. extract elat.* sub varia forma adhibenda v. g.

Rec. *Resin. Jalap.*
Crem. ♀ *aa. gr. XII.*
Vitell. ov. no. I.
▽ *cinnamom.* ℥j.
Syr. ros. solut. ℥ß.
S.

Purgierende Milch des Morgens auff einmahl zu nehmen.

Ex diaphoreticis ♄ *diaph.* ♂*tiale*, ☿ *diaphor. Essent. lignorum* & alia, & ex diureticis ⊖ *absinth. card. bened. mille pedes &c.*

§. 10. *Quartam indicationem* tonica & roborantia implent uterina & stomachica *EE. aromat. Elix. propr.* ♌ *Mastich. compos. &c.* v. g.

Rec. ♎ *Maſtich. conpoſ.* ℥ß.
Elix. propr. ʒij
EE. cinnamom. ʒj

S. Stærckende Eſſenz darvon Morgens und Mittags nachs Eſſens 45. Tropffen zu nehmen.

CASUS XXXII.

De

PARALYSI.

Hiſtoria.

JUvenis quidam XIV annorum tempore autumnali frigidiore iter faciens, & vinum auſterum copio ſius ingurgitans ſtuporem quendam ſentit lateris dextri per aliquot dies durantem, ſuccedit movendi impotentia cum flacciditate, & frigore membrorum ejusdem lateris. Ægrotus de ſua ſalute ſollicitus medicum jubet accerſiri qui pulſum celerem deprehendit & frequentem.

RESOLUTIO.

§. 1.

Affectus ex quo hic ægrotus decumbit dicitur *Hemiplexia* ſeu *Paralyſis dextri lateris.* Illam adeſſe demonſtrant 1. phænomena *eſſentialiter inhærentia* ſive ſigna pathognomonica ſtupor lateris dextri cum movendi impotentia, & membrorum flacciditate. Nec abludunt 2. *conſequentia* frigus membrorum lateris affecti pulſusque celer & frequens & 3. *Antecedentia* ſexus virilis ætas juvenilis tempus autumnale frigidius & vinum auſterum copioſius ingeſtum.

§. 2.

§. 2. Sedes paralyseos seu *pars affecta* est medulla spinalis seu caudex, & productio cerebri per totam dorsi spinam dispersa. Dividitur illa a membrana ambiente in partem dextram & sinistram & si in una parte constrictio & obstructio fit, oritur hemiplexia seu paralysis dextri aut sinistri lateris; adeoque *subjectum* hujus morbi est pars dextra medullæ spinalis.

§. 3. *Causa proxima* eaque *formalis* hujus mali non est tam obstructio medullæ spinalis, quam spasmodica membranarum constrictio dextram illius partem ambientium, a qua constrictione motus ♌-tuum animalium ad partes intercipitur: *materialis* autem est lympha acida, & austera membranas tendens, & constringens motu sanguinis mediante ad illas delata.

§. 4. Ex his ita suppositis *ratio symptomatum* in historia relatorum non amplius poterit esse obscura. Obstructis enim tubulis nervosis ex medulla prodeuntibus motus ♌-tuum ad partes intercipitur, unde *stupor* oritur in latere affecto, & partes quæ tactu antea gaudebant illum non amplius experiuntur, Perit porro *movendi potentia* eandem obcausam, sublatoque tono & robore partium *flacidæ* illæ *apparent & pendulæ*. Et uti motus calorem in partibus producit: ita illo cessante calor omnino minor est, & *frigus* partium sentitur: *pulsus* autem *celer*, *& frequens* naturam ad morbum expugnandum insurgere indicat, febremque succedentem paralysin solvere liberatis nervis a spasmodica illa contractione.

§. 5. Ansam autem, & occasionem ex *causis remotis* huic malo ætas juvenilis dedit, nec non frigus nervis inimicum, & acidum vini subtilius lymphæ nuptum nervisque communicatum.

§. 6. Quod *prognosin* attinet notandum erit Paralysin curatu quidem esse difficilem ab obstructionibus ortam, leviorem vero quæ a spasmo provenit Recens eget mora illam tamen febrem supervenientem solvere ratio & experientia suadent, hincque spes salutis & reconvalescentiæ poterit promitti.

§. 7. Sed ut hæc obtineatur *cura* maturanda erit & sequentibus indicationibus perficienda ut I. *removeantur causæ externæ* II. *spasmus partium nervosarum tollatur* III *sensus & spiritus ad partes revocentur &* IV. *denique acidum & acre in M. S. hærens tollatur.*

§ 8, *Prima indicatio* obtinetur diætam legitimam imperando Hinc vitandus erit *aer* frigidus, parsque affecta in leni calore detinenda, fovendo illam chirothecis & ocreis ex pelle ursina paratis, aut mittendo in corpus animalis recens mactati. *Cibus* sit euchymus & *potus* diluens & humectans. *Animus* erigatur salutem promittendo & spe optima concepta. Si enim ullo in morbo valet nihil desperandum esse sine spe, monstra fieri in medicina, illamque aliquid posse certe illud in paralysi verum est.

§. 9. *Secundæ indicationi* satisfaciunt cephalica & nervina tam volatilia quam fixiora. Ad illa pertinent ♎ ⊖ ✱ *simplex & ♂tialis* & ex illo paratus *liquor cephalicus* v. g.

Rec. ♎ *Apopl.* ℥ij
⊖ ✱ ʒj
°° rut. ♋ *gtt.* vj S.

Sonderlicher Haupt-Spiritus darvon alle 3. bis 4. Stunden 20. bis 25. Tropffen in Mayen-Blumen Wasser zu nehmen.

Huc pertinent etiam ♎ *CC. simpl. & succinatus lil. convall. rutæ omnesque urinosi Essentia castorei* omniaque ⊖*ia volatilia* ex cephalicis & nervinis parata. v. g.

Rec. *Tr. Bez.* ℥ij
Liqu. CC. succ. ℥j
EE. castor. ʒß

S Sonderliche Haupt Essenz öffters 30. bis 35. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

Inter fixiora ⊖ina eminent cum antispasmodicis & anodynis permixta *specif. sc. ceph. Mich. Ludov. pulv. March.* & alia generis ejusdem composita.

Rec. *Pulv. March.* ʒj
Specif. ceph. Mich. ʒß
Laud op. gr. iij
M. f. pulv. div. in V. part. S.

Sonderliche Haupt-Pulver zu vveilen eins in vvarmer Brühe zu nehmen.

Hunc in finem etiam aromatica balsamica & ⊖ vol. °°os. prædita in usum vocari possunt. v. g. rad. *Paon. galang. caryophill. Helen. Sarsaparill. chin. trifol. fibr. Hb. beton. rosmar. Salv. Theæ,* pol. mont. serpill.

ſerpill. Chamædr. chamep. *Meliſſ. Majoran.* Flores *cheiri lil. convall. anthoſ, Salv. herb. paral. ſtechados Arab. ſem. ſileris mont. pæon. coriandr. aniſi turc. cinamom. cubeb.* lign. *Aloes ſaſſafras & alia* ex quibus infuſa, & decocta, potus medicati, eſſentiæ addito ſuccino, caſtor & ♎ ℞ *ceph.* cucuphæ & ſacculi nervini parari poſſunt.

§. 10. *Tertiam indicationem* implent varia externa inter quæ eminent 1. *urticationes* percutiendo partem carnoſam paralyticam non autem nervoſam urticis minoribus donec rubeſcat, & incaleſcat idque aliquoties repetendo. 2. *frictiones* cum pannis calidis vel etiam viva & calida manu. 3. *thermæ* alcalicæ & ♀eæ in & externe applicatæ 4. *fotus & balnea* ex nervinis ſupra recenſitis parata, nec non ex formicis cum toto coquendo illas in ▽ vel vino & tepide applicando. 5. *topica alia* oleoſa, & ſpirituoſa. Ad illa pertinent ☍ *irinum, coſtinum, petroleum rubrum, & album, Junip. ſpic. Nard. ſalv. roſmar. ſuccin. philoſoph. cum axungia humana, ungt. nerv. Auguſt. Martiat populneo pingued. caſtor,* & aliis miſcenda. v. g.

Rec. *Ungt. nerv.*
Mart. aa ℥ij
Pingued. human.
Caſtor. aa ʒj
☍ *Salv.*
Succin.
Lavend. aa gtt. vj
M. f. l. a. ungt. *S.*

Nerven Salbe in die lahme Seite vvarm zu reiben.

Ad hæc autem ▽ *Apopl. Magnanim. Anhalt. regin. Hungar.* ▽ *lumbr.* ♎ *cochl.* ⊖✱ *lumbr. terreſtr. eboris & balſ. vit. Hoffm.* v. g.

Rec. ▽ *Apopl.*
Anhalt. aa ʒj
♎⊖✱
Lumbr. ▽*ſtr. aa* ℥ß
EE. ſuccin.
Caſtor. aa ʒj *S.*

Glieder Spiritus die lahme Seite offt darmit zu beſtreichen.

Et 6, denique vinacea & balſama nervina, & apoplectica.

§. 11.

§. 11. Ut *quartæ* denique *indicationi* satisfiat 1. aperienti in usum vocentur v. g. *Rad. Helen. trifol. fibr. decoct. & essentia succin. pini nec non Tr.* ♀. 2. purgantia & clysteres. Ad illa pertinent pil. *Aloet. de Rhabard. de succino,* ♀*ea &c.* Ad hos autem *plantæ nevinæ & cephalicæ* superius recensitæ 3. lympham evacuantia particularia *setaceum & fonticuli* qui præservationis gratia adhiberi possunt.

CASUS XXXIII.

De

CATALEPSI.

Historia.

VIr quidam litteratus XLVI. annorum temperamento melancholico præditus, vitæque sedentariæ deditus, cum meditationibus profundis solitis esset occupatus subito animo emovetur. Hinc mensæ ab ejus amanuensi fortuito ingrediente immobilis assidens offenditur pennam manu tenens animi concepta litteris consignaturus. Reliqui familiares advocati oculos ejus vident apertos sed immobiles, illumque in statuam vivam mutatum esse sibi persuadent. Ad medicum itaque currunt, ejusque implorant auxilium qui accedens corpus adhuc deprehendit calidum respirationem liberam, pulsumque in celerem & frequentem mutari cum sudore totum corpus perfundente. Ejulatu adstantium & medici opera excitatus iterum ad se redit memoria tenens omnia tempore paroxysmi secum facta.

RE-

RESOLUTIO.

§. 1

VIrum hunc *Catalepsi* laborare indicant phænomena huic morbo 1. *essentialiter* inhærentia animi scilicet emotio subitanea, rigor corporis in eodem quo deprehenditur situ permanentis, sensuum abolitio manente respiratione pulsu & calore. 2. *Consequentia* cujus generis sunt oculorum immobilitas, mutatio pulsus in celerem & frequentem, sudor corpus perfundens, & memoria rerum tempore paroxysmi gestarum, & 3. denique illud confirmant *antecedentia* sexus & ætas virilis, temperamentum melancholicum, vita sedentaria meditationesque solitæ profundæ.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi sunt partes corporis solidæ molliores motus & sensuum organa: causa autem in cerebro & humoribus circulantibus hærere solet.

§. 3. Inter causas proximæ primo loco occurunt in formalem & materialem divisæ. *Causa* itaque *proxima formalis* hujus catalepseos est spasmodica sensuum & motus voluntarii organorum contractio: *materialem* autem humores constituunt partibus rigidis & austeris imprægnati.

§. 5. Ansam ex *causis occasionalibus* huic malo dederunt ætas & sexus virilis, temperamentum melancholicum, vita sedentaria, & meditationes profundæ motum humorum quadantenus remorantes, fibrarumque & nervorum relaxationem impedientes.

§. 6. *Prognosis* malum nobis sistit non negligendum. Gravis enim Catalepsis raro hominem secunda vice corripit quin ipsum enecet, levior autem facile recidivat & in Epilepsiam Melancholiam, Paralysin aliosque generis ejusdem affectus degenerat: ad quod avertendum cura non diu erit differenda.

§. 7. In *cura* hujus mali medici officium erit ut ægrum a præsente paroxysmo liberet, & a futuro præservet. Scopo priori jam obtento in posteriori omnem suam curam & operam ponat. Hunc itaque in finem I. *causas externas removeat* II. *Humores quantitate, & qualitate peccantes corrigat, & evacuet* & III. *denique partes roboret.*

§. 8. *Prima indicatio* obtinetur diætam legitimam imperando. Vitet itaque ægrotus omnem *aeris* inclementiam, corpusque in æquali calore detineatur. *Cibus* sit parcus euchymus & facilis digestionis. In *potum* cedat cerevisia tenuis & probe defæcata, vinumque antiquum & tenuium partium. *Vitæ genus* sensim denique mutetur, corpus *moveatur* moderate, fugiantur animi pathemata graviora, meditationesque profundiores; & ad mediam noctem protractæ.

§. 9. *Secundam indicationem* implent alterantia & evacuantia solita medicorum arma. Inter hæc eminent, diaphoretica volatilia, & fixiora cum cephalicis maritanda. Ex volatilibus eminent ♌ ⊖ ✱ *simplex*, & *compositus* aut in liquorem cephalicum mutatus, & alii urinosi ex cephalicis parati ℞ *ceph. Tr. Bez. Lud. Mixt. simpl. Essent. Succini, castor.* nec non omnia ⊖ia volatilia v. g.

Rec. ♌ *Apopl.* ℥ß.
⊖ ✱ ʒij
☉ ♋ *majoran.* ℈ß.
S.

Haupt-Spiritus darvon alle vier Stunden 30. bis 35. Tropffen im Mayen-Blumen-Wasser zu nehmen. nec non

Rec. *Tr. Bez. Lud.* ʒij.
E E. succin. ʒj.
Anod. ℈ß.
S.

Haupt-Essenz darvon alle Morgen 35. Tropffen in folgendem The zu nehmen.

Rec. *Hb. beton.*
Veron.
Chamædr. aa. m. j.
Fl. lavend.
Anthos aa. p. ij.
Caryoph.
Cubeb.
Cort. lign. sassafr. aa. ʒij.

Incis.

Incis. contus. d. ad chart.

S.

Species vvie Thee zu gebrauchen.

Ad fixiora absorbentia pertinent tum sola tum cum cephalicis mixta v. g. *pulv. absorb. Wed. c. duplo* ♁, *specif. ceph. Mich. c.* ⊖ *e succin. & castor.* ♀ ℞ *latus pulv. Epilept. Lang.* & omnia diaphoretica fixiora. v. g.

Rec. ♁ *Diaph.*
Specif. ceph. Mich. aa. ℥ß.
Castor.
⊖ *vol. succin. aa. gr. vj.*

M. f. pulv. div. in III. part. æqu. S.

Haupt-Pulver darvon alle Nachmittag eines in vvarmer Brühe zu nehmen.

His succedunt purgantia tum *κάτω ex Helleb. n. Agarico, Mechoac. rhabarb.* in infuso. *Jalap.* in pulv. cum ♁ *nat*, *lap. laz.* ☍ *lign. sassafr. resin. Jalap., scammon., extr. panchym., colocynth. Helleb. cum M. P.* ♀ *earum & ♂ tialium in piluiis.* Tum *ἄνω* ex ♀ *emet.*, ⊖ ℞, ☿ *vit, & rad. Hipecacoann.* Nec non *V. S. cucurbitulæ, vesicatorium, setaceum, & cauterisatio levior bregmatis.*

§. 10. Ut *tertiæ indicationi* satisfiat specif. antepilept. superius tradita in usum veniant nec non ungta & linimenta ex nervinis parata, & ubi de paralysi agitur descripta, & denique cucuphæ & balsama nervina, & cephalica bregmati, ori & naribus illita.

CASUS. XXXIV.

De

M A N I A.

Historia.

PIctor quidam XXXVI. annorum temperamenti melancholici ære alieno onustus tempore hyberno nocturno frigidiore subito

bito e lecto prosilit imagines in hypocausto suspensas lacerat, creditores esse putans quos vult trucidare. A frustis decidentibus perterritus fenestras diffringit, per illas in aquam præterfluentem se demissurus, ne a creditoribus & diabolo raperetur. Uxor ejus interea hac re perterrita vicinos in auxilium vocat qui illum accurentes prohibent, & in custodiam militum præsidiariorum ducunt. Cum illis degens varias fabulas profert ex animo fastu & superbia elato provenientes. Manus postero die violentas custodibus allaturus in Xenodochio publico catena vinctus medico traditur ut a præsente malo liberetur. Medicus diæta convenienter præscripta V. S. instituit, & vesperi hoc exhibet digestivum v. g.

Rec. *Conch. pp.*
☉ ♁iat. aa. ℈ß.
♁ nat. pp.
Camph. aa. gr. v.
S.

Linde Pulver Abends auff einmahl in vvarmer Brühe zu nehmen.

Postero die sequens propinatur Emeticum v. g.

Rec. ♀ ⊕at. Tach. ℈ß.
Emet. gr. IV.
M. f. pulv. *S.*

Brech-Pülverlein Morgens auff einmahl zu nehmen.

Et ingentem copiam humorum vitiosorum cum insigni levamine vomitu rejicit.

Quarto die sequentes pilulæ purgantes adhibentur v. g.

Rec. *Extr. panchym. Croll.*

☿ dulc.

☿ *dulc. rit. pp. aa.* ℈ß.
Resin. Jalap. gr. V.
M. f. pil. no XV. consperg. pulv. liquir.
S.

Purgierende Pillen Morgens auff einmahl zu nehmen.

Ab usu harum pilularum decies purgatus circa vesperam ad se redit, & post VI. dies dimittitur adhibitis interea specificis v. g.

Rec. *EE. anagall.*
Fl. hyper. aa ℥ij.
Lap. Lazul. c. ♌⊖✱ ℥iß.
S.

Haupt-Essenz darvon Morgens, Mittags, und Abends 35. bis 40. Tropffen in warmer Brühe zu nehmen

Rec. ⊕ *Depur.*
Sach. perl. aa. ℥ij.
S.

Kühlendes Pulver darvon allemahl eine gute Messerspitze voll im Trunck zu nehmen.

RESOLUTIO.

§. 1.

PIctorem hunc *Mania* laborare patet ex phænomenis 1. huic morbo *essentialiter inhærentibus*, delirat enim sine febre absurda agendo, & loquendo cum furore, & audacia 2. ex *antecedentibus* cujus generis sunt sexus, & ætas virilis, temperamentum melancholicum, angor, mœror, & tristitia ob æs alienum conflatum.

§. 2. *Subjectum* maniæ est cerebrum, cerebellum & medulla spinalis cum nervis inde prodeuntibus.

§. 3. *Causa* maniæ *proxima formalis* est motus spirituum irregularis & impetuosus ad partes heterogeneas illis permixtas debellandas. *Causam proximam materialem* partes heterogeneæ constituunt humoribus, & ♌tibus impactæ.

§. 4. *Causis occasionalibus & remotis* ætas, & sexus virilis accensentur, temperamentum melancholicum, mœror, angor, & tristitia ob æs alienum conflatum.

§. 5. Quod *prognosin* attinet notandum erit nullam maniam esse tutam; sed semper periculosam, & sæpe incurabilem. Varices, hydrops, Dysenteria, & febris maniæ supervenientes illam solvunt. Noster ægrotus in ætate virili constitutus viribusque præstans naturæ robore, & remediis facile potest restitui.

§. 6. Ad *curam* hujus morbi tandem pervenimus quam sequentib⁹ indicationibus absolvi credimus I. *removeantur causæ externæ* II. *partes heterogeneæ liquori nerveo permixtæ eliminentur, & ejiciantur.* Et III. *motus humorum & spirituum corrigatur.*

§. 7. *Primam indicationem* bonum diætæ regimen implet. Suadendus itaque erit ægroto nostro *aer* temperatus & humidus qui si non ita a natura sit arte parari debet. *Victus* porro commendetur tenuis, frigidus, & humectans. *Potus* sit aquosus, copiosus & ⊕sis acidisque particulis constans. *Motus* corporis nimius coerceatur carcere & ligaturis. *Animus* suavibus verborum demulceatur lenociniis, Musica & delectamentis aliis. *Excreta & retenta* legitime se habeant.

§. 8. *Secunda indicatio* vitia humorum & spirituum corrigit, in quantitate, & qualitate consistentia. Nimia humorum quantitas evacuantia requirit *V. S. & purgantia* ἄνω & κάτω operantia. Qualitas vitiosa corrigentia exigit *absorbentia* ⊕osa & alia.

§. 9. *Tertia indicatio* opiata requirit camphorata, ♎tuosa, moschata & alia. Vid. *Wed.* prax. clin. exempl. Sect. I. cap. VIII.

CASUS XXXV.

De

MELANCHOLIA.

Historia.

S*Tudiosus quidam XXIV. annorum temperamenti melancholici tempore hyemali frigidiore per aliquot dies hominum fugit con-*

consortia & solus in musæo, igne minus calefacto noctes aliquot transigit lucubrationibus insomnes. His vigiliis, & frigore nimis perturbatus ad commilitones revertitur absurda illis proferens, & obtrudere nitens ex physica, & medicina. Mathesin denique dum emendare, situm hominum erectum increpare, vimque frigoris contemnere molitur vestimentis in sylva vicina abjectis manibus & pedibus pronus in nive incedit. Digitis ambustis ab agnato prætunte domum reducitur, medicique traditur curationi.

RESOLUTIO.

§. 1.

Affectus studiosum hunc afflgens est *Melancholia*, cujus præsentiam demonstrant 1. *essentialiter inhærentia* cum deliret sine febri absurda loquatur, & faciat cum mœrore & tristitia 2. *Antecedentia* ætas juvenilis, sexus virilis, temperamentum melancholicum, tempus hyemale frigidius, & lucubrationes insolitæ in illo institutæ.

§. 2. *Subjectum* hujus *morbi* cerebrum constituit pneumatoseos organon, & animæ regia: causæ autem humores nidum præbent acidi, & viscidi.

§. 3. *Causa melancholiæ proxima formalis* est motus spirituum lentus & tardus per cerebri, & nervorum poros ideas tristes, meticulosas, & stolidas animæ inprimens. *Causam proximam materialem* humores acidi & fixi constituunt poros, & tubulos cerebri, & nervorum constringentes, motumque liquidi in illis contenti remorantes & pervertentes.

§. 4. *Causæ occasionales* hujus mali fuerunt sexus virilis, ætas juvenilis, temperamentum melancholicum, aer ambiens frigidior, & lucubrationes insolitæ humores acidos, viscidos suppeditantes, & augentes.

§. 5.

§. 5. *Prognoſis* malum nobis ſiſtit non contemnendum cum melancholici facile fiant epileptici, maniaci,& αὐλ/χειρες. In noſtro ſtudioſo ſpes reconvaleſcentiæ adhuc ſupereſt cum juvenis ſit, malumque adhuc in principio.

§. 6. Sed ut illa obtineatur *cura* maturanda, & ſequentibus indicationibus perficienda erit, ut I *removeantur cauſa externa* II. *Humores peccantes evacuentur* & III. *motus* ♌*tuum emendetur, & aqualis reddatur.*

§. 7. *Prima indicatio* Diætæ emendationem requirit qua omiſſa reliqua medicamenta nihil efficient. Quod itaque *aerem* attinet eligatur temperatus & vis frigoris igne luculenter exſtructo ſfrangatur. Manus & pedes illo aduſti in aquam tepidam immittantur, deſtructi digiti manuum & pedum & ſphacelo laborantes pluma ℥ imbuta tangantur ut caro viva a mortua ſeparetur, Facta ſeparatione oſſa nudata & corrupta auferantur, illisque ungtum digeſtivum imponatur, & toti manui ſequens cataplaſma.

Rec. Hb. ſcord.
Biſmalv. aa m. IV.
Fl. chamom.
Samb. aa m. ij
Far lupin.
Lin. aa ℥iij
Myrrh. ʒij
Pan. Biſcoct. q. ſ. coqu. in vino &
f. l. a cataplaſma.

Cibus porro ſit tenuis, & humectans vinum in *potum* cedat, qui etiam majore, quam alias fieri ſolet, in quantitate ſumatur. Corpus exerceatur moderate, fugiatur ſolitudo nimia, lucubratio, & familiari utatur jucundo, & facundo. *Animus* demulceatur verbis gratis, Muſica & aliis. *Excreta* denique & *retenta* in decenti teneantur moderamine.

§. 8. Ut *ſecunda indicationi* ſatisfiat humores acidi & viſcidi inprimis viis, & toto corpore hærentes educendi, & emendandi ſunt. Conveniunt itaque hunc in finem Emetica v. g.

Rec. ♀ ℞*at Tach.* ℈j
Emet. gr. IV.
M. f. Pulv. S.

Brech

Brech-Pülverlein Morgens auf einmahl zu nehmen. Nec non purgantia v. g.

Rec. Extr. panch. Croll.
☿ d. rit. pp. aa ℈ß
Extr. trochisc. Alb. gr. j
☍ mac. gtt. iij
F. l. a. pil. no XV.
S.

Purgier-Pillen Morgens auf einmahl zu nehmen.

His succedant *V. S. vesicatoria* nuchæ applicata, nec non *cucurbitulæ scarrificatæ* vertici raso impositæ, ut & acidum & viscidum M. S. emendantia ♎ ⊖ *✳ simplex & oleosus* & alia absorbentia.

§. 9. *Tertiæ indicationi* diaphoretica satisfaciunt, & opiata cum humectantibus & roborantibus exhibenda. v. g.

Rec. EE. anagall. c. 🜄 par. ʒiij
⊖ vol. ☍ os. Sylv. ʒij
EE. anod. ʒj
S.

Haupt-Essenz darvon Morgens und Abends 35. bis 40. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

Vel

Rec. Amygd. d. ℥ß
Sem. pap. alb. ʒij
🜄 papav. errat.
Fl. samb.
Scabios. aa ℥ij
Syr. pap. alb. ℥ß
F. l. a. Emuls.
S.

Stærckende Milch darvon zu vveilen und Abends bey Schlaffen gehen etliche Löffel voll zu nehmen mit beykommender Essenz.

Rec. ⊖ vol. ☍ s. Sylv. ʒj
EE. anod. ʒß
S.

Stillende Essenz darvon 15. Tropffen in obiger Milch bey Schlaffen gehen zu nehmen.

Tempus denique convenit ipsum & mora quibus aliis in morbis utimur.

CASUS XXXVI.

De

DLORE CAPITIS

Historia.

Virgo quædam XXIV. annorum temperamenti ſanguinei, & cui menſes non rite feruntur per quasdam dies dolorem capitis ſentit admodum moleſtum. Facies præterea rubet, & inflatur, vaſa turgent & pulſant, oculi caligunt, rubent, & in voluntarie lacrimas fundunt. Viſus acies porro hebeſcit, nares ſiccæ ſunt, ſomnus fit turbulentus, & interruptus adeo ut aliquot noctes jam tranſegerit inſomnes : unde ad medicum mittit, ejusque expetit auxilium.

RESOLUTIO.

1.

Virgo hæc laborat *cephalalgia* ſeu *dolore capitis* ex diſtenſione. Rem ita ſe habere declarant 1. *eſſentialiter inhærentia* dolor ſcilicet capitis admodum moleſtus per aliquot tempus jam durans. Idem confirmant 2. *Conſequentia* rubor faciei, turgeſcentia & pulſatio vaſorum, rubor, oculorum & caligo, lacrymæque involuntario prodeuntes, hebetudo viſus, narium ſiccitas ſomnusque turbulentus & interruptus, nec 3. abludunt *antecedentia* ſexus ſequior, pubertas, temperamentum ſanguineum & menſes non rite fluentes.

§. 2.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi *sunt* membranæ capitis cerebrum & cerebellum ambientes: *causa* autem in vasibus hinc inde in illis dispersis hærere solet.

§. 3. *Causa proxima formalis* hujus morbi est distensio vasorum sanguineorum in membranis cerebrum ambientibus dispersorum illorumque compressio. *Causam materialem* sanguis constituit motu circulatorio mediante ad caput delatus, ibique in vasibus præter naturam subsistens.

§. 4. Ex his ita suppositis *ratio symptomatum* superius recensitorum facile dari poterit. *Dolor capitis* oritur a membranarum compressione cerebrum ambientium ob sanguinem ad caput delato, ibique subsistentem & stagnantem. *Facies* præterea *rubet vasa turgent & pulsant* eandem ob causam. *Oculi* præterea *rubent* a sanguine in eorum vasibus stagnante; & dum glandulas lacrimales comprimit *lacrymas* protrudit *involuntarias*, quæ dum ex oculis efluunt ad nares transire nequeunt unde *narium siccitas* oritur. Comes denique dolorum individus sunt *vigiliæ*, cum animus ob tristem ideam conceptam componi nequeat.

§. 5. *Causæ occasionales* hujus morbi sunt sexus sequior, pubertas, temperamentum sanguinum, mensiumque fluxus difficilis: unde sanguis nimia in copia generatus rite moveri nequit sed hinc inde in partibus stagnat & subsistit.

§. 7. Molestus hic morbus magis quam periculosus est: unde etiam *prognosis* tristis non est ferenda. Remediis enim legitime adhibitis facile cedit, & sanitas redit amissa.

§. 7. In *cura* hujus morbi potissimum eo respiciendum ut I. *sanguis a capite ad inferiora feratur.* II. *motus illius intestinus sedetur &* III. *tonus partium capitis restituatur.*

§. 8. *Primam indicationem* V. S. complet in pede instituta. Huic succedunt pediluvia ex nervinis parata v. g.

Rec. *Hb. Puleg.*
Meliss.
Serpil. aam. ℥j.
Fl. beton.

Paon.
Sambuc aa m. j.
Incis. d. ad pediluvium.

Necnon clysteres ad alvum lubricandam: quod etiam ▽ Viennensis efficit.

§. 9. *Secundæ indicationi* ⊕ osa satisfaciunt cum absorbentibus exhibenda. v. g.

Rec. Lap. 69. pp.
⊕ depur. aa ʒj
Laud. op. gr. iij
M. f. pulv. div. in IV. part. æquales,
S.

Temperierende Pulver darvon Morgens und Mittag eins im vvarmer Brühe zu nehmen.

Idem facit ♌ ⊕ & ⊕ dulcis, aliique minerales probe dulcificati & in potu exhibiti.

Rec. Tr. os. ʒij
♌ ⊕ d.
⊕ ceph. aa ʒß
S.

Temperirender Spiritus darvon 20. Tropffen im ordentlichen Tranck zu nehmen.

§. 11. Ut *tertiæ indicationi* satisfiat partes capitis roborandæ sunt sanguisque stagnans resolvendus: quod sequens epithema facit.

Rec. ▽ ros. ℥ij
♌ ros. ʒij
Camph. ʒj
⊕ depur. ʒij
°° Lign. Rod. ℈ IV.
M. f. Epithema calide applicandum.
S.

Umschlag mit doppelten Tüchlein vvarm auf die Stirne, Schlaffe und Haupt zu legen.

CA-

CASUS XXXVII.

De DOLORE CARDIALGICO.

Historia.

JUvenis quidam XIV. annorum texturæ corporis sensibilioris, animique activioris post varios in Diæta commissos errores dolorem sentit acerbum satis, & mordicantem in scorbiculo cordis ad dorsum usque excurrentem. Concurrunt præterea anxietates, inquietudo respirandique difficultas cum sudore frigido pedumque refrigeratione. Parentes de salute pueri solliciti nostrum expetunt auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

PHænomena in hac historia recensita indicant puerum hunc laborare *Cardialgia.* Faciunt autem hoc potissimum 1. *essentialiter inhærentia* dolor nimirum acerbus & mordicans in scorbiculo cordis ad dorsum usque excurrens. 2. *Consequentia* cujus generis sunt anxietates, inquietudo, respirandi difficultas, sudor frigidus pedumque refrigeratio & 3. *Antecedentia* sexus virilis, ætas juvenilis, textura corporis sensibilior, animus activior, erroresque varii in diætacommissi.

§. 2. *Subjectum* Cardialgiæ non est cor uti veteres crediderunt, sed ventriculus, cujus tunica nervea potissimum in hoc malo afficitur.

§. 3. *Causa proxima* eaque *formalis* est spasmodica strictura, & violenta tunicarum nervearum ventriculi constrictio. *Causam proxi-*

mam materialem humores acres constituunt, rodentes & contrahentes in ventriculo contenti.

§. 4. Sponte inde quasi fluit *connexio ratioque symptomatum* supra recensitorum. A spasmodica enim nervearum tunicarum contractione *dolor* oritur, cui *inquietudo* conjungitur, & *spirandi difficultas* ob diaphragma per consensum affectum. *Extremorum refrigeratio* oritur dum humores ad interiora partemque affectam retrocedunt, *sudor* autem *frigidus* dum motus humorum tonicus augetur, & glandulæ subcutaneæ simul compressæ serum plorant contentum.

§. 5. *Causæ occasionales* hujus morbi fuerunt sexus virilis, qui licet rem non distinguat nisi ob ætatem juvenilem, genusque nervosum debile, potissimam autem errores in diæta commissi constituunt humores acres & vellicantes producendo.

§. 6. Quoad *Prognosin* denique notandum erit speciem quidem periculi hunc morbum præ se ferre, sed illo omnino carere cum ex vitio diætæ, & flatibus ortus sit.

§. 7. His ita prælibatis ad *curam* me accingo sequentibus indicationibus perficiendam I. *doloris vehementia aptis remediis demulceatur.* II. *Materia peccans corrigatur, evacuetur.* & Et III. *genus nervosum convenienter roboretur.*

§. 8. *Primam indicationem* antispasmodica implent anodynis maritanda v. g. *EE. castor.*, *opii*, *camph. crocus* & alia v. g.

Rec. *EE. succin.*
Castor. aa. ℥j.
Camph.
Croc. aa. ℈j.
S.

Linderende Essenz darvon 40. bis 50. Tropffen, alle Stunden im Balsam-Wasser zu nehmen. Item

Rec. ♄ *Diaph.*
Specif. ceph. Mich. aa. ʒß.
⊕ *depur. gr. XII.*
Theriac. cœl.
☍ *mac. aa. gr. ij.*
M. f. pulv. div. in III. part. æqu.
S.

Schmer-

Schmertzen stillende Pulver darvon alle Stunden eines in vvarmer Brühe.

§. 9. *Secundam indicationem* obtinemus stomachicis & carminativis v. g.

Rec. ▽ *Menth.*
Cort. aur. c. vin.
Fl. til. aa. ℥iß.
EE. cort. aurant.
♎ ◐ d. aa. ʒj.
Syr. cort. aur. ʒij.
M. f. potio.
S.

Magenstârckendes Trâncklein darvon alle Stunden einen Lôffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

§. 10. Ut *tertiæ indicationi* satisfiat sequens adhibeatur linimentum nervinum v. g.

Rec. ⁂ *Lil. alb.*
Hyosc. aa. ʒij.
Carv.
Menth.
Lavend. aa. ʒß.
Camph. gr. xij.
♎ ⊖ ✱ gtt. xx.
M. f. linimentum.
S.

Salbe den Magen und Rücken darmit zu salben.

CA-

CASVS XXXVIII.

De

COLICA FLATULENTA.

Hiſtoria.

FOEmina quædam XXXV. annorum cibis utitur flatulentis cereviſiamq́ inde etiam ingurgitat minus defecatam & recentem unde dolorem ſentit in abdomine hinc inde diſcurrentem. Venter inſuper inflatur, alvusque adſtricta eſt. Graviora itaque metuens mala noſtrum expetit auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

COlica dicitur præſens affectus, de quo hæc fœmina quæritur. Hoc evincunt phænomena huic morbo alias familiaria. Potiſſimum hoc faciunt 1. *eſſentialiter inhærentia* dolor ſc. vehemens in abdomine hinc inde diſcurrens. 2. *Conſequentia* ventris intumeſcentia alvique pertinax adſtrictio & 3. *Antecedentia* ſexus ſequior, ætas conſiſtens, & abuſus ciborum flatulentorum & cerevisiæ minus bene defecatæ.

§. 2. *Sedes* hujus morbi eſt inteſtinum colon, quod ob tunicam interius nerveam defectumq; glanduloſæ, & ligamenta tendinoſa valde ſenſibile eſt, hancque ob cauſam gravibus torminibus ſæpe exercetur.

§. 3. Quod *cauſas* colicæ attinet *proxima* eaq; *formalis* nimia diſtenſio tunicarum inteſtinalium eſſe videtur, unde etiam dolor, ventris diſtenſio, alvique adſtrictio oriuntur. *Cauſam materialem* flatus conſtituunt a ſtagnatione vitioſæ materiæ prodeuntes.

§. 4. *Cauſas occaſionales remotas* ſexus ſequior præbet, ætas con-

consistens, & abusus ciborum flatulentorum, cerevisiæque minus bene defecatæ, unde flatus manarunt, sibique sumserunt originem.

§. 5. Quod *prognosin* attinet, notandum erit hanc colicam magis periculosam videri quam esse. Expers enim fere periculi est colica ex vitio diætæ orta, hincque facile curanda.

§. 6. In *cura* doloris colici sequentes observandæ sunt indicationes ut I. *causæ externæ removeantur.* II. *Tumultuarius intestinorum motus sedetur illaque a vitiosis humoribus eluantur.* Et III. *flatus discutiantur, tonusque intestinorum roboretur.*

§. 7. *Indicationem primam* obtinemus servando, & præscribendo diætam legitimam. Vitanda acida enim sunt, cerevisia minus defecata, potusque frigidus, & facile fermentescibilis. Utile quoque erit inter cibos uti ⊖ibus volatilibus ℘osis cum Tr. ♀ & EE. cort. aurant. mixtis. Aquæ vitæ autem spirituosæ parum corpus præmuniunt adversus colicos insultus cum partes chylosas præcipitent.

§. 8. *Secundam indicationem* clysteres implent ex emollientibus, & carminativis parati, cujus generis sunt *Rad. Alth. fl. chamom. Rom. & vulg. samb., summit. cent. min. bacc. laur. Junip. sem. carv. anis. &c.* v. g.

Rec. *Rad. Alth.* ℥j.
Fl. chamom. Rom.
*Vulg. aa. p*iij.
Summit. cent. min. p. ij.
Bacc. Laur.
Junip. aa. ʒij.
Incis. contus. coqu. in s. q. ▽ commun. colat.

Rec. ℔ *i ß.*
Add. hier. picr. Galen. ʒij.
℘ *coct. aneth.*
Chamom. aa. ʒiij.
Sach. Thom. ʒß.
℘ *carv.* ♋ *gtt. xx.*
F. l. a. Clyster.

§. 9. *Tertiam indicationem* obtinemus sequentibus remediis v. g.

Rec. *°° Carv.*
Menth.
Aniſ.
Hyoſc. expr. aa. ℥ij.
Pingued. caſtor.
Human. aa. ℥iß.
Camph. ℈ij.
♌⊖✱ gtt. xx.
M. f. l. a. linimentum.
S.
Salbe den Leib darmit vvarm zu ſalben. & denique.

Rec. *♌ ⦶. d. ℥iij.*
⊖ vol. °°ſ. Sylv. ℥ß.
EE. ſuccin.
Caſtor. aa. ℥j.
S.

Sonderl. Eſſenz darvor öffters 50. bis 60. Tropffen in Wein zu nehmen.

CASVS XXXIX.

De

PODAGRA.

Hiſtoria.

V*Ir quidam XLVI. annorum temperamenti ſanguineo melancholici hæmorrhoidibus hactenus fluentibus ſuppresſis vere ineunte febriculam quandam ſentit brevi ad ſenſum terminantem. Succedit artuum lasſitudo, & dolor pedum vehemens cum illorum calore,*

calore, rubore, & tumore conjunctus. His malis aliquot diebus fatigatus nostrum petit auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

AFfectus ex quo hic æger decumbit, est *Podagra.* Id patet ex 1. *essentialiter inhærentibus* cum febriculam præcedentem artuum sequatur lassitudo & dolor pedum vehementissimus. 2. *Consequentibus* pedum sc. calore, rubore, & tumore & 3. denique ex *Antecedentibus.* Vir enim cosistentis ætatis temperamenti sanguineo melancholici hæmorrhoidibus suppressis verno tempore his malis corripitur.

§. 2. *Subjectum* Podagræ illius nomen indicat. Non afficiuntur autem ab illa partes duræ, & solidæ ossa dictæ; sed molles & porosæ periostium, tendines, fibræ carnosæ musculorum, & ligamenta, quæ vasis omnis generis instructæ materiam peccantem in se suscipere, & inde dolere possunt.

§. 3. *Causa* hujus morbi *proxima*, eaque *formalis* est tensio, & irritatio in periostio, & reliquis fibrarum poris, & tubulis facta a materia elastica acri ⊖ina, a tunica glandulosa articulos connectente glandulisque pinguedinosis separata *causam materialem* constituente.

§. 4. Et hæ causæ sufficere possunt ad *phænomena* in nostro ægroto observata rite explicanda. Ad tollendas partes acres ⊖inas elasticas in M. S. hærentes *motus febrilis* excitatur, quæ dum a partibus internis ad externas pedesque deferuntur *artuum* producunt *lassitudinem*, donec tandem in peroştio, & reliquarum fibrarum poris, & tubulis depositæ has partes extendunt *doloremque, calorem, ruborem, & tumorem* producunt.

§. 5. Ad *causas occasionales* sexus virilis refertur, ætas consistens, temperamentum sanguineo melancholicum, & hæmorrhoidum antea fluentium suppressio: quæ causæ omnes sanguinem producunt quantitate, & qualitate peccantem. Vere autem hoc malo affligitur cum morbus lymphaticus sit, & cum illis verno, aut autum-

 nali

nali tempore initium ſumat, aut antiquam ludere repetat tragœdiam.

§. 6. Quod *prognoſin* deniq; attinet, notandum erit podagram malum eſſe admodum ferox, & moleſtum, nunquam tamen vitæ ægrotantis vim inferre. Porro etiam hodierna methodus medendi eam non adeo ſinit eſſe ferocem; ſed remediis citius quam antea expugnat legitime adhibitis. Hinc etiam ægrotum noſtrum bono animo eſſe juſſimus, & ſequenti methodo medendi inſtituta priſtinæ reſtituimus ſanitati.

§. 7. In *cura* podagræ medicus I. *cauſas occaſionales removeat* II. *materiam peccantem eliminet.* III. *reliquias in M. S. hærentes corrigat, & diſſipet.* Et IV. *tonum partibus reſtituat.*

§. 8. *Primam indicationem* implet diæta legitime inſtituta. Temperet itaque ſibi æger a vino Venere, animi affectibus, corpusque moderate exerceat. Et ut ab ulteriore ejus inſultu liber ſit thermis utatur, aut harum loco decoctis ſudoriferis, diluentibus, & reſolventibus. v. g.

Rec. *Raſ. CC.* ℥iſ.
Rad. chin.
Scorzon.
Sarſapar. aa. ℥j.
Hermodact.
Paſſul. maj.
Min. aa. ʒvj.

Incif. coqu. in ſ. q. ▽ ſimpl. colat. menſ. III. add. ♌ Ⓓ d. ℥iſ, cedat in potum ordinarium. Ante æquinoctium porro V. S. adhibeatur, & pedes ſcarrificentur circa novilumium ſingulis menſibus, & membra denique panno ſæpius fricentur, & inungantur balſamo vitæ Hoffmanni.

§. 9. *Secundam indicationem* medicus obtinet evacuantibus, inter quæ primo loco *V. S.* occurrit in parte minus dolente inſtituenda, aut *exſuctio* vaſorum *hæmorrhoidalium* per hirundines facta in hoc ægro admodum neceſſaria. Nec *moxa*, aut *emplaſtra veſicatoria* negligantur ſerum acre ex loco affecto educentia. His ſuccedunt blanda cathartica materiam ἄνω & κάτω evacuantia. Ad illa pertinent ♀ *emeticus*

emeticus ☿ *vit. rad. hipecac.* ad hæc autem rad. *Jalap. ſcammon. Aloe,* quorum baſin ☿ *d.* conſtituit ſalivationem interdum cum *ἐμφοϱία* movens.

§. 10. Ut *tertiæ indicationi* ſatisfiat reliquiæ in M. S. hærentes per abſorbentia temperentur & per poros cutis, aut vias urinarias educantur. Commendantur hunc in finem ♁ *diaph. ſimpl. & ♂tiale,* ♁ *nat. &* ♁. ☿ *diaph. lap.* 69. *CC. ſ.* △*e, mater perl. unicorn. foſſile* cum aquis & ſyrupis in potiunculam mutanda. v. g.

Rec. ▽ *Fl. ſamb.*
Acac.
Scabioſ.
Scord.
Pap. errat. aa. ℥j.
Diaſcord Fracaſtor.
♁ *Diaph. aa.* ʒj.
⊕ *Depur.* ℈ij.
Syr. papav. errat. ℥ij.
M. f. potio.
S.

Sonderl. Trâncklein darvon alle 4. Stunden 2. bis 3. Lôffel voll zuvor wohl umbgerittelt zu nehmen. vel.

Rec. *Pulv. March.* ʒj.
⊕ *Depur.*
♁ *Nat. pp.* ℈j.
Camph. gr. ij.
M. f. pulv. div. in VI. part. æquales.
S.

Verſüſſende Pulver darvon Morgens und Mittags eines in warmer Brühe zu nehmen.

Ut autem volatilia in principio minus conveniunt: ita in declinatione admodum ſunt ſalutaria. Diuretica omni tempore dari poſſunt cujus generis ſunt ∀ *fol.* ♀ *arcan. duplicatum,* ♀ ⊕ *lat. Tach. & alia.*

Rec. *Sperm. cet.* ℈j.
🜄 *fol.* ♀.
Arcan. duplicat.
Solut. lap. 69.
⊕ *Depur. aa.* ℈ß.
☿ *nat. pp.*
Croc. aa. ℈ß.
M. f. pulv. cujus doſis eſt ʒß.

§. 10. *Qartam indicationem* implent anodyna, nec non topica externa v. g.

Rec: 🜂 *rectif.* ℥ij.
♎ *lumbr.* 🜄 *ſtr. c.* ⊖ *vol.* ℥ß.
Balſ. peruv.
Camph. aa. ʒj.
⁂ *N. M.* ♋ ℈ij.
EE. caſtor. ʒij.
M. f. l a linimentum.
S.

Schmertzenſtillende Salbe den ſchmertzhafften Orth vvarm darmit zu ſalben.

CASVS XL.

De DOLORE EX CALCULO.

Hiſtoria.

Fœmina quædam XXVIII. amorum temperamenti ſanguinei & plethorica ante VI. circiter annos ex templo domum reditura in terram cum impetu in lumbos ruit, ut ad ſuos deberet repor-

tari

tari. Ab hoc tempore semper de dolore lumborum tensivo conqueritur ardorem urinæ patitur, arenam cum illa simul & calculos minores excernens. Vere ineunte in convivio laute vivit, vinum acidum ingurgitans magna in copia. Postero die nausea corripitur & vomitu cum præcordiorum anxietate. Sequitur dolor fixus lumbos occupans, & ad latera Ilei, & naturalia sese extendens cum extremorum tremore & frigore. Maritus, & liberi hac re perterriti nostrum petunt auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

MUlierem hanc *dolore ex calculo* laborare phænomena indicant in hoc casu recensita. Commode illa referri possunt ad 1. *essentialiter inhærentia* quo dolor pertinet fixus lumbos invadens & ad latera Ilei sese extendens. 2. *Consequentia* uti sunt nausea, vomitus præcordiorum anxietas, tremor extremorum, & frigus. & 3. *Antecedentia* ætas scilicet consistens, sexus sequior, temperamentum sanguineum, plethora, lapsus in lumbos impetuosus & abusus vini acidi & aliorum ciborum minus convenientium.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi seu partem affectam renes constituunt in utroque latere ad lumborum musculos & latera venæ cavæ & aortæ siti, per consensum autem intestina ventriculus & aliæ partes simul afficiuntur.

§. 3. *Causa proxima formalis* hujus morbi est spasmodica partium nervosarum, & membranacearum circa renes occurrentium contractio. *Materialem causam* calculus renibus aut ureteribus impactus constituit.

§. 4, Ex *causis occasionalibus* sexus sequior primo loco occurrit ætas consistens, & temperamentum sanguineum. His succedunt ple-

plethora lapſus in lumbos, tempus vernale, & abuſus vini acidi, & ciborum inconvenientium.

§. 5. Qnod *prognoſin* attinet notandum erit dolorem excalculo omnium eſſe acerbiſſimum Hinc ſanguinis ordo perturbatur genusque nervoſum in conſenſum trahitur, unde febres oriuntur, deliria, tremor, convulſio, & alia ſymptomata interdum etiam mors.

§. 6. In *cura* hujus mali medicus *ægram a præſente paroxyſmo debet liberare* & II. *a futuro* & imminente præſervare remediis convenientibus.

§. 7. In paroxyſmo 1. *dolores ſopiantur, partesque membranaceæ conſtrictæ relaxentur, & emolliantur* & II. *ſpasmo ſublato calculus expellatur.*

§. 8. *Primæ indicationi* demulcentia ſatisfaciunt, & antiſpasmodica in forma clyſterum balneorum, & alia adhibita v. g.

I.

Rec. ℴℴ *coct. chamom.*
Aneth.
expreſſ. amygd. d.
Bac. laur. aa ℥ß
♋ *carv.* ʒß
EE. caſtor. ℈j
M. f. clyſter. tepide injiciendus.

II.

Rec. *Hb. Malv.*
Chamom.
Abrotan.
Artemiſ. aa. m. ij
Sem. lin. ℥jß
Inciſ. contuſ. d. ad uſum balnei.

III.

Regio lumborum ſequenti inungatur unguento.

Rec. *Axung. tax.*
ℴℴ *Scorp.*
Hyoſc. aa ʒij
Junip.

Suc-

Succin.
Therebint.
Carv. aa ℥ß
M. f. linimentum &

IV. *Rec.* ⚇ *Amygd. d.* ℥ij
♎ 🜔 *d.* ʒj.
EE castor.

Schmerzen ſtillendes Trænckleìn darvon 2. bis 3. Löffel voll auf einmahl zu nehmen.

§. 9. *Secundam indicationem* diuretica implent 🜄 *ſc. fol.* ♀, *arcan. duplicat.* ♀ 🝆 *latus Tlachenij* &c formula videatur in præcedente caſu.

§. 10. Extra paroxyſmum ſequentia corpus a calculo præſervant I. *clyſſus* ♄ ♀ *ſatus, & Tr. nephrit. Ammelungii* ad gtt. 30. 40. in juſculo pinguiore. II. *pulvis Vollkammeri* ſeu hujus loco *concha-ſtæ* adhiberi poſſunt. III. Sequentes pilulæ magum habebunt uſum ſingulis ſeptimanis ſemel uſurpatæ v. g.

Rec. *MP. de ſuccin. Crat.*
Gum. ✳
⊖ *ſuccin.*
Extr. panchym. Croll. aa ℈j
Balſ. 🜍 *Terebint.*
Peruv. aa gtt. X.

IV. Omnia humida diluentia ⊖e 🜔oſo amaro abſterſivo prædita v. g. *acidulæ thermæ, infuſ. Hb. Theæ, Veron. Rad. Alth. hedr.* 🜄 *ſtr. urtic. mort. petroſelin.* nec non ſi ventriculus ferre poteſt *ſerum lactis* in copia ſumtum.

CASUS XLI.

De
ICTERO FLAVO.
Hiſtoria.

Vir quidam XXXII. annorum temperamenti cholerici poſtquam ira aliquoties incanduiſſet, & cibum ſtatim inde cœpiſſet, *cru-*

crurum & artuum ſentit laſſitudinem cum appetitu proſtrato & nauſea. Succedit dolor lateris dextri, & alvi quædam ſegnities. Albugo oculorum denique flava apparet, & totius corporis habitus flavo colore tingitur. Excrementa apparent albicantia, & urina excreta linteamina, & chartam immiſſam eodem colore tingit. Moræ itaque impatiens de nomine & eventu morbi ſollicitus noſtrum expetit auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1.

AFfectus hic eſt *Icterus* ex obſtructione ductus cholodochi proveniens. Illum adeſſe demonſtrant phænomena 1. *eſſentialiter inhærentia* color oculorum, & faciei flavus, fæces albicantes, & urina tingens quæ conjunctim ſumta ſignum Icteri pathognomonicum conſtituunt. 2. *Antecedentia* cujus generis ſunt ſexus virilis, ætas conſiſtens, temperamentum cholericum, & cibus poſt incandeſcentiam ſtatim ſumtus. Nec denique abludunt. 3. *Conſequentia* artuum & crurum laſſitudo, dolor lateris dextri, & appetitus proſtratus.

§. 2. *Subjectum* hujus *morbi* eſt habitus corporis ejusque integumenta: quo nomine cuticula, cutis, pinguedo & panniculus carnoſus venit. A quibusdam recentioribus corpus reticulare mucoſum additur arctiſſime cum cuticula cohærens, & cum cute ſubjectum Icteri conſtituens. *Subjectum cauſæ* eſt hepar, in ſpecie autem ductus cholodochi.

§. 3. *Cauſa* hujus morbi *proxima* eaque *formalis* eſt obſtructio ductuum cholodochorum factusque inde tranſitus bilis ad maſſam ſanguineam; *materialis* autem eſt bilis excrementitia in ſe quidem naturalis, ſed in ſecretionis colatoriæ motu impedita.

§. 4. Ex hactenus dictis *connexio ratioque ſymptomatum* facile poteſt deduci. A bile enim ad ſanguinem delata oritur *artuum crurumque laſſitudo*, cum craſis ſanguinis inde corrumpatur ut in fibris muſculorum ſtagnet, aut tardius moveatur, & fibræ humoribus dilatatæ legitime ſe nequeant contrahere. *Appetitus proſtratus* obſervatur ex com-

commixtione bilis cum saliva, & cum illa per ductus hepaticos ad ramos venæ cavæ transeat, & sanguini commisceatur ansam dedit reliquis symptomatibus. Succedunt enim *faces albicantes*, *& alvi segnities* ab obstructione ductus duodeni, & defectu bilis cibis digestis permiscendæ; *dolor lateris dextri* in quo bilis ad duodenum descendere molitur, & *color denique flavus in habitu corporis*, *& urina* deprehenditur a bile cum sanguine ad glandulas miliares, & renales delata, & ibi secreta.

§. 5. Ansam & *occasionem* huic malo ex rebus naturalibus sexus virilis dedit, temperamentum melancholicum & ætas consistens, ex non-naturalibus autem cibi post nimiam incandescentiam ingesti bilem inductibus cholodochis coagulantes.

§. 6. Quod *prognosin* concernit hoc malum non adeo erit periculosum cum bilis coagulata facile solvatur: unde etiam salutem non ita post longum temporis spatium redituram promittimus.

§. 7. In *cura* hujus mali causæ eo quo influunt ordine erunt removendæ. Hinc I. *auferantur causæ externæ* & II. *obstructiones ductuum cholodochorum aperiantur* III. *bilis etiam in M. S. hærens discutiatur* & IV. *symptomatum ratio habeatur*.

§. 8. Quod *primam indicationem* attinet obtinetur illa diætam legitimam imperando. Abstineat itaque ægrotus a cibis acribus & ⊖sis, alimentaque assumat boni succi & facilis digestionis, nec illa ingerat protinus ac ira est commotus. Corpus porro detineatur intemperato calore, animumq; gerat ad tranquillitatem compositum.

§. 9. *Ut secundæ indicationi* satisfiat optimo cum successu adhibentur vomitoria v. g.

Rec. ♀ ⊕at. Tach. ℈ß.
Emet. gr. iij.
M f. pul. S.

Brech-Pülverlein Morgens auff einmahl in warmer Brühe zu nehmen.

Huc pertinent etiam laxantia inprimis ⊖ina v. g.

Rec. ♀ ⊕at. Tach.
Crem. ejusd. aa. ℈ß.
Scamm. ♃ *at. gr. iiij.*
S.

 Pur-

Purgier-Pülverlein Morgens auff einmahl zu nehmen.

§. 10. His ſuccedunt diaphoretica inprimis volatilia, quæ & *tertiæ indicationi* ſatisfaciunt v. g.

Rec. ♎⊖✱ ℥ij.
Liqu. CC: *ſuccin.* ℥j.
EE. anod. ℈ß.
S.

Eröffnende Eſſenz darvon Morgens und Mittags 30. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen. vel

Rec. *Elix. propr.*
Tr. ♂tis aper. Zvvelff. aa. ℥ij
Anod. ʒß.
S.

Oeffnende Eſſenz darvon Morgens und Mittags 35. bis 40. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

§. 11. Nec fortaſſe inutile eſſet balneum aquæ dulcis, cui ſequentia addi poſſunt, ut *quartæ indicationi* ſatisfiat. v. g.

Rec *Hb. cent. min.*
Fumar.
Marub. aa. m. iij
Rad filic.
Chelidon maj. aa ℔ß.
Sigill. ſalcm. aa. ℥ij.
Farin. fabar.
Phaſeol. aa. ℥iß.

Incif. contuſ. d. ad chart.
S.

Species zum Bade.

F I N I S.

GREG-

GREG. THEOD. BARTHOLDI,
MED. DOCTORIS, ET PROFESSORIS QUONDAM GIESSENI

OPERUM MEDICORUM PARS TERTIA

COMPLECTENS

I. Praxin clinicam chirurgicam. generalem hiſtoriam morborum externorum, curationem & cautelas exhibentem.

II. Obſervationum & curationum chirurgicarum decades quinque.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

De Vulneribus.

SECTIO I.

De Vulnerum curatione.

SECTIO II.

De
Vulnerum inspectione.

LIBER II.

De
Fracturis.

LIBER III.

De
Contusionibus.

LIBER IV.

De
Luxationibus.

LIBER V.

De
Tumoribus.

SECTIO I.

De

Illis in genere.

SECTIO II.

De

Tumoribus ex motu & circulatione sanguinis inæquali & impedita ortis.

SECTIO III.

De

Tumoribus ex vitio & motu lymphæ impedito ortis.

LIBER VI.

De

Vlceribus.

PROOEMIUM.

Quemadmodum ex parte medicinæ physiologica notum est, *vitam & sanitatem* corporis humani in *perenni & decenti motu partium fluidarum per solidas* consistere: ita etiam vi oppositorum ex parte pathologica constat *morbum & mortem* huic *motui destructo* & *ablato* suam debere originem, vitiaque hujus motus tam in *partibus fluidis*, quam *solidis* hærere.

Partium fluidarum vitia, seu *morbos internos* hactenus consideravimus, quibus absolutis partium solidarum sub examen nunc vocamus, *morbosque externos* in praxi clinica chirurgica explicamus.

Referuntur illi quidem utplurimum ab auctoribus ad quinque classes *tumores* nimirum, *ulcera*, *fracturas*, *luxationes*, & *vulnera*; sed nos illis sextam adhuc nempe *contusiones* adjicimus, illasque ordine naturæ horum morborum magis conveniente perlustramus. Misso itaque priori ordine morbos externos in partium solidarum *mollium*, & *durarum* dividimus, & vulnera primo loco in scenam producimus cum illis oppositis fracturis. His *contusiones* succedunt, illisque oppositæ *luxationes*; agmen autem *tumores*, & *ulcera* claudent.

Aget itaque liber primus de vulnerum curatione & inspectione, secundus de fracturis, tertius de contusionibus, quartus de luxationibus, quintus de tumoribus, & sextus de ulceribus. Porro in illis explicandis, ut supra factum est, breves erimus historiam illorum primo loco in medium proferendo, secundo curationem, & tertio denique monita, & cautelas.

Faxit autem Deus T. O. M. ut hæc omnia cedant in nominis sui gloriam, proximique commodum & emolumentum.

LIBER PRIMUS.
De Vulneribus.
SECTIO I.
De Vulnerum curatione.
CAPUT I.
De Vulneribus in genere.

§. I.

INter affectus externos *vulnus* primum locum occupat, quod a chirurgis definitur quod sit *soluta unitas recens, atque cruenta in partibus mollibus a flexione fibrarum compagem superante facta.*

§. 2. *Subjectum* vulnerum partes fluidæ molliores constituunt, compositæ ex fibris carneis, nerveis, ac tendineis, quæ una cum vasis extensæ, & ramificatæ non solum integumenta & musculosas partes constituunt; sed in interioribus etiam viscera sanguinem & humores tam publici, quam privati usus gratia transcolantia.

§. 3. *Forma* vulnerum in flexione fibrarum compagem partium mollium excedente consistit ab objectis violentis tangibilibus acutis, & inæqualibus a causa externa in motum, & actum deductis proveniens: in specie autem instrumenta secantia, pungentia, nec non obtusa a violentia externa adacta, & alia inæqualia tam externa, quam interna huc pertinent.

§. 4. Magna est vulnerum *diversitas* & differunt tam ratione *partis affectæ*, quam *figura*, *&* *causa.*

Vulnus ratione partis affectæ 1. in vulnus *capitis* dividitur *thoracis* aut *abdominis*. 2. In *externum* & *internum*. Vulnus externum est, quod in partibus externis contingit: internum autem quod ad interiora penetrat. 3. In *simplex* & *compositum*. Vulnus simplex

dicitur quando partes ſolidæ molliores tantum ſunt laceratæ: compoſitum autem quod cum alio morbo fractura ſcilicet, aut contuſione conjungitur. 2.) Vulnus ratione figuræ *rectum* eſt *obliquum* aut *transverſum*. Vulnus rectum dicitur ubi fibræ ſecundum longitudinem ſunt diſſectæ: obliquum autem, & transverſum ſi læſio oblique, aut transverſim contingit. 3.) Vulnus ratione cauſæ in *cæſim, punctim*, aut alio modo factum dividitur. Vulnus priori modo contingens dicitur a Germanis **eine Hieb-Wunde** / poſteriori autem **eine Stich-oder Schuß-Wunde.**

§. 5. *Diagnoſis* vulnerum non eſt difficilis, cum cuivis in ſenſus & oculos incurrant, & ſequentia conjuncta habeant ſymptomata. Quam primum enim partes externæ, aut internæ diſſecantur, aut lacerantur ſtatim ſanguinem fundunt, aut ſerum plorant contentum, fibræ conſtringuntur & criſpantur unde hiatus, aut apertura ſatis patula in vulneribus partium carnoſarum oritur. His factis omnis intercipitur humorum circulatio in parte affecta, & per continuum ſanguinis appulſum ſyſtole cordis factum tumores naſcuntur jam ſimplices, jam vero inflammatorii qui inſigniter augentur ſi labia vulnerum non tuentur ab aeris liberioris acceſſu. Porro humor p. n. in fibris criſpatis ſtagnans vapeſcit, & corrumpitur: unde dolores oriuntur lancinantes, tenſivi, aut ardentes. Accedunt interdum a motu ſanguinis inæquali febris vulneraria, convulſiones & alia ſymptomata.

§. 6. Quod *prognoſin* concernit variat illa pro diverſa vulnerum conditione, partis affectæ, ſymptomatum concurrentium, & medicationis. Ita ex vulnerum magnitudine, profunditate, & ſymptomatum atrocia periculoſum omnino vulnus erit pronunciandum, inprimis quando præſidia nobiliſſima, juxta leges artis adhibita nihil proſunt, aut omnino adhiberi nequeunt, & contra.

§. 7. *Cura* vulnerum ſequentibus perficitur indicationibus ut 1. *removeantur cauſæ externæ* 2. *partes ſolidæ conjungantur, & conjunctæ ſerventur*. 3. *fluidarum motus, & temperies corrigatur &* 4. *ſymptomatum ratio habeatur.*

§. 8.

§. 8. *Prima indicatio* juſtum diætæ regimen requirit. Ut huic ſatisfiat *aeris* vitetur acceſſus inprimis frigidi, nimis calidi, eligaturque temperatus. *Victus* ſit tenuis & euchymus, vitentur acida, ⊖ſa, ſacharata, & eligantur hordeata, & juſcula cum ſucco chærefolii, Veronicæ, beccabungæ, portulacæ aliisque parata, nec non aromatica & dentur calide. *Potus* non ſit liberalior ſed moderatus ex cerevifia tenui, & probe defecata conſtans, & herbis vulnerariis maritata. Convenit etiam vinum dulce, non acidum, & ♀eum infuſum Theæ, Veronicæ &c. *Somnus & vigiliæ* moderate ſe habeant: ille autem ſit liberalior, nec æger decumbat in latus affectum. Vitentur porro animi paſſiones ira, mœror, Venus, riſus, & excreta aſſumtorum reſpondeant quantitati, alvusque adſtricta enemate ſolvatur.

§. 9. Ut *ſecunda indicatio* obtineatur 1. res peregrinæ, ſi adſunt, extrahantur modo & inſtrumentis convenientibus, pili circa vulnus deradantur, ſordesque vino calido dulci eluantur, & detergantur. 2. Hoc facto vulnerum labia conjungantur per ligaturam ſuturam ſpuriam, aut veram. Et ut conſolidatio promoveatur (1.) *digeſtiva* conveniunt cujus generis ſunt *Therebint.*, °° *roſ. farin. trit.*, *croc.*, *vitell. ov.* ex quibus unguentum parari poteſt. Nec non *mel roſ.*, *ſyr. de roſ. ſiccis*, vel *farina fabar. cum thur. fœn. Græc. & colophon.* ſubact. Compoſita ſunt *ungt. digeſt. Hildani*, *Baſil. aur. &c.* (2.) *Sarcotica* quo pertinent (*a*) balſama naturalia & artificialia v. g. *balſ. peruv. de Copaiv. balſ. Minder.*, *Vigonis*, *Arc. Hildani Croll. &c.* Interne dari poſſunt gum. minus acria ex vegetabilibus *ſtrobili pin. ſalic. fl. til. rad. Chin. Bardan. liquir. Alth. Malv. petroſel.* ſub potionis forma uſurpanda (*b*) mundificantia: de quibus *Jacobus Dondi* in ſuis remediis chirurgicis, & *Uffenbachius* in theſauro chirurgico. (3.) Carnem exſuperantem abſumentia. Mitiora ſunt *Hb. ſabin. cort. thur. granat. Gallæ*, *Aloe*, *ſpong. uſta.* CC. *uſt.* ▽♃ ☿ ruber. Ad fortiora *Euphorbium* pertinet ☉ ⊕, *ungt. Ægypt. lap. medicam. Croll.* & fortiſſima denique *cauteria actualia & potentialia.* Et (4.) Cutim generantia exſiccantia ſc. & conſtringentia,

v. g.

v. g. *Bol. Armen. sangu. Dracon. cret. cort. granat. balaust. fl. rof. rubr. Galla* ♆ *lota, plumbum ustum ceruss. litharg. tut.* ♀ *ust.* 🜨 *Roman. squamæ ferri.* Et ex his comp. *Empl. de lap. Calamin. dia-palm. ungt. dia-pomph.*

§. 10. *Tertia indicatio* diaphoretica requirit vitiis humorum in qualitate, & motu consistentibus debita. Conveniunt itaque hunc in finem *lap.* ♋, ♄ *diaph. simpl.*, ♂*tiale*, & ♃*viale* seu *antihect. Poterii*, ☿*na*, & alia cum acidis saturata, & aquis diaphoreticis propinata.

§. 11. Ut *quartæ indicationi* satisfiat symptomatum ratio habeatur: cujus generis sunt *hæmorrhagia, spasmus, inflammatio, dolor, febris &c.*

§. 12. Fluxus sanguinis sistitur remediis ex fonte chirurgico & pharmaceutico desumtis: ex fonte *chirurgico V. S.* desumitur, *vasorum compressio per torcular recentium*, & *constrictio*, nec non *cauteria tam actualia* quam *potentialia*, aut in casu graviori *vasorum dissectio*, vel etiam *partis amputatio.* Fons pharmaceuticus triplicia nobis exhibet remedia Ischæma: primum locum inter illa glutinantia occupant v. g. *farina volatica, gluten vulgare* in aqua solutum, ♀ *rad. symph. maj. cum album ov., sanguis calidus aut exsiccatus*, ♀ *Aloes. sanguis Draconis, colophonium, mastiche &c.* quæ glutinositate sua vulneribus adhærent, & exitum sanguinis impediunt. His succedunt obdurantia seu obstruentia spongiosa, & lanuginosa tam naturalia quam artefacta. Talia sunt *spongia marina* aqua aliquoties cocta, *fungus coriaceus quernus, lanugo salicis, fructuum cydoniorum, castanearum, pili leporis, telæ aranearum, muscus arboreus, lintea usta*, aut illorum *lanugo rasilis gossipium* & *charta bibula.* Agmen denique claudunt adstringentia aut styptica v. g. *frustum* ○, *cretæ* ⊗ 🜨, 🜨 *cypr. argilla fornacum* ✢ *mixta, crepitus lupi, liquores styptici*, ⁰₀ *caryoph.* 🜄 *rectificatus*, & ⁰₀ *Terebint.*

§. 13. Secundum inter symptomata locum *spasmus* occupat, cui per antispasmodica tam interna, quam externa obviam eatur. Ad externa 🜄 *simplex* pertinet aut *theriac. chamædr. chamæpyt.*

Ma-

Majoran, puleg. basilicum, menth. ruth. salv. fl. spic. lavend. stæchad. beton. bacc. laur. junip. in vino cocta, vel lacte, It. *axung. cati sylvestris*, aut *castor. cum* °₀ S *angel. anis. succin. terebinth. junip. petros.* in linimenti formam redacta: quibus denique pondus addit *præservatio a frigore* cujus accessus arceatur per adhibitum vas carbones △itos continens, aut linteamina calefacta vulneri circumposita.

§. 14. Spasmo *tumor* succedit tam simplex, quam inflammatorius. Simplex linteaminibus adhibitis facile cedit inprimis si fasciæ non adeo strictæ sint. In inflammatorio resolventia conveniunt v. g. *Hb. Scord. rorismar. salv. cent. min. Agrimon. Sabin. summitat. absinth. rut. Abrot. menth. Bryon. sem. Cumin. Levist. Fœnic. Carv. bacc. laur. junip. cort. citr. Myrrh. Aloe Cinnamom. macer.* vel cum vino decocta, aut ∇ extracta. Addi possunt ♌⊖✱, *camph. sperm. cet.* ∇ solutum.

§. 15. Quartum locum inter symptomata *dolores* occupant: quibus obviam iri potest resolventibus modo recensitis & anodynis v. g. *rad. Alth. lil. alb. malv. fl. melilot. chamom. samb. summit. aneth. farina fabar., lini, croco fl. papav. hyosc. bacc. herb. par. mandragora,* quibus olea addi possunt v. g. *Rosmar. lumbr. ∀str. chamæm. Aneth. Lini, Samb. Amygd. dulc. Nymph. papav. Hyosc. &c.*

§. 16. Quinto loco *febris vulneraria* succedit, in cujus cura *lap.* ♋ *cum* ♱ conveniunt *Antihect. Poter. succin. fl.* ♁ cum ⊕*osis plantag. Portulac. Tussilag.* Conducunt etiam ⊖*ia volatilia*, & alia diaphoretica acria, si febris ex sanguinis stagnatione oritur.

§. 17. Ubi *convulsiones* adsunt *Bals. peruv. rut. verben. imperat. Valerian. unicorn. ver. rasur. ungul. alcis liqu. CC. succ. Ess. castor.* cum *opiatis* aut etiam sine illis.

§. 18. Non nimium properandum est in sanguine sistendo quando æger ebrius est, aut ira enormiter commotus.

§. 19. Ne fluxus sanguinis semel inhibitus denuo superveniat æger sibi caveat ab omni tam corporis, quam animi commotione, alimentis ♌tuosis & aromaticis, vulnusque non nisi uno aut altero die elapso religetur, nec styptica importuna manu auferantur.

§. 20. Rerum peregrinarum extractionis contra indicans est summus ægrotantium languor & hæmorrhagia insignis superveniens.

§. 21. Labia vulnerum tumefacta ab aeris admissione fotu decocti resolventis & nervini, vino vel lacte facti ad pristinum statum reducantur.

§. 22. Si vulnerum labia non amplius sunt cruenta talia reddantur ablatis forfice oris callosis, ut natura suo balsamo illa uniri possit.

§. 23. Adductio labiorum fit sutura ligatione aut glutine vel instrumento comprimente.

§. 24. Sutura locum habet in vulneribus transversim factis ubi fasciatio locum non invenit, aut particula a suo contento non dum est separata.

§. 25. Interdum sufficit deligatura, idque in vulneribus artuum per longitudinem factis, & fit fascia simplici adhibitis spleniis labia vulnerum undique comprimentibus.

§. 26. Sutura sicca in vulneribus faciei adhibetur ad evitandam deformitatem quam puncturæ acuum alias afferre solent. Sufficit hodie emplastrum digiti minimi latitudinem habens, cutique pertinaciter adhærens.

§. 27. Læsiones profundiores non nimis cito sunt consolidandæ usque dum omnis sanies e locis profundis sit educta.

§. 28. In cura vulnerum a sclopetis inflictorum vulnus si non satis apertum amplietur cultro incisorio, patiens in statum locetur in quo vulnus accepit, & globulus si fieri potest digito eximatur aut facta incisione forcipe extrahatur, imponatur unguentum Basilicum & more solito consolidetur.

§. 29. Si globuli vel tela sint venenata aut vulnus morsu animalis rabidi inflictum, tunc conveniunt Bezoardica, diaphoretica, camphora, & theriacalia per longum tempus continuata.

§. 30. In tendinum, vulneribus sequens remedium commode adhibetur

℞. ℥

℞. ♁ *Terebinth.* ℥j.
🜄 ℥j.
camph. ʒß.
instilletur calide super imposito simul linteo 🜄 camphorato imbuto.

CAPUT II.

De Vulneribus capitis, & nervorum.

§. 1.

HActenus de vulneribus in genere egimus nunc ad species illorum accedimus & *vulnera capitis* primo loco in medium proferimus. Ictus itaque capiti illati *partes extra*, aut *intra cranium* contentas afficiunt. Extra cranium cutis occurrit cum musculis, & vasibus substratis pericranium & periostium. Intra cranium *dura & pia mater* continentur, quæ tam quoad membranam vulnerantur, quam vasa his volucris intertexta. Meningibus *cerebrum* succedit *cerebellum*, & *medulla oblongata* quæ variis modis læduntur, & concutiuntur.

§. 2. Medulla oblongata e capite egressa *medulla spinalis* dicitur, nec in spina dorsi ab instrumentorum vulnerantium tyrannide immunis est. Nervi denique in capite ex cerebro prodeunt, & extra hoc ex medulla spinali variis injuriis externis sunt expositi.

§. 3. Vulnera capitis cognitu sunt facilia, præsertim externa; difficilius autem cerebri, & nervorum læsiones patent; cognosci tamen possunt ex symptomatibus, actionibus animalibus, & vitalibus in hoc casu familiaribus. Ita cerebrum commotum judicatur si juxta *Hippocratem Sect. VI. aph.* 58. vulnerati obmutescant, sine sensu, & motu concidant, oculis non videant apertis & fere, seu utplurimum moriantur. Surculi, & radices nervorum in cerebro læsi non facile cognoscuntur a priori; sed a posteriori probabiliter. Singultus cerebri vulneribus superveniens radices nervi phrenici, palpitatio cordis, syncope & dispnœa tractus cerebri nervis carcardiacis &

pneumoniacis dicatos læſos teſtantur. Vulnera medullæ ſpinalis reſolutiones ſequuntur, ſpaſmi, convulſiones cum vomitu, urinæ & fecum citra voluntatem excretiones, aut illarum omnimoda ſuppreſſio. Nervus vulneratus cognoſcitur 1. ex loci vulnerati conditione & ex anatomia. 2. ex dolore vehemente quem pulſatio, inflammatio, convulſio, delirium, &c. ſequuntur niſi totus nervus transverſim ſit diſſectus.

§. 4. Quod *prognoſin* attinet de illa notanda erunt ſequentia *poryſmata.*

1. Vulnera capitis graviora interdum ſanantur, ex levioribus vero moriuntur percuſſi.

2. Integumentorum externorum vulnera haud ſunt lethalia, nec muſculi temporalis, ut hactenus fuit creditum.

3. Duræ ac piæ matris vulnera ſunt ambigua; ſinus autem duræ matris, ac vaſa cerebri penetrantia lethalia.

4. Non omnis cerebri commotio eſt lethalis ſed illa tantum ubi hinc emergentia pathemata non ſolum facultatem animalem; ſed ſimul vitalem enormius turbant, & remedia alias congrua illis ſolvendis non ſufficiunt.

5. Vulnera cerebri quatenus cerebrum lædunt non ſunt lethalia; ſed quatenus cordi, & facultati vitali vim inferunt.

6. Medullæ ſpinalis vulnera quæ ejus principium paulo profundius afficiunt per ſe ſunt lethalia, nec non alia inferiori, aut ſuperiori ejus parti inflicta.

7. Læſiones truncorum nerveorum, qui organis vitalibus motum ac ſenſum præſtant inprimis octavi paris, intercoſtalis, ac diaphragmatis, per ſe ſunt lethales.

8. Idem ſit judicium de ramorum ac plexuum nervoſorum profundioribus, atque interiora corporis perreptantibus.

§. 5. Vulnera capiti inflicta eandem quam reliqua admittunt *curam.* Hinc I. *removeantur cauſæ externæ* II. *partes diviſæ uniantur* III. *motus humorum promoveatur* & IV. *ſymptomatum ratio habeatur.*

§. 6.

§. 6. *Prima indicatio* diætam requirit convenientem. Ut hæc obtineatur frigus, & calor *aëris* ambientis arceatur, & vulnus inter ligandum linteamine calefacto sedulo tegatur. *Victus* sit tenuis & boni succi; potus autem calidus, & purus, cerevisia herbis cephalicis imprægnata, decoctum cephalicum & traumaticum, nec non vinum bonæ notæ. *Somnus* sit largior, & *quies* cordi habeatur. *Animi affectus* sint pacati, ira proscribatur, terror & tristitia nec non Venus & risus. *Excernenda* promoveantur, illaque excedentia in ordinem redigantur.

§. 7. Ut *secunda indicatio* obtineatur impedimenta removeantur, ut natura partes disjunctas iterum uniri possit. Hinc locus affectus ante omnia radatur, vulnerisque conditio per specillum obtusum aut candelam ceream exploretur. Si vulnus non est apertum aperiatur, ut per ampliatum vulnus introspici possit, fragmentaque libera eximantur, aut adhuc cum toto cohærentia naturæ separanda relinquantur. His factis membranarum & cerebri vulneribus *syrupus* vel *mel rosarum* instilletur, vel *balsamus peruvianus* solus aut cum *Mirrha*, *Aloe*, *Camphora* mixtus vel etiam *Tinctura succini*. In vulnerum deligatione ♀ Aloes illa exsiccentur, & superponatur Empl. Vigonis, de betonica, dia-chylon, de matre sylv. vel etiam hoc

℞. *Empl. de beton.* ℥ij
Camph. ℈j
°₀ *laur.* ʒij m. f. l. a. Emplastrum.

his emplastris super imponantur sacculi ex resolventibus vel etiam hoc cataplasma

℞. *Hb. beton.*
scord.
ruth.
absinth. a a m ij
far. sem. lin.
fabar.
fl. chamom. aa ℥jß

coquantur in vino & applicentur tepide, tandemque sudarium com-

mune concinne applicetur. Hæc ſingulis diebus ita repetenda ſunt donec nulla fragmenta, aut alia ſymptomata amplius deprehendantur: quo obſervato balſamica adhibeantur, ac tandem ſarcotica.

§. 8. *Tertiæ indicationi* cephalica, & nervina ſatisfaciunt tam *volatilia*, & ex illis parata v. g.

℞. ♎ *Apopl.* ℥ß.
⊕ ✱ ʒij.
♂ ♌ *lavend. gtt.* vj.

quam *fixa* v. g.

℞. ♀ *epilept. March.* ʒj.
ſpecif. ceph. Mich. ʒß.
laud. opiat. gr. iij.
Div. in IV. *part. æquales.*

§ 9. *Quartæ* denique *indicationi* ut ſatisfiat ſymptomatum ratio habeatur uti ſunt *hæmorrhagia*, *vertigo*, *vomitus* & alia ſupra jam recenſita. Fluxum ſanguinis vulneribus capitis conjunctum *oleum Terebinthinæ* ſedat optime. In vomitu ſimul conjuncto *ſyrupus granatorum acidus* convenit. Vertigo tollitur cavendo ab aere frigido, factamque criſpaturam reſolvendo per decocta ex emollientibus nervinis, & cephalicis parata.

§. 10. Præſtat in omnibus capitis vulneribus ſollicitum eſſe, quam nimis ſecurum.

§. 11. Ne ſanguis ſtagnatione obſit V. S. adhibeatur, clyſmata blanda, & decocta vulneraria.

§. 12. Cavendum eſt in cura vulnerum capitis ab omnibus pinguibus particulis ſuis ramoſis poros cranii obſtruentibus cariem inducentibus.

§. 13. Adſtringentia porro proſcribantur quæ humorum circulationem impediunt.

§. 14. Capitis vulnera non nimis cito ſunt conſolidanda niſi ſanguis prius ex illis ſit exhauſtus.

§. 15.

§. 15. Cum vulnus capitis religetur vas carbonibus ignitis impletum adhibeatur ad frigus aëris ambientis infringendum.

§. 16. Non applicanda sunt acria volatilia detergentia aut mundificantia, quæ nutrimentum absumunt, & dolores magnos inferunt.

CAPUT III.
De
Vulneribus colli & thoracis.

§. 1.

CAput excipit collum & thorax, quæ partes variis injuriis externis sunt expositæ.

§. 2. Collum ex partibus externis, & internis constat. Ad illas *integumenta communia* pertinent *musculi*, & *vertebræ*; ad has autem *vasa sanguinea*, *nervi*, *aspera arteria*, & *œsophagus*: quæ partes conjunctim vulnerantur aut separatim.

§. 3. Simili modo *partes thoracis* in *externas* & *internas* commode dividi possunt. Ad externas præter *integumenta* communia anterius *sternum* pertinet, utrinque ad latera *costæ* cum *musculis intercostalibus externis & internis*, & a tergo *vertebræ*, quarum VI. ab anatomicis numerantur. In thorace variæ continentur partes, quæ simul cum externis vulneari possunt: cujus generis sunt *cor cum vasis*, *arteriæ*, & *venæ mammariæ*, *azygos*, *pulmones*, *ductus thoracicus*, *diaphragma*, & *nervi intercostales*, *phrenici*, & VIII. paris.

§. 4. *Diagnosis* horum vulnerum non est difficilis præsertim in partibus externis contingentium, nec partium internarum læsiones poterunt esse occultæ, cum ex anatomia, actionibus læsis, & excretis facile innotescant. Ita vasorum diæreses ex impetuosis & lethalibus hæmorrhagiis cognoscuntur.

Vulnus asperæ arteriæ ex turbata respiratione, & aere externo ad pectoris cavitatem deposito, & œsophagi vulnera penetrantia illius functionem turbant, & interpellant alimentis transitum ad stomachum denegando, vel ad cavitatem pectoris assumta transponendo

nendo in qua tanquam loco ſibi alieno computreſcendo ſymptomata lethalia producunt.

§. 5. Si ſanguis cum tuſſi rejicitur, & aer e vulnere progreditur vulnus ad thoracem uſque penetraſſe indicatur. Spirandi præterea difficultas adeſt, ſanguis ex ore effluit ſpumans, ex plaga ruber & ⌒ cum ſono fertur. Si ſpatioſa, & ampla laxitas eſt, paucus ſanguis ſpumans ex plaga prodit, & ex ore per vomitum redditur, cervicis vaſa attolluntur, lingua alium colorem ſumit, ægri multum ⌒ attrahunt, frigida appetunt, & ſi diuturnus morbus ſit febris, & marcor homines conſumit, aut ſuffocati intereunt.

§. 6. Quod *prognoſin* attinet eventus horum vulnerum ex ſequentibus poriſmatibus colligi poterit.

1. Vulnera levia, & externa colli, & thoracis omni carent periculo: ad interiora autem penetrantia viſcera nobilia, & organa vitalia lædentia, & deſtruentia lethalibus utique ſunt annumeranda.

2. Arteriarum carotidum, ac cervicalium, venarum jugularium internarum, & vertebralium diæreſes impetuoſas, ac lethales excitant hæmorrhagias. De jugularibus externis mitius ferendum judicium cum remedia chirurgica illis obdurandis ſufficiant.

3. Bronchi externi inciſiones difficile quidem curantur ſed non ſunt inſanabiles; tracheæ a. interioris lethales.

4. Vulnera gulæ intra collum adhuc conſtitutæ non ſunt lethalia, in thorace autem deliteſcens portio vulnere paulo majore pertuſa lethalia producit ſymptomata.

5. Cordis vulnera ſunt lethalia, ſive ventriculis inferantur, ſive vaſibus coronariis, aut illius ſubſtantiæ, dubia autem pericardii.

6. Idem ferendum judicium de vaſibus cordis majoribus, nec non ſubclaviis, mammariis, intercoſtalibus, & vena Azygos.

7. Vulnera pulmonum propter vaſa ſanguifera lacerata, & propter ramos tracheæ læſos ſunt lethalia extra hos caſus autem minus.

8. Ductus thoracici læſiones mortem inferunt, ut & diaphragmatis, ſepti, & nervorum thoracis.

§. 7. In

§. 7. In *cura* horum vulnerum quæ illam admittunt I. *removeantur causæ externæ* II. *partes disjunctæ uniantur* III. *motus humorum corrigatur &* IV. *symptomatum supervenientum ratio habeatur.*

§. 8. *Primam indicationem* obtinemus diætam legitimam imperando. Ad hanc rite instituendam *aer* vitetur frigidus ac nimis calidus ac eligatur temperatus, aerisque qualitas excedens omni modo ab his vulneribus arceatur. *Victus* sit tenuissimus ex avenaceis constans, jure carnium, pullorum gallinaceorum decocto caricarum, vitenturque omnia acria & acida. In potum cedat cerevisia tenuis cum ras. CC. vel decoctum hordei cum passulis, liquirizia & herbis vulnerariis paratum. Vinum acidum, asperum, & omnia pectori inimica fugiat. *Motus* proscribatur, ejusque locum *quies* occupet. Relegentur etiam *animi pathemata* graviora inprimis mœror & tristitia.

§. 9. *Secunda indicatio* chirurgi operam requirit vulnus explorantis, res peregrinas removentis, & modo convenienti deligantis.

§. 10. *Tertiam indicationem* medicus implet humores stagnantes resolvendo, & in motum agendo *absorbentibus, diaphoreticis, & specificis antipleuriticis.*

§. 11. *Quarta indicatio* symptomatum rationem habere jubet: cujus generis sunt *hæmorrhagia, paralysis gulæ*, & hinc *denegata deglutitio, Pleuritis, Empyema*, & alia supra jam recensita. Hæmorrhagiam vulneribus bronchi, & œsophagi conjunctam ♆ sistit externe applicatus quo nihil securius est, & ad reliqua duo mala evitanda °° *Terebinth. vulneri* instilletur ♎ *lumbr.* & *camphora.* Pleuritis specifica requirit antipleuritica ♁ *diaph. lap.* ♋. *mand. luc. pisc. sperm. cet. sem. card. bened. Mar. papav. errat.* non omissis expectorantibus, & sanguinem coagulatum resolventibus. Empyemate facto pus e cavitate thoracis educatur adhibito cauterio, aut facta paracenthesi.

§. 12. In bronchi vulneribus pulveres resolventes conveniunt *ex lap.* ♋. ♁ *diaph.* ∀ *sigill. Myrrh. &c.* parati nec non suffitus

tus ex *olibano oppoponace, asa fœtida, castoreo & camphora,* nec non epithema calidum ex ♀ *lumbr. & vini campherat.*

§. 13. Vulnera bronchi absque sutura, & glutine coalescunt modo impedimenta removeantur remediis convenientibus, adhibito emplastro stypt. Croll.

§. 14. In cura vulnerum œsophagi fumus ex succinno, Mast. &c. convenit, qui etiam linteo complicato excipi, & parti affectæ imponi potest.

§. 15. Consolidationem vulnerum bronchi, & œsophagi balsamus peruvianus promovet cum °° Hyperici.

§. 16. Chirurgus statim ad vulneratum in thorace vocatus inquirat num vas magnum læsum sit, tum sanguinem eliciat jubendo ægrum parti vulneratæ incumbere, os & nares constringere ut sanguis expellatur.

§. 17. V. S. in thoracis vulneribus nullius est usus cum æger illa facta adhuc reddatur debilior.

§. 18. Si vulnus thoracis non satis pro puris exitu pateat, imponi potest turanda ex spongia parata cum filo.

§. 19. Si foramen satis amplum sit plumaceolum ex linteis carptis formatum, ac idoneo digestivo oblitum cum emplastro acidum temperante imponatur bona adjecta ligatura.

§. 20. Turundis applicandis non nimis diu insistendum est, ne fistula pectoris producatur incurabilis, nec exspiratio fiat fortis, & frequens.

§. 21. Chirurgus in pectoris vulneribus inquirat num in thoracis cavitatem penetraverit vulnus motu tremulo flammæ candelæ accensæ, & plumæ vulneri admotæ.

§. 22. Pus [super diaphragmate contentum], quod ob situm nimis altum nec per vulnus, nec tussim, aut urinam potest expelli paracenthesin indicat.

§. 23. Paracenthesi facta pus non una sed repetis vicibus emittatur.

CAP.

CAPUT IV.

De *Vulneribus abdominis.*

§. I.

THoraci abdomen ſuccedit in quo plura, quam in thorace contingunt vulnera lethalia.

§. 2. Abdomen ut reliquæ humani corporis regiones in partes *continentes*, & *contentas* poteſt dividi. Inter partes continentes præter integumenta communia & muſculos in anteriore & laterali ejus parte peritonæum, & omentum cum coſtis ſpuriis, & in tergo vertebræ occurrunt.

§. 3. Partes abdominis contentæ *chylificationi* inſerviunt, *ſanguinis depurationi*, aut *generationi.* Organa chyloſeos ventriculus conſtituit, & inteſtina, cum meſenterio, vaſibus lacteis & receptaculo lumbari. Sanguinis depurationi hepar inſervit cum annexa veſica fellea, lien, renes, veſica urinaria, cum vaſibus ſanguiferis majoribus trunco Aortæ deſcendentis, & venæ cavæ, cum inſignioribus horum propaginibus cæliaca, utraque meſeraica, vena portæ, vena ſplenica cum utrisque emulgentibus, Iliacis, vaſibus lymphaticis & nervis. Organa generationi dicata virilia ſunt aut muliebria. Ad illa vaſa ſpermatica pertinent, & veſiculæ ſeminales; ad hæc autem ovarium cum tubis Fallopianis, & utero.

§. 4. In abdominis vulneribus *dignoſcendis* ſitus partium in illo contentarum cognitus & perſpectus eſſe debet, ut ex ſymptomatibus conjunctis, & excretis pars affecta ſtatim innoteſcat. Vulnera ventriculi viſu dijudicantur cum alimenta & potulenta ingeſta e vulnere effluant. Adſunt præterea vomitus pituitoſi, & bilioſi, tormina, ſingultus ſudores erumpunt frigidi, & extrema frigeſcunt cum appetitu proſtrato, & convulſionibus. Nec minus vulnera inteſtinorum oculis uſurpari poſſunt ſi illa magna ſunt & aperta. Si inteſtina tenuia læſa ſunt chylus aut cibus

& potus per vulnus effluit, dolor adest insignis accedit febris, & nausea. Intestina crassa vulnerata deprehenduntur si feces per vulnus exeunt, & fœtor stercoreus se exhibet cum alvo adstricta. Vulnus intestinis punctim illatum difficulter cognoscitur a priori, facilius autem a posteriori ex symptomatibus & excretis. Si enim vulneratus animi deliquio corripiatur, superveniant anxietates, inquietudines, convulsiones, & febris, sanguis per os aut anum excernatur, & clystere injecto cruor eliciatur, de intestinis vulneratis non amplius erit dubitandum.

§. 5. Vulnus hepatis ex vulneris situ quantitate, & symptomatibus conjunctis cognoscitur. Si enim vulnus est in dextro latere tribus unciis ab umbilico distans, eoque superius, & versus spurias costas oblique procedens, estque profundum si specillum chirurgi ultra digiti cum dimidio longitudinem intruditur hepar læsum esse facile cognosci potest, si multum sanguinis ex vulnere manat, si dolor intensus est, evomunt bilem, & in ventrem melius decumbunt sauciati. Vulnus ad lienem pertingens cognoscitur si in sinistro latere infra ventriculum circa lienis situm est inflictum, & sanguis ater effluit.

In renibus vulneratis urina vel supprimitur, vel difficulter redditur, & cruenta excernitur, dolorque ad inguina extenditur. De plaga vesicæ illata constat si vulnus per Hypogastrium prope ossium pubis commissuram in abdomen penetrat, vulneratus hæmorrhagia insigni, vomitibus, atque dolore ejusdem regionis ad lypothimias frangitur, & per vulnus omnis urina, nulla vero, aut parva in quantitate per urethram excerntiur.

§. 6. Vulnus vesiculis seminalibus, vasibusque spermaticis illatum generandi quandam post se relinquit impotentiam: vulnus uteri autem cognoscitur ex antecedente causa violenta, dolore, & effluxu sanguinis cum animi deliquio.

§. 7. Ut eventus horum vulnerum constet sequentia porismata notanda erunt.

1. Ventriculi vulnera tam ratione vasorum, quam propriæ sub-

ſubſtantiæ ſunt lethalia: interdum autem plagæ in antica & laterali ejus parte coaleſcunt.

2. Ictus inteſtina penetrantes majores, & graviora ſymptomata conjuncta habentes per ſe mortales ſunt.

3. Meſenterii rupturæ non facile interficiunt niſi hujus vaſa majora cum glandulis pluribus, & majoribus lacerentur.

4. Vulnera vaſorum lacteorum primi generis non ſunt lethalia niſi illa in pluribus, aut majoribus contingant: plus periculi autem metuendum eſt a vulneribus vaſorum lacteorum ſecundi generis, & receptaculi lumbaris.

5. Plagæ pancreatis niſi ob vaſa ſanguifera lacerata non ſunt lethales. Idem de omento erit judicandum.

6. Hepatis vulnera ſunt lethalia nec non folliculi fellei, pori hepatici, & ductus cholodochi: mitius autem de vulneribus hepatis ſuperficialibus eſt judicandum.

7. Ligamenti umbilicalis vulnera dubia ſunt: lienis autem lethalia.

8. Renum vulnera mortem inducunt, quæ vaſorum emulgentium ramos, & pelvis poros penetrant, illorumque ſubſtantiam profundius, ac latius incidunt. Idem de ureterum præciſionibus, & veſciæ plagis ferendum judicium.

9. Uteri vulnera lethalia ſunt, nec non vaſorum ſanguiferorum abdominis.

§. 8. In *cura* vulnerum abdominis, quæ illam admittunt I. *removeantur cauſæ externæ* II. *partium disjunctarum conſolidatio promoveatur* III. *humorum &* IV. *ſymptomatum ſupervenientium ratio habeatur.*

§. 9. *Primam indicationem* diæta implet correcta, & emendata. Præſcribatur itaque vulnere abdominis laboranti conveniens, ut vitet *aerem* calidum aut frigidum, & eligat temperatum. *Cibus* ſit tenuis, & euchymus, & *potus* moderatus, purus, & defecatus virtute herbarum traumaticarum impregnatus. *Motus* fugiatur, *quies* promoveatur, & amplectatur ambabus manibus, Proſcribantur

animi motus graviores, ira, mœror, triſtitia, Venus & riſus.

§. 10. *Secundam indicationem* medicus & chirurgus implebunt decenti vulneris exploratione, rerum peregrinarum remotione, partium prolapſarum repoſitione, labiorum vulneris convenienteconjunctione, uſuque remediorum digeſtivorum, ſarcoticorum, & cicatriſantium.

§. 11. *Tertiam indicationem* medicus obtinet abſorbentia, diaphoretica, & blanda diuretica cum ſpecificis maritata exhibendo: cujus generis ſunt *lap.* ♋, ♄ *diaph. Antihect. Poter. Mumia ſperma ceti &c.*

§ 12. *Quarta indicatio* ſymptomatum rationem habere medicum jubet, de qua ſupra jam actum eſt.

§. 13. In vulneribus fibroſis & glandulosis liquida ♌tuoſa digeſtiva conveniunt.

§. 14. Nocent in hujusmodi vulneribus frigida repellentia, nec non V.S. & purgantia.

§. 15. In ventriculi vulneribus omnia remedia calide adhibenda ſunt.

§. 16. Si vulnera ſunt ampliora, pars ventriculi vulnerata ad ventris muſculos trahatur & cum illis conſuatur.

§. 17. Vulnera abdominis non ſunt amplianda niſi inteſtina prolapſa ob nimiam diſtenſionem reponi nequeant.

§. 18. Pori inteſtinorum obſtructi aperiendi ſunt flatusque diſcutiendi *lacte calido in quo flores chamom. vel linum nendo recens contortum & coctione non dum purgatum coctum eſt*, quo facto reponantur, vulnus conſuatur relicto foramine pro turundis.

§. 19. Vulnera abdominis ſpecillo ferreo non ſunt exploranda, convenit potius candela cerea, vel ſpecillum plumbeum flexile.

§. 20. Omentum prolapſum, & ob moram ſphacelatum non poteſt reponi niſi filum inter partem ſanam, & corruptam ducatur, hæcque abſcindatur, vulnus conſuatur filum extra abdomen pendulum relinquendo donec decidat.

§. 21.

§. 21. Omentum frigidum sequenti epithemate foveatur, & more solito reponatur v. g.

℞. ♌ *matrical.* ℥iij.
▽ *menth.*
Regin. Hung.
physagon. aa ℥ij.
camph. ʒiij.

§. 22. Si inteſtina fuerunt læſa vulnus conſuatur, & balſama vulneraria apponantur *Myrrhaque* aſpergatur, *Aloe, camphora.*

§. 23. Si vulnus abdominis nimis amplum fuerit, conſui poſſunt labia vulneris cum vaſibus peritonæi.

§. 24. Si inteſtina prolapſa gangrænoſa fiant, & feces exeant non ſunt conſuenda, ſed adhibeatur ▽ ♃ & ♈ *camph.* ut conſolidatio ſponte ſequatur.

§. 25. In vulneribus hepatis ſemper ad hæmorrhagiam reſpiciendum erit, & adhibeantur abſorbentia cum *Eſſ. traumatica.* Injectiones inſtituantur ex traumaticis paratæ impoſito *Empl. Opodeldoch.*

§. 26. Eodem modo vulnera lienis erunt curanda quæ illam admittunt.

§. 27. Sauciatis renibus hæmorrhagia ſiſtatur, ⊡ ſuppreſſio præcaveatur & tandem abſtergentia mundificantia, & conſolidantia adhibeantur.

§. 28. Convenit in renum vulneribus *balſ. de Copaiv.* cum *Tr. Hyper.*, & *Alkekeng.*

§. 29. In vulneribus renum externa non ſunt negligenda injectiones ſc., linimenta, balſama & Empl. ſtict. Croll.

§. 30. In veſicæ vulneribus interne dentur *Eſſ. Hyper.* & *ſalv. cum liqu. CC. ſuccin.* & ♂ *terebinth.* Vulneri inſtilletur *balſ. de peru.* & *Copaiv. cum* ♂ *terebinth.* ♌ *lumbr.* & ♈ *camph.* Conſolidatio promoveatur interne potionibus traumaticis, & externe balſamis vulnerariis, ſacculis reſolventibus, & empl. ſanantibus.

§. 31.

§. 31. In partibus membranosis medicamenta applicentur calidissime, & interne dentur *antispasmodica*, *☿ina*, *castorina*, *camphorata & ♄iata.*

LIB. I.

SECTIO II.

De Vulnerum inspectione.

Thesis I,

Inter actiones medico - legales omnium frequentissima est vulnerum inspectio.

Ἔκθεσις.

AMbitum medicinæ consideranti facile occurret nimis arctis cancellis illius fines a scholis hactenus esse inclusos. Nam ut omittam Theologos, & fora ecclesiastica certis in casibus medicina carere non posse, leges publicæ medicinæ opera uti coguntur, illarumque multas sine illa nec legislator condit, nec explicare audet interpres. Cognatæ enim sunt medicina, & legum peritia disciplinæ, & ex utriusque connubio prodit medicina forensis. His pensitatis non injuste mihi agere videntur, qui præter finem illum medicinæ ultimum, quem scholæ hactenus solitarium admiserunt, sc. sanitatis conservationem & restitutionem, alterum adhuc adjiciunt *justitiæ* nempe quibusdam in casibus *administrationem curatiorem*, & medicinam forensem definiunt quod sit *ars casus forenses ad medicinam pertinentes ex principiis artis medicæ decidendi*, *ut judex inde informatus sententiam curatiorem ferre possit.*

Multi autem sunt casus medicis cum legis peritis communes, ideoque *medico legales dicendi*, in quibus decernendis judex medica implorat oracula. Rogant enim ut plurimum jureconsulti casus ambiguos disquirere in homine, aut in *aliis rebus.* Hinc etiam medici hominem visitant *vivum*, aut ejus *cadaver.* Vivus homo me-

medicorum judicio exponitur, si de ejus *ætate*, *pubertate*, *coeundi impotentia*, *morbis illorumque eventu*, *aptitudine ad tormenta sustinenda*, *& de plagis susceptis controvertitur.* Idem fatum fœminas manet si illarum perforatio, virginitas, stupratio, imprægnatio, & partus in dubium vocatur. Nec fœtus inde excluditur si discernendus, num fœtus fuerit maturus & vitalis, num monstrum hermaphrotides &c. Ad cadaveris inspectionem vocantur frequentius tam adulti, quam recens nati, fœminæ prius stupratæ, aut maris vulnere aut veneno interfecti, vel etiam suspensi, submersi, mortui reperti, vel mortem simulantis. Alias res præterea etiam medici perlustrant alimenta & loca salubria & insalubria, carcerem, instrumenta captivis destinata & alia magis extraordinaria.

Cum itaque uti ex hactenus dictis patet medici frequentius ad vulnerum inspectionem vocentur, ut in læsionis causam, condiciones, & effectus accuratius inquirant nos missis reliquis illam hac vice accuratius perlustrabimus. Fit autem illa *duobus modis vulnerato* sc. adhuc *superstite*, aut *illo mortuo*. Ultimum hunc actum nos hoc loco intelligimus, vulnerumque inspectionem definimus, quod sit *actio medici corpus humanum ex vulnere defunctum dissecantis, causamque lethalitatis in illo indagantis, ut judex hac cognita sententiam accuratiorem de homicidio ferre possit.*

Thesis II.

In vulnerum inspectione magistratus primam personam gerit & medicus secundam.

Ἔκθεσις.

Ita res plurimis quidem esse videtur; sed nos missa hac distinctione personas in hoc actu occurrentes in *spectantes*, *& agentes* dividimus. Ad illas *magistratus* pertinet, quo nomine judex venit, scabini & actuarius, nec non *reliqui spectatores*: ad has autem *medicus & chirurgus*.

Duo in medico in hoc actu requirantur *peritia*, sc. & *fides*. Illa intimiorem anatomiæ, physiologiæ, & pathologiæ notitiam comprehendit: ad hanc autem juramentum præstitum requiritur. Utraque in promotis reperiuntur: hincque Licentiati, & Doctores medici ad hunc actum requiri possunt, nisi poliatris, & physicis provincialibus ejusmodi munus publica auctoritate sit demandatum.

Chirurgi soli ad hujusmodi actus suscipiendos sunt inidonei, cum sufficienti rerum anatomicarum peritia non sint instructi, physiologumque præterea, & pathologiam omnino non calleant. Non quivis præterea ad hunc actum sunt admittendi sed prudentiores tum *propter consuetudinem*, tum quia chirurgiam tanquam partem medicinæ *exerceant*.

Thesis III.

Caute & circumspecte in vulnerum lustratione medicus & chirurgus agere debent.

Ἔκθεσις.

Ut vulneris lustratio rite instituatur cautione omnino opus est, certaque *requisita* circa hunc actum observanda veniunt in *antecedentia*, *concomitantia*, & *consequentia* dividenda.

Quam primum itaque de homicidio constat magistratus protinus inquisitionem instituat, medicum & chirurgum requirat, nec cadaver ante debite peractam sectionem sepeliri permittat. Ut medicus hanc lustrationem legitime perficiat.

I. *Locum sibi eligat lucidum, & si talis haberi non possit candelis commode, & sufficienter illuminetur.*

II. *Vitet nimiam spectatorum frequentiam prosectori inter operandum molestam accuratiorem investigiationem turbantem, & ad impatientiam urgentem.*

III. *Dum cadaver a sordibus per chirurgi discipulos liberatur, & ad secundum accommodatur, medicus ex adstantibus, & qui curam ægri habuerunt, & percussioni interfuerunt in constitutionem ægroti natura-*

turalem & p. n. præcedaneam inquirat, in armorum genus, ictus vehementiam, situm corporis dum percutiebatur, symptomata, medendi methodum, diætam, mortis tempus & alia, omniaque probe notet. His cognitis & ordinatis

I. *Partes externas probe lustret, læsionis occurrentis locum, situm longitudinem, latitudinem, & si fieri potest profunditatem demonstret, ac notet.*

II. *Caveat sibi prosector à styli, aliorumque instrumentorum intrusione antequam interiora vulneris detecta sint, & ab ipso medico, si opus est, sectio administretur.*

III. *Partibus externis artificialiter remotis cadaveris apertio provida, & suspensa manu fiat, & vestigium vulneris accurate perlustretur, sanguis extravasatus abstergatur, & vulnus intimius perlustretur.*

IV. *Non tantum in partem læsam, ejusque condiciones sedulo inquiratur sed totum simul corpus apertum intimius consideretur.*

V. *Vulnera observata detergantur, spongiis abstergantur, eorum locus, situs longitudo, latitudo, & profunditas præsentibus demonstretur, & accurate in relationis notula consignetur.*

VI. *Maxima circumspectione opus est in vulneribus punctim illatis, & a sclopetis inflictis ob tortuosas illorum ductus.*

Absoluto actu inspectionis *notata probe invicem conferantnr,* & juxta dictamen non tantum rectæ rationis, sed conscientiæ inprimis, & secundum genuina vulnerum lethalitatis cognoscendæ principia *relatio, & judicium sincere, scite, & legitime feratur* nullo habito respectu pretii, amoris, odii, aut alterius affectus.

Thesis IV.

Vulnus per se, aut per accidens lethale est, & contingit in capite, thorace, abdomine & reliquis membris.

Ἔκθεσις.

Finis hujus actus est *vulnerum lethalium dijudicatio.* Ut itaque hæc rite institui queat ante omnia sciendum est, quid sit vulnus, &

quæ ejus lethalitas? quæ omnia præsens thesis uberius explicabit.

Nomen vulneris est homonymum, & sumitur duobus modis *stricte & late.* Vulnus stricte sic dictum est *soluta unitas partium solidarum mollium*; late autem ut hoc loco pro *quavis læsione ab ictu violento externo partibus solidis mollioribus aut duris illata* sive illa *vulnus* proprie *sic dictum* sit, sive *contusio, luxatio*, aut *fractura.* Lethalitas porro idem est *quod causa mortis, & vulnus lethale* per consequens dicitur *quod plus tendit ad mortem, quam salutem.* Vulnus dividitur in *per se* & *per accidens lethale.* Illud dicitur, quod *sine alterius causæ interventu immediate mortem producit:* hoc autem quod *indifferens* est, & *ex quo vulnerati modo reconvalescunt modo pereunt ob alterius causæ interventum.*

Causa lethalitatis in *partibus fluidis quærenda est.* Quemadmodum enim vita corporis in perenni ac decente motu partium fluidarum per solidas versatur: ita mors nihil nisi destructus, improportionatus & inæqualis partium fluidarum motus est: & quæcunque læsio ab ictu externo illata *motum humorum per partes solidas tollit, improportionatum, & in æqualem reddit*, mortem inferre solet.

Ut vulnerum lethalitas clarius innotescat ex præcedente sectione species illorum hic repertantur.

Thesis V.

A sensatis testimonii rationem medicus deprómit.

Ἔκθεσις.

Effectus vulnerum inspectionum *relationum, renunciationum ac depositionum* nomine veniunt: in quibus condendis medicus necessaria observet requisita sequentibus porismatibus inclusa.

I. *In renunciationis contextu observata recenseat, nec temere aliquid fingat.*

II. *Talia ex sensatis concludat quæ inde probabiliter sequi intelligit.*

III. *Quæstionis statum accurate attendat, nec aliquid negligat, nec aliena immisceat.*

IV.

IV. *Terminis simplicibus & succinctis sententiam suam exponat, & argumentis conspicuis confirmet.*

V. *Ab hypothesi ad thesin non facile transeat, nec statum quæstionis confundat, suum interdum suspendat judicium, & peritioribus cedat.*

VI. *Cautus sit in futuris prædicendis, nec facile admittat hypotheses dubias. Perspicuus denique sit, nec unquam in favorem deponat.*

LIBER II.

De Fracturis,

CAPUT I.

De Illis in genere.

§. I.

QUod vulnus est in partibus solidis mollioribus, id fracturam in duris constituit: unde etiam fractura definiri potest *per solutam unitatem partium durarum in momento factam a flexione fibrarum illarum compagem superantium.*

§. 2. *Subjectum* fracturarum seu pars affecta sunt partes corporis solidæ duriores seu ossa varii generis, hinc inde in corpore humano occurrentia.

§. 3. *Causa* fracturarum *proxima formalis* est soluta ossium unitas facta a flexione particularum compagem illorum superante. *Causæ instrumentalis* nomine quævis violentia tangibilis externa, & interna acuta & inæqualis secans, pungens, & conquassans venit.

§. 4. Fracturæ non sunt unius generis; sed differunt ratione *partis affectæ, numeri, & modi.*

Fractura ratione partis affectæ 1. in fracturam *cranii, ossium colli, thoracis, abdominis & artuum* dividitur, & a parte affecta suam accipit denominationem. 2. Fractura ratione partis affectæ porro

simplex est, aut *composita.* Fractura simplex dicitur quando os quoddam solum est diffractum citra partium mollium læsione. Fractura composita est quæ cum alio morbo vulnere sc. aut contusione est conjuncta, & Germanis dicitur ein Schlitz Bruch, oder Bruch mit einer Wunde. Fractura ratione numeri *unica* est aut *gemina* seu *multiplex.* Illa dicitur quando unicum os uno in loco diffractum est; hæc autem quando ossa gemina, aut unicum diversis in locis tamen est diffractum. Fractura ratione modi *sextuplex* est 1. fractura ossis *in totum per transversum æqualiter aut inæqualiter,* seu *oblique facta.* 2. Fractura ossis in *longum* seu fissura est qnando partes ossium ab invicem non separantur, sed per longitudinem finduntur. 3. *Comminutio* s. fractura ossis in multas minores partes. 4 Ossium *discissio* instrumeotis acutis facta, & cum vulnere conjuncta. 5. Est *excissio* quando pars ossis exscinditut & plane a toto aufertur. 6. Est *contra fissura* seu fractura ossium cranii alio, quam in ictus loco contingens.

§. 5. *Diagnosis* fracturarum non est difficilis. Per transversum enim facta facile cognoscitur, dum tactu ossis fractæ extremitates separatæ deprehenduntur, & membrum fractum debile moveri non potest. Dolor acerbus præterea adest, & membrum brevius redditur. Fractura femoris & tibiæ omnem incessum tollit. Fissuræ cognoscuntur difficilius, deprehenduntur tamen ex membri p. n. crassitie, in æqualitate, atque dolore. Comminutio tactu facile explorari potest cum variis in locis digitos os facile excedat valde exasperatum.

§. 7. Quod *prognosin* attinet notandum erit fracturam per transversum factam facilius curari, quam per obliquum, & quæ inæqualitatibus prædita est. Eadem fracturæ unius ossis est ratio: faciliorem etiam curam admittit, quæ in ossis medio contingit quamquæ ejus capiti propior est, nec non simplex quam composita. Fracturæ vertebrarum lethales sunt si hinc secedentia fragmenta medullam eousque subeunt, ac penetrant ut eximi nequeant. Idem de costis judicandum si plures simul laceratæ sint cum reponi nequeant, nec repositæ contineri.

§. 7. Ut vulnerum ita etiam fracturarum *curatio* ſequentibus abſolvitur indicationibus, ut I. *removeantur cauſæ externæ* II. *partes oſſis fracti uniantur* III. *partium fluidarum &* IV. *ſymptomatum ratio habeatur.*

§. 8. *Prima indicatio* diætam convenientem requirit in legitimo ſex rerum n. n. uſu conſiſtentem. Primum locum inter illas *aer* occupat qui temperatus eſſe debet, vel ſi talis non ſit arte corrigatur quantum fieri poteſt. Frigidus enim poros conſtipat nimis calidus autem vires imminuit & putredini velificatur. Huic ſuccedunt *cibi* qui concoctu faciles, & optime nutrientes eſſe debent, quales ſunt brodia carnium, juſcula amygdalina, avenacea, & alia, carnes itidem molliores nec non ova ſorbilia. Quam maxime autem vitentur alimenta acria & acida valde idem ſalita & fumo indurata. Pro *potu* inſerviat cereviſia probe defecata, & in aſuetis in prandio, & cœna hauſtus vini bonæ notæ. *Quieti* ſi ullo in morbo certe in hoc erit ſtudendum, ne corpus inconcinne commovendo partes oſſium unitæ facile disjungantur. Hinc excrementa alvi linteo groſſiori multiplici excipiantur: nec æger nimis cito membro laboranti utatur, ac callum nondum ſatis firmatam diſſolvat: quod ſi vero debitum robur iterum nactum ſit blanda motione priſtini officii admoneatur. *Somnus* denique & *vigiliæ*, ut & *animi pathemata* modum non excedant. Alvus expediatur *cereviſia laxante, pilulis & crem.* ♀ *pilis ſacharinis, & aliis.*

§. 9. *Secundæ indicationi* quatuor ſpecialiores inſerviunt operationes nempe 1. *ἀντίτασις ſeu membri diffracti extenſio* 2. *διόρθωσις conformatio ſeu coaptatio* 3. *deligatio per emplaſtra, ſplenia, & ferulas.* & 4. *commoda repoſitio.* Membri fracti extenſio vel ſolis chirurgi eidemque ſervientium manibus vel ſimul habenis, linteis, faſciis vel machinis aut trachæis quibus pars læſa ita trahitur ut lineam rectam & tractum muſculorum ſervet. Dum membrum extrahitur chirurgus apta & expedita manuali operatione partes oſſium ſejunctas iterum coaptet & ad priſtinum naturalem ſtatum reducat. Debita oſſium fractorum conformatione facta in illa ita ſervanda ſuam

ſuam ponat operam. Imponat itaque emplaſtrum catagmaticum, & concinne deliget per faſciam tam ſimplicem, quam duplicem. Faſciis adjungat ſplenia ſicca aut medicamentis convenientibus imbuta, & ex corticibus tiliæ vel alia materia parata: quæ omnia deniquc vinculis firmanda, & debito modo conſtringenda ſunt. Poſt deligationem membrum debito modo reponatur, & in decente quiete detineatur.

§. 10. Tandem ut *tertiæ & quartæ indicationi* ſatisfiat partium fluidarum, & ſpirituoſarum ratio habeatur, gravia ſymptomata alias excitantium uti ſunt *febris*, *ſpaſmus*, *inflammatio*, *tumor*, *gangræna & ſphacelus*: quibus tam internis, quam externis remediis obviam eundum. Ad illa pertinent bezoardica tam media, quam fixiora v. g. *Tr. Bez. M.S. Diaſcord. Fracaſt.* nec non fixa reſolventia, atque abſorbentia ut ♀ *Bez. WVed. Ludov. Sennerti, pannonicus ruber, corall. lap.* ♋. *CC. uſt. & ſine* △*e, mater perl.* ℥ *diaphor.* ♀ *pleurit.*, *& ad caſum Auguſt.* ♁ *nat & factitia* ℥ij. (2.) nervina, balſamica, traumatica & anodyna v. g. ♀ *Epilept. March, ſpecif. cephal. Mich. liqu. CC. ſuccin. Eſſ. Myrrh. mum. balſ. Hoffm. Hyper. lign. decoct.*, *& infuſa traumatica & balſamica* ſeu coutina ſ. pugillaria *Eſſ. anod. extr. op. theriac. cæleſt.* nec non *emulſiones* temperatæ. Ad externa pertinent 🜄 *camphoratus Eſſ. matr. vinum cum* 🜔 *mixtum*, *decoctum* cum vino ex *balſamicis & nervinis paratum.* v. g. *Rad. Angel. Tr. flor. Hb. abrotan. roſmar. chamædr. ſcord. chamæpit.*, *rut. ſalv. fl. hyper. ſtæchad. Arab. Lavend. Myrrh. Maſtich. &c.*

§. 11. Antequam chirurgus ad operationes peragendas ſe accingat præparet inſtrumenta quæ ad extenſionem, deligationem, ac repoſitionem ſunt neceſſaria.

§. 12. Extenſio membri diffracti eum in finem neceſſaria eſt ut muſculi oſſis robore deſtituti in ſemet contracti, & abbreviati per vim iterum cum oſſe fracto elongentur ne oſſa in recedendo ſe invicem tangant, eorum prominentia frangatur, ac repoſitionem impediant.

§. 13. Repoſitione opus eſt ſi oſſa a ſe invicem receſſerint,

minus

minus autem si illorum extremitates extra situm suum non fuerint.

§. 14. Ossa recte iterum conformata esse conjici potest, si nulla amplius extuberantia aut inæqualitas ossium admotis manibus percipitur, dolores pungitivi cessant, ipsumque membrum ejusdem longitudinis, & figuræ sit cum altero.

§. 15. Si fractura cum vulnere, & contusione ossium sit conjuncta ipsa frustula separata provide prius eximenda sunt; sin vero sub carne adhuc delitescant, & cum reliquis cohæreant naturæ illorum separatio committenda est.

§. 16. Si os prominens per hiatum intro adigi nequit portio ossis prominentis forcipe acuta aut serra supposito ligno auferenda est.

§. 17. Ante impositionem emplastri catagmatici membrum fractura læsum 🜄 camph. Ess. matric. fl. samb., ac vino calido est illinendum abrasis prius pilis. Idem cum fasciis & spleniis faciendum.

§. 18. Emplastrum catagmaticum ita imponatur ut inter illius margines digiti, vel pollicis transversi spatium remaneat ne transpiratio in parte affecta impedita dolores, inflammationem & tumores producat.

§. 19. Si fracturæ vulnus simul jungatur in emplastro, & ferula foramen relinquendum est ad vulnus citra religationem rite tractandum.

§. 20. Fasciæ prius mixtura e *vino & 🜔 facta* vel decocto e nervinis cum vino parato calide sunt imbuendæ ut exactius partem ambiant, & a symptomatibus præservent.

§. 21. Ut chirurgus de fasciationis habitudine certus sit quærat de ægro an illa membrum satis arcte amplectatur, aut fortiter nimis & dolenter constringat. Signum præterea ligaturæ legitimæ tumor constituit circa membri finem oriens.

§. 22. Ferulæ ut fasciæ prius madefaciendæ & ita imponendæ sunt, ut ad digiti transversi latitudinem a se invicem distent, ne postea constrictæ sibi invicem incumbant, & membrum nimis comprimant.

§. 23. Inflammatio, dolor, pruritus, gangræna, & alia ſymptomata ſecundo, tertio aut quarto die ſupervenientia vel deligationis aliqualem, vel plenariam expoſcunt relaxationem.

§. 24. Vulnus ſimul conjunctum, niſi metus de oſſium fragmentis adhuc ſuperſit, partium disjunctarum unionem indicat. Hunc igitur in finem cruore ex illo expreſſo, & abſterſo chirurgus labia illius leniter adducat, illisque unguentum digeſtivum ex *terebinth. vitell. ov.* ♀ *rad. ir. flor. Ariſtol. rot. & myrrh.* confectum imponat. Per reliquum curationis tempus *balſama traumatica,* °° ♀ *fœtidum, balſ. de copaiv., vel peruvianum,* aut hæc inter ſe mixta, vel ſi caro luxurians generetur *ungt. fuſc. VVurzii ægyptiacum*, aut alia abſumentia adhibeat.

§. 25. Separatio fruſtulorum oſſium ſuccedit ſi *major puris copia*, quam tale vulnus capere poteſt *generetur* : Idem etiam *fœtor*, *labia* eo in loco *inflammata*, *caro laxa*, & *fungoſa*, vel ipſorum *fruſtulorum mobilitas* aut *dolor pungitivus* ab illis excitatus teſtatur.

§. 26. Ad fragmentorum ſeparationem promovendam *Elix. propr. ſine acido, Eſſ. matric. aut myrrh* calida per ſyphonem in cavitatem injicienda ſunt, vel etiam *balſamus de copaiva* turundis applicandus, vel etiam *ungt. fuſc. VVurz.* ad duritiem coctum cum fructu applicatur.

§. 27. Accidit etiam interdum ut callus vel tardius vel parcius gignatur, vel in mole nimia, ac indecora. Illud *oſteocolla* ad ʒj. quotidie ſumta promovet ; hoc autem callum attenuantia diſſolvunt, ligatura ſtrictior, *Empl. de ranis cum* ☿*io*, de minio, & °° *petræ album.*

§. 28. Fractura cruris male curata emendatur oſſa denuo frangendo, & legitime reſtituendo.

§. 29. Antequam crus denuo frangitur imponatur ſtercus columbinum in lacte caprillo coctum per VIII. dies.

CA-

CAPUT II.

De

De Fracturis cranii.

§. 1.

CRanii *fracturæ* peculiare quid habent: unde etiam seorsim hoc loco exponendæ erunt. Referuntur illarum ab auctoribus quinque species, uti sunt *contusia cranii, rima, sedes teli, depressio* & *contra fissura*. Contusio cranii est *solutio continui ossium cranium constituentium in minimas particulas solutorum, per compressionem osseæ substantiæ a rebus externis facta*. Reperitur illa in *superficie per unam aut utramque tabulam transiens*: porro etiam contingit *in osse frontis, occipitis parietalibus, atque petrosis*, nec non in *ossis planitie aut sutura*.

§. 2. Rima est cum *os cranii percutitur, illudque non cedit & ita rimam contrahit*. Rimæ *rectæ* sunt, *curvæ, latæ, angustæ, stellaris figuræ, longæ breves* in uno *osse* vel *ab hoc in aliud transeuntes*. Finit denique in *una vel utraque lamella* eaque vel *exteriore vel interiore*.

§. 3. Sedes teli est *læsio cranii in longum latum & profundum facta, instrumenti lædentis formam referens*. Si os ita succisum est, ut adhuc cum altero cohæreat dicitur *succisio*; sed cum ossis fragmentum decidit *recisio* audit.

§ 4. Depressio est *quando cranium versus inferiora deprimitur, illudque intus cedit, & cavitatem relinquit*. In junioribus sine fissura fit: in senioribus autem semper cum illa est conjuncta.

§. 5. Contrafissura dicitur *cum cranium in altera parte rumpitur quam ubi plagam accepit*. Auctores tres contra fissutæ statuunt species 1. quando *fit in opposita parte* 2. quando *dextra percutitur & in sinistra fit ruptura* 3. cum *superior lamina percutitur*, & *inferior rimas agit*.

§. 6. *Diagnosis* fracturarum cranii est admodum difficilis: patet tamen ex phænomenis *antecedentibus, concomitantibus, & con-*

ſequentibus. Ad antecedentia inſtrumenta lædentia pertinent, modus læſionis & alia. Concomitantibus accenſentur ſi æger ictu accepto, aut caſu ab alto in durum deciderit, ſine voce, viſu, & auditu permanſerit, in capite capilli videantur reciſi, os conſpicatur, ſpecillo oſſis durities, & ſonus percipiatur, tandemque ſub cute digito compreſſa inæqualitas occurrat. Ad conſequentia ſymptomata referuntur ſimul conjuncta, uti ſunt oculorum obſcuritas, vomitus, ſanguinis effluxus per os, nares, aures, obmuteſcentia, caſus ſubitaneus in terram, delirium febris, convulſio, paralyſis vertigo &c. Huc pertinent etiam *arte facta* v. g. ponatur aliquid ſub utraque maxilla, & ſi ægrotus illud maſticando dolorem, & ſonum percipit, fracturam adeſſe manifeſtum eſt. II. Jubent alii clavum, nucem aut alia duriora dentibus ſupponere, aut chordam illis apprehendere. Si objecta dura dentibus arrodere, putamina avellanæ frangere, aut ſonum chordæ pulſatæ perferre poteſt, tunc cranium adhuc integrum eſſe ſibi perſuadent, ſin minus admiſiſſe contrafiſſuram; ſed quo in loco nondum conſtat. Ut hoc cognoſcatur capiti ex toto raſo circumjiciunt maſſam quandam farinaceam, vel unguentum ex albumine ovorum cum maſtiche factum, applicatisque linteaminibus calidis humida linea in maſſa exſiccata relicta fracturam manifeſtabit.

§. 8. Quod *prognoſin* harum fracturarum attinet, de illa ut in ſuperioribus ſequentia notentur poriſmata.

§. 9. Calvariæ fracturæ per ſe non ſunt lethales ſed propter adjuncta, vel quod non cognoſcuntur.

§. 10. Cœca ſeu capillaris cerebri fiſſio periculoſior eſt evidente.

§. 11. Cranii contuſio aliquando non lethalis eſt, interdum autem talis ob dignoſcendi difficultatem.

§. 12. Inciſio, aut punctura minus lethalis eſt cum ut plurimum ob vulnus ſatis evidens ſit, & in oculos incurrat.

§. 13. Cranii fractura per ſe non eſt lethalis niſi forſan heterogenea educi nequeant, aut fragmenta enormius læſerint: contra

fiſſura

fiſſura autem non immediate ſed mediate demum lethalis exiſtit.

§. 14. In *cura* fracturarum cranii I. *removeantur cauſæ externæ* II. *partium ſolidarum* III. *fluidarum & IV. ſymptomatum ratio habeatur.*

§. 15. *Prima indicatio* diætam legitimam requirit in legitimo ſex rerum n. n. uſu conſiſtentem. *Aer* itaque ſit bene temperatus, ſi non natura fiat arte talis, & dum vulnus religatur aeris frigidioris acceſſus præcaveatur per oſtium, aut feneſtras tranſeuntis : deinde etiam cavendum ne lumen radiis ſuis recto tramite in ægroti oculos incurrere poſſit. Quod *cibum* attinet victus primis diebus ſit tenuis poſtea lautior, & liberalior. Porro æger *quietus* eſſe debet, & *ſomno* liberalius indulgere. *Tranquillo eſſe animo*, & ſanationem exoptare patientis erit, triſtitia abſit, mœror aliique animi affectus vehementiores, ita inprimis & excandeſcentia. *Alvus* denique *quotidie* ſemel aut bis *ſolvatur.*

§. 16. Ut *ſecundæ indicationi* ſatisfiat partes ſolidæ duræ ſecedentes auferendæ ſunt, illarumque inæqualitates tollendæ, nec non feſtucæ & res peregrinæ intra cranium hærentes trepanatione mediante removendæ, ſimulque adhibitis digeſtivis, & ſarcoticis partes molliores diſjunctæ iterum uniendæ.

§. 17. *Tertiam indicationem* reſolventia implent tam interne quam externe adhibita ſupra in capite de vulneribus tradita.

§. 18. Tandem etiam ut *quartæ indicationi* ſatisfiat huc referantur quæ ſupra de vulnerum ſymptomatibus protulimus.

§. 19. In capitis contuſione ſimplici ſanguis congrumatus reſolvatur, & ſi hoc fieri nequeat ſuppuretur, & abſceſſus apertus conſolidetur perinde, ac inflammatio.

§. 20. In contuſione capitis cum vulnere ſanguis ex vulnere detergatur, Empl. de Betonica aut Opodeldoch imponatur, & ſacculi ex emollientibus & cephalicis reſolventibus in vino cocti ſingulis horis alternatim imponantur. tandemque digeſtiva, & ſarcotica.

§. 21. In contuſione cum fiſſura humoribus ſtagnantibus diſ-

diſcuſſis cutis incidatur, fiſſura atramento notetur, ſedataque hæmorrhagia ſcalpro raſorio cranium tam diu radatur, donec fiſſura cum atramento ſublata ſit osque ſanguinolentum appareat: quo viſo ſequens pulvis inſpergatur

℞. *Myrrh.*
Aloes
Maſtich.
ſangu. Dracon. aa ℥j.
croc. ℈ß.
ſarcoroll. ʒß.

linteis carptis impleatur labiisque vulernum unguenta & emplaſtra applicentur convenientia.

§. 22. Si fiſſura fuerit ſuperficiaria remotis externis integumentis locus atramento notetur & tam diu deinde radatur donec nullum horum amplius ſuperſit veſtigium.

§ 23. Si atramenti veſtigia in ſecunda lamina adhuc apparent tunc illa perforanda eſt.

§. 24. Si fiſſura cranii ampla & dehiſcens apparet & materia purulenta &c. in quantitate effluit trepanatione opus non eſt.

§. 25. Si rima non ſit patens, nec ſanguini, aut puri exitus detur, os perforandum eſt niſi ſiphone exſugi poſſit.

§. 26. Si ſedes adeo ampla eſt ut materia in dura meninge collecta, aut aliæ res commode expurgari poſſint, non opus eſt perforatione, oræ tamen abradantur, ut fiſſuræ latentes in conſpectum veniant, & ſimul tolli poſſint.

§. 27. Fiſſura cum ſede conjuncta abradatut, & cum ſedo curetur.

§. 28. Cranium depreſſum emplaſtro aut inſtrumento elevatorio in ſitum naturalem eſt redigendum.

§. 29. Cranio elevato & naribus excitantibus ſubditis ſi ſopor non imminuitur de fiſſura inferioris laminæ, & collecta in meninge materia ſuſpicamur, eamque contra fracturæ ſpeciem adeſſe judi-

judicamus, de qua Hippocrates testatur quod illa nulla re curari possit.

§. 30. In depressione cum fissura & sede conjuncta fragmenta pungentia operæ naturæ si non lædunt relinquenda sunt, aut trepanatione mediante eximenda si membranas pungunt, oræ solutionis abradendæ, & si cerebrum læditur instrumento elevatorio elevandæ.

LIBER III.

De Contusionibus.

§. I.

FRacturas excipit *contusio*, quæ definiri potest quod sit *soluta unitas citra partium externarum manifestam aperturam in partibus mollibus, & duris facta, a flexione particularum compagem superante oborta.*

§. 2. *Subjectum* contusionis *adæquatum, & primarium* sunt partes corporis molliores, illarumque fibræ, vascula, & pori quæ primum impetum sustinere coguntur: interdum autem & hæc læsio ad ossa penetrat illaque in frustula comminuit, & contundit: unde illa etiam *inadæquatum seu secundarium contusionum subjectum* constituunt.

§. 3. *Causa* contusionum *proxima* est flexio fibrarum compagem partium solidarum mollium & durarum excedens. Ad *causas instrumentales* autem objecta dura externa obtusa & inæqualia pertinent.

§. 4. Magna est contusionum *diversitas* & differunt 1. ratione *partis affectæ*, & 2. ratione *graduum*. Contusionum ratione partis affectæ quædam contingunt in *capite, cranio. & aliis partibus externis*: porro etiam quædam simplex est, alia vero cum vulnere fractura, luxatione, &c. conjuncta, indeque composita dicenda. Ratione graduum contusio quædam *superficialis* est, & plures species comprehendit; alia vero *profundior* magis, & ad ossa penetrans, quæ

quæ comminutio ossium in plures partes minores dici potest. Ad superficialem *Ecchymoma* pertinet seu *suffusio & sugillatio* ejusque species *Hypopion* & *Hyposphagma* nec non *plaga*. Hypopion & Hyposphagma sanguinis concursus ad ungues ex plaga factus dicitur. Huc pertinent etiam *vibices*, *stigmata*, *peliomata* a fustigatione aut plaga exorta.

§. 5. *Diagnosis* contusionum non est difficilis cum in partibus externis facile in sensus incurrant. Non adest quidem sensibus obvia discontinuatio partium, attamen divulsio interior quoad fibras vascula & poros: unde etiam humores nimia in quantitate e vasibus effluentes, & stagnantes livorem dolorem, tumorem & inflammationem efficiunt. Idem contingit in partibus duris quæ externe integræ quidem videntur, interius autem comminutæ sunt, & ab invicem separatæ.

§. 6. Quod *prognosin* attinet notandum erit contusiones capitis omnium gravissimas esse, & eo pejores quo majorem concussionem in corpore efficiunt. Quo profundior est contusio, eo gravior deprehenditur. Sanguis sub pelle extravasatus insensibiliter discutitur, suppuratur, aut in gangrænam, & sphacelum abit. In pedibus & tibiis difficilius curatur quam in aliis partibus.

§. 7. In *cura* contusionum I. *causa externa removeantur* II. *humores subsistentes resolvantur & dissipentur* III. *si hoc fieri nequit suppurentur, abscessus aperiatur, & consolidetur &* IV. *symptomatum ratio habeatur.*

§. 8. *Primam indicationem* obtinemus diætam legitimam instituendo. Eligat itaque ægrotus hunc in finem *aerem* calidum, & temperatum, frigidumque fugiat, ac pluviosum. Conveniunt porro *cibi* eupepti fluidi, partibus aromaticis & volatilibus turgidi, vitentur sedulo frigida, ⊖ita, muriatica, ac acida. *Potus* sit calidus infusum Theæ, Caffæ vel alius herbæ volatilis, cerevisia variis herbis ac radicibus aromaticis maritata concedi potest, vel vinum Rhenanum cum lap. ♋ aut ⊖e volatili. *Somnus vigiliæ, motus & quies excreta ac retenta animique passiones* in decenti moderamine teneantur, rationique sanæ subjiciantur.

§. 9.

§. 9. *Secunda indicatio* resolventia requirit tam interna quam externa. Ad illa diaphoretica pertinent cum absorbentibus maritata e. g. ♀ *contra cas. Aug. sperm. cet.* ♁ *diaph., lap.* ♋, *mandib. luc. pisc. cinnabaris* & alia. De resolventibus externis supra jam actum est.

§. 10. *Tertiam indicationem* maturantia implent abscessum rumpentia, mundificantia, & consolidantia. Primi generis sunt *gummata minus acria* & alia plurimum ætheris transmittentia, & cutis poros occludentia. Abscessus aperitur benignioribus velut *Empl. diachyl. cum sinapi & ⊖c* vel *ferro & cauterio potentiali* vel etiam *scalpello*. Pure evacuato vulnus mundificandum est ♅ *camph.* ▽ *reg. Hung.* ♆ *bals.* ♀ *terebinth.* vel etiam *anisato*, *balsamo peruv. &c.* tandemque ut vulnus tractandum.

§. 11. Ut *quartæ* denique *indicationi* satisfiat symptomatum graviorum ratio habeatur, inter quæ *gangræna* potissimum locum habet. Ut hæc avertatur in gravioribus contusionibus scarrificatione profunda suffusio erit vulneranda, & sanguis grumosus eliciendus, postmodum *digestivum cum ungt. ægypt.* applicandum, factaque suppuratione *bals.* ♀ *s. peruviano* cicatrix obducenda erit.

§. 12. In contusione parti internæ læsæ conjuncta blanda dissolventia & diuretica conveniunt, sanguinem grumosum per dictas vias evacuantia.

§. 13. Si contusio in partibus externis hæret sufficiunt diaphoretica, & factam contusionem corrigentia.

§. 14. Ne febris accendatur vel foveatur *succinata acidulà* ⦶*sa, & temperata* conveniunt.

§. 15. Explorata suffusione, & capillis abrasis V. S. caute instituatur.

§. 16. Ut sanguis stagnans resolvatur externis *emollientibus, nervinis, & cephalicis* utendum est.

§. 17. ♌ ⊖ ✱ *cum* ⊖ ♀ paratus discutit humores stagnantes, & in membranosarum, & nervosarum partium contusionibus egregius est.

§. 18. *Balſamus peruvianus in vitello ovi & 🜄 ſolutus* in partium nervoſarum contuſionibus egregiam navat operam.

§. 19. Si contuſio his remediis diſſolvi nequit ſuppuratio maturantibus promoveatur, abſceſſus aperiatur mundificetur, & conſolidetur.

§. 20. Eadem cura eſt Ecchymomatis, & plagæ.

§. 21. In quacunque ſugillatione ſequentia duo proderunt cataplaſmate v.g.

℞. *Rad. ſigill. Salom.*
Ir. flor.
ſem. cumin.
fœnic.
Hb. ſalv. aa ℥ß.
caryoph.
Mac. aa ʒiij.

Inciſ. & contuſ. coqu. in vino gallico & addatur panis biscoctus ut fiat cataplaſma.

℞. *ſummit. abſinth.*
ſcord.
Marub.
Abrotan. aa m. ß.
fl. chamom.
melilot.
ſamb. aa p. ij.

Inciſ. & contuſ. coqu. in ſ. q. ▽ ſimplicis addatur

farin. hord.
lini q. ſ.
⊖ ✱ *depur.* ℥ß.
🜄 *camphor.* ℥ij.

§. 22. Sunt qui ſanguinem extravaſatum ſcarrificatione mediante eximunt & cutim fœdatam ♀ talci illinunt.

LIBER

LIBER IV.

De *Luxationibus.*

§. I.

Contusionibus *luxatio* succedit quæ nihil aliud est nisi *soluta contiguitas ossium quorum textura ad motum manifestum est comparata.*

§. 2. *Subjectum* luxationum *primarium* sunt omnes articuli per diarthrosin conjuncti; *secundarium* autem & minus adæquatum per synarthrosin sibi invicem cohærentes.

§. 3. *Causa proxima* luxationum est remotio ossium ex sede consueta. *Remotæ internæ* sunt aut *externæ*. Ad illas naturalis laxitas ligamentorum pertinet, vel tumor in cavitate excrescens, & caput ossis ex sua sede protrudens. Externa causa casus est, ictus, saltus extensio & motus partis violentior.

§. 4. Magna est luxationum *latitudo*, & differunt illæ quoad *gradus causam & partem affectam.* Luxatio ratione gradus in *exarthrema* seu luxationem proprie sic dictam dividitur, & in *pararthrema* seu subluxationem. Ratione causarum luxationes differunt tum quædam a *causa interna* aliæ vero ab *externa* oriuntur. Luxationes ratione partis affectæ in luxationem maxillæ humeri, vertebrarum &c dividuntur: de quibus *Barbette* & alii chirurgi.

§. 5. *Diagnosis* luxationum non est difficilis cum signa manifesta potissimum in corpore macilento sese exhibeant. *Tumor* enim in parte affecta apparet quem os ex sede sua recedens producit, & *cavitas* in loco ex quo prolapsum est. Jungitur præterea dolor, & movendi impotentia, membrique elongatio, aut abbreviatio. In subluxatione hæc symptomata remissiora sunt, aut quædam illorum deficiunt.

§. 6. *Prognosis* non adeo tristis erit instituenda nisi illa in capite aut vertebris contingat. Vetusta difficile sanatur nec non ab in-

interna causa producta quæ facile recurrit. In corpore puerili, & tenero ossa luxata facile restituuntur, reposita autem difficulter retinentur. Corpora robusta, & adulta contrario modo se habent.

§. 7. Ut in fracturis, ita etiam in luxationibus *cura* sequentibus indicationibus absolvitur, I. *Removeantur causæ externæ* II. *partes luxatæ restituantur & restitutæ serventur* III. *humorum &* IV. *symptomatum ratio habeatur.*

§. 8. *Prima indicatio* diætam convenientem requirit ita instituendam ut humoribus stagnantibus motus concedatur, pars luxata reposita in situ convenienti servetur nec denuo prolabatur. *Aer* itaque hunc in finem sit purus, subtilis, & benigno æthere præditus non pluviosus nivosus, aut ventis exagitatus. *Cibus* constet ex jusculis, & carnibus juniorum animalium cum vegetabilibus convenientibus patatis & mace, sem. anis. fœnic. rorismarini, salv. saturej. &c. decoctis. *Potus* sit cerevisia tenuis. bene defecata & rad. Angel. caryophill. tr. herb. cap. ♀ scolopendr. Veron. & cort. tamaris. medicata, vel vinum enulatum modice adhibitum. *Motus* non sit violentus, neque nimis diuturnus sed debito tempore subveniente *quiete* mitigetur. Somnus largior concedendus. *Alvus* cito exoneretur, *animusque* sit *pacatus* nulla anxietate maceratus, gaudio, amore & lætitia tanquam satellitibus stipatus.

§. 9. Ut *secundæ indicationi* satisfiat quatuor speciales operationes ad partes luxatas restituendas requiruntur nempe 1. *extensio*, 2. *conformatio* s. coaptatio, 3. *deligatio* per emplastra splenia, & ferulas & 4. denique *commoda repositio*. Membri luxati extensio 1. *solis manibus* fit qui modus palestricus dicitur 2. *laqueis* aut *fasciis* & 3. *organis* seu machinis majoribus. Extensionem repositio excipit, seu articuli in naturalem cavitatem compulsio, quæ ut prior manibus fit, vel pedis calcaneo, vel scalarum ope, pistillorum, instrumento Hippocratis ἄμβη, qui modus methodicus dicitur ad differentiam tertii qui per organa majora & machinas fit & *organicus* dicitur. Tertia operatio est deligatio & fit membrum sedi pristinæ restitutum emplastris, spleniis, & ferulis deligando. Supplemen-

tum denique reliquis addit commoda repositio collocando sc. membrum in situ conveniente donec ligamenta debitum robur, & adstrictionem acquisiverint.

§. 10. *Tertiam & quartam indicationem* obtinemus sympto matum, & humorum rationem habendo per remedia 1. diaphoretica & resolventia tam media *Tr. Bez. M.S. theriac. Diascord.* quam fixiora terrea ♁ *diaph. lap.* ♋, *Bez. minerale*, ♁*nat* & ♁. 2. antispasmodica, & nervina supra recensita & 3. tonum partium roborantia &c.

§. 11. Qui ἀθρέμβολον cum fructu exercere desiderat omnium articulationum naturam noscere debet.

§. 12. Membrum per illam viam per quam exsiliit in suum locum reducendum est os sede sua emotum.

§. 13. Membrum luxatum tum ob tendinum contractionem tum quoque ut ossis caput sedi suæ e directo opponatur est extendum.

§. 14. Extensio eo usque fieri debet ut inter ossa liberum spatium relinquatur ne in illorum repositione attritio fiat gravia & incurabilia symptomata producens.

§. 15. Membrum rite repositum esse ex sono qui exaudiri solet, vel etiam ex membri reducti munere colligitur.

§. 16. In repositione nec ossis, nec musculorum fiat contorsio sed omnibus concedatur figura naturalis.

§. 17. Antequam deligatio accedat medicamenta parti adhibeantur nervina & roborantia.

§. 18. Si adest inflammatio nec extensio, nec alia operatio fieri potest nisi illa prius fuerit sedata.

§. 19. Adstringentia in luxationibus nocent cum obstructiones augeant, quæ potius minuendæ.

§. 20. Male influxus humorum prohibetur cum ille naturalis sit: Conveniunt potius obstructiones tollentia, & acidum temperantia.

§. 21. In luxatione ab interna causa proveniente conve-

niunt medicamenta multo ⊖e volatili conſtantia nec non interne decoctum lignorum.

§. 32. In luxatione cum vulnere os prominens 🜄 tepido abluatur, vulneri imponatur digeſtivum & emplaſtrum cum ligatura conveniente.

§. 33. Si tali luxati repoſitionem convulſio ſequitur articulatio ſecundum Scultetum denuo non eſt relaxanda.

§. 34. Maxilla cito repoſita firmetur impoſitis blande reſolventibus Empl. ſc. nervino, ad rupturam &c.

§. 35. Paralyſis brachii ex luxatione vertebrarum, cervicis, femoris, & lumborum oritur. In Gibbo ſi thoracis conformitas lædatur reſpiratio difficilis ſequitur, cum metu ſuffocationis.

§. 36. In Gibbo erecti ægri incedant non incurvati verſus anteriora. Si verſus interiora vertebræ ſunt prolapſæ incurvatio fiat verſus poſteriora.

§. 37. Sicut in luxatione artuum nulla ſperanda ſalus niſi præmiſſa illius reſtitutione: ita de luxatione vertebrarum eadem eſt ratio. Ut repoſitio melius fiat conveniunt ſacculi ex nervinis & reſolventibus parati in lacte cocti, & parti affectæ calide impoſiti nec non linimenta ex talibus parata. Interne conveniunt ⊖ia volatilia & fixa, factaque repoſitione diſſolventia & traumatica.

§. 38. Gibbi curatio conſiſtit in repoſitione laxatarum vertebrarum reſtitutione, & decenti retentione per thoraces varii generis.

§. 39. In coſtarum luxatione ante omnia illæ reſtituendæ, reſolventiaque, & parum adſtringentia adhibenda ſunt.

LIBER V.

De Tumoribus.

SECTIO I.

De Illis in genere.

§. 1.

§. 1.

COnſideratis hactenus morbis ſolutæ unitatis, nunc ad reliquos externos accedimus, & in hoc libro de *tumoribus* agimus. Definitur autem tumor quod ſit *magnitudo in hac vel illa corporis parte aucta a ſanguine aut lympha in vaſibus, & glandulis ſtagnante aborta.*

§. 2. *Subjectum* tumorum ſeu pars affecta ſunt pattes corporis humani ſolidæ molliores membranæ ſc. arteriæ, venæ, tubuli lymphatici carnei ſeu fibræ & ex his compoſitæ glandulæ.

§. 3. *Cauſa* tumorum *proxima formalis* eſt motus humorum in his partibus inæqualis, & impeditus: *cauſa materialis* autem ſanguis, & lympha ſtagnans, partesque ſubjectas corrumpens.

§. 4. *Cauſæ* tumorum *remotæ internæ* ſunt aut *externæ.* Internas obſtructio conſt:tuit partium ſolidarum, & fluidarum vitio contracta. Ad externas, contuſiones referuntur, fracturæ, puncturæ nec non varii errores in ſex rebus non naturalibus commiſſi.

§. 5. *Differentiæ* tumorum *eſſentiales* ſunt aut *accidentales.* Differentiæ eſſentiales a *parte affecta* deſumuntur, *cauſa materia, & forma.* Tumores, ratione partis affectæ differunt cum quidam membranas alii fibras, vaſa aut glandulas occupant. 2. Ratione cauſæ cum quidam ab interna, alii ab externa ortum ducant. Tumores 3. differunt ratione mareriæ contentæ quæ in his ſanguis in aliis vero lympha, ſeu ſerum eſt, & 4. denique ratione formæ: unde alii proprio folliculo includuntur, alii vero illo carent. Accidentales diffetentiæ ab illorum *ſitu quantitate, qualitate & figura* deſumuntur. Ratione ſitus tumores differunt, dum modo partes internas modo externas easque ſuperiores, medias inferiores, & extremas occupant. A quantitate tumores magni dicuntur & parvi, a qualitate rubri, albi, nigri, & denique a figura lati, anguſti, rotundi aut acuminati ſunt.

§. 6. *Diagnoſis* tumorum non eſt difficilis præſertim in partibus externis occurrentium, cum magnitudo aucta rubot calor aut alia phænomena facile in oculos incurrant. Partium internarum tumor ex dolore, calore & aliis ſymptomatibus difficulter admodum deprehenditur.

§. 7.

§. 7. Quod *prognosin* concernit variat illa pro tumorum diversitate. Periculosiores sunt, qui partes internas nobiliores quam qui externas occupant; citius etiam curantur qui a sanguine, quam qui a sero oriuntur. Terminantur omnes tumores ut plurimum quatuor modis 1. discussione 2. suppuratione 3. induratione & 4. degeneratione in gangrænam & sphacelum.

§. 8. In *cura* tumorum sequentes indicationes probe erunt observandæ, ut I. *removeantur causa externæ* II. *humores impacti resolvantur, & discutiantur* III. si hoc non succedit *suppurentur, factaque puris excretione consolidentur*, & IV. *symptomatum ratio habeatur.*

§. 9. *Prima indicatio* diætam convenientem requirit, qua instituta reliqua præsidia facilius operantur. Eligatur itaque hunc in finem *aer* temperatus, viteturque omnes illius excessus. *Cibi* conveniunt ♀e blando, ramoso, & sero dulci roscido præditi, fugiantur quævis indurata ⊖ita, acida, nimis pinguia, & leguminosa chylum minus laudabilem producentia. In *potum* cerevisia cedat temperata, & probe defæcata, aut potus vini generosi. Æquilibrium ut in omnibus rebus non-naturalibus, sic quoque in *motu & quiete, somno & vigiliis* servandum est. Transpiratio, alvus libera, & urinæ secretio semper procuretur, viteturque omnes animi motus graviores.

§. 10. *Secunda indicatio* absorbentia requirit & lenia diaphoretica, nec non externa resolventia. Ad illa *lapides* ♋. *pertinent* ♁ *diaphor.*, ♁*nat &* ♁, *sperma ceti* nec non ⊖*ia volatilia & diaphoretica* acriora *M.S. Tr. Bez.*, ∽⊖*, *&c.* Ad hæc autem radices *galang. irid. flor. Aneth, Abrotan., ruta, sabina, Flor. chamomeli, sambuci, meliloti, semina anisi carvi, cumini, Gum. Ammoniacum Bdellium, Sagapen. Tacamahaca,* °o *aneth. nard. rut. laurin. Ungt. Aprip. Martiatum. Empl. de Beton. oxycroceum diachylum, stercora animalium,* 🜄 *camphoratus fex vini &c.*

§. 11. *Tertia indicatio* maturantium usum suadet mundificantium, & consolidantium. Suppurantia sunt *rad. Alth. Hb. Malv. fl. cha-*

fl. chamomillæ, ficus, Galbanum, Bdellium, Sagapenum, ✱, adeps porci, anseris, anatis, Galinæ, ☍ lil. alb. ungt. Alth. simplex, & compositum, Basilicum, Empl. diachylon, de mucilaginibus, meliloti. Ad mundificantia 🜄 *camphoratus pertinet, ▽ regin. Hungar. Bals. 🜍 terebinth. anisat. bals. peruv. ♎ matric. &c.* Colophonem tandem consolidantia imponunt; cujus generis digestiva sunt & sarcotica supra descripta. Si his mediis non cedunt ad △em & ferrum recurratur tanquam ad sacram anchoram.

§. 12. *Quarta indicatio* symptomatum rationem habere docet, uti sunt *induratio, gangræna, & sphacelus:* de quibus alibi agemus.

§. 13. Qui sanguinis circulationem norunt, abstinent a repellentibus, adstringentibus, & incrassantibus.

§. 14. Cura tumorum insensibiliter peragitur per attenuantia, & resolventia fortiora; sensibiliter autem magis per maturantia, septica, & sectionem.

§. 15. Emplastrum de ranis cum ☿io, de Galbano Mynsichti cum camphora, & ♀ rad. pyrethri egregia sunt in quibusvis tumoribus resolvendis.

§. 16. Cum maturantibus caute mercandum est, ne a potentioribus exsiccantibus durities scyrrhosa inducatur, & a fortioribus maturantibus malignitas cancrosa.

§ 17. In tumoribus tunicatis caustica cum fructu adhibentur. Hinc etiam caustico prius adurendi sunt, & cultro reliquiæ exscindendæ.

LIBRI V.

SECTIO II.

De Tumoribus ex circulatione sanguinis inæquali & impedita ortis.

CAPUT I.

De Varicibus, & Aneurysmate.

§. I.

INter tumores a ſanguinis circulatione inæquali provenientes *Varices & Aneuriſmata* merito primum locum occupant, cum in ipſis vaſis ſanguineis oriantur : & illi quidem in venoſis, hæc autem in arterioſis.

§. 2. *Subjectum* itaque horum tumorum vaſa venoſa, & arteriola conſtituunt. Varices in partibus inferioribus frequentius viſuntur, rarius in ſuperioribus & internis : hæc autem in internis potius circa vaſa cordis majora, Aortam ipſam, arteriam pulmonalem & extra corpus hinc inde.

§. 3. Præcedit vulnus vel fortuitum, vel incuria factum pertingens ad venas & arterias ab ictu, contuſione vel alia læſionis ſpecie. Varices frequentius in gravidis negotium faceſſant a partu ſponte diſparentes : interdum autem a partu difficili conſurgunt, & permanent, interdum etiam ulcera conjunguntur.

§. 4. *Cauſa* horm tumorum in ſanguine, & vaſibus ſeorſim, vel in utrisque conjunctim quærenda eſt. Sanguis enim peccat lentore & viſciditate, unde in vaſibus ſtagnans dilatationem cauſat, nodum, & ſinum p. n. Vas continens labem contrahit a violentiá externa ruptionem, tenſionem & dilatationem inæqualem incurrens, & inde non facto debito coalitu ἀναςόμωσις, διαίρεσις, διαπήδησις ſequitur & humores in poros vicinos, & integumenta communia effunduntur.

§. 5. *Diagnoſis* horum tumorum, ſi in partibus externis occurrunt, non eſt difficilis. Varices enim externi in conſpectum veniunt, & facile cognoſcuntur ex illorum livore & tumore molli in cruribus, & prope malleolos, nec non in gravidis circa femur, abdomen & crura. Varices interni vix a medico oculatiſſimo cognoſci poſſunt. Simili modo Aneuriſma in externis partibus in ſenſus incurrit. Tumor enim eſt arteriarum mollis, & laxus ut digitorum compreſſioni quodammodo cedat mox tamen redeat ; cum tempore autem tumor ſatis durus, & magnus evadit. Porro in Aneuriſmate pulſus deprehenditur pulſui arteriarum reſpondens, & Ii-

& livor seu sugillatio circa illud observatur cum cutis densitate.

§ 6. *Prognosin* horum tumorum quod concernit, minus quidem molestus est varix, sed in Maniacis cum levamine emergit. Sponte ruptus hæmorrhagiam periculosam & funestam producit nisi mature sistatur & constringatur. Aneurysma apertum sensim & exigua in quantitate sanguinem excernit, interdum autem confestim & cum impetu, & interius quidem cum subitanea, & præsentanea sæpe internecione per os foras præcipitato cruore, exterius extenuata cute cum syncope sed minore metu.

§. 7. In *cura* horum tumorum I. *removeantur causæ externæ*, II. *sanguis &* III. *tumorum ratio habeatur*.

§. 8. *Primam indicationem* diæta correcta & emendata implet. Muniatur itaque corpus ab externis injuriis, vitetur *aer* frigidus, & eligatur temperatus transpirationi velificans, & humores a partibus excrementitiis liberans. *Cibus* sit concoctu facilis, & vitentur omnia chylum acidum, & viscidum præbentia. In *potum* cedat cerevisia probe defecata vel etiam asuetis haustus vini bonæ notæ. Corpus *moveatur* sæpius de die, nec æger somno adeo indulgeat. *A minus sit liber*, & a gravioribus commotionibus remotus, excrementa rite succedant, illorumque defectus restituatur remediis convenientibus.

§. 9. *Secundam indicationem* resolventia, apercentia, ♂tialia, ☿ina & alia implent, aliunde huc trahenda.

§. 10. Ut *tertia indicatio* obtineatur tumori emollientia adhibeantur, & dissipando motum humorum promoventia, nec non stringendo comprimentia.

§. 11. In varicibus præ aliis conducit Empl. ex gumm. * & Galbano.

§. 12. Sectio varicum caute est instituenda, inprimis in gravidis & minoribus, in majoribus vero fieri potest.

§. 13. Si varices majores sunt præter sectionem aut ustionem nihil restare videtur auxilii.

§. 14. In ulceribus varicosis interne absorbentia conveniunt,

nec non externe formando ex illis placentulam duram & crassam ulceri majorem, illique imponendo, & strictam satis ligaturam simul adhibendo.

§. 15. Singulis annis varix aliquoties aperiatur, & sufficiens sanguinis quantitas extrahatur, & tumor nunquam disrumpet.

§. 16. Erysipelas ulceri varicoso utplurimum conjungitur cui ℣ ▽ fl. samb. camph. & sach. ♄ opponatur.

§. 17. Caute mercandum est cum sectione arteriæ inprimis majoris. In minore felicius negotium succedit si locus ligaturam concedit.

§. 18. Idem de ligaturis judicandum ne necrosis partis subsequatur. Possunt tamen laminæ metallicæ firmiter reprimentes, imo si loci condicio fert etiam plures sibi invicem super imponi cum plumaceolis instrui, & vinculis firmari.

§. 19. Si aneurisma a causa externa, & hæmorrhagia sequatur sanguinis effluxus impediatur stipticis convenientibus, & V. S. in latere opposito instituatur.

§. 20. Aneurisma in fieri adstringendo, & comprimendo sanari potest: factum autem curationem difficulter admittit.

CAPUT II.

De Inflammatione & abscessu.

§. I.

SEcundum locum inter tumores a motu sanguinis inæquali orientibus *inflammatio* occupat, huncque consequens *abscessus*. Definitur autem inflammatio quod sit *tumor partis a sanguine stagnante obortus*: & abscessus nihil aliud est nisi *purulentæ materiæ ex humore stagnante & tumorem excitante in partis cujusdam cavitate collectio.*

§. 2. Omnes fere corporis partes hi affectus occupant, potissimum autem musculosas ex fibris carneis conflatas. Contingunt etiam interdum inflammationes in glandulis tam conglobatis, quam conglomeratis, & in visceribus ex membranis conflatis.

§. 3.

§. 3. *Cauſa* inflammationum *proxima* & *formalis* eſt motus humorum per minima vaſa impeditus: *materialis* autem humores in porulis, & minutis vaſculis ſubſiſtentes, & ſtagnantes, qui dum in pus abeunt abſceſſum conſtituunt.

§. 4. *Cauſæ* inflammationum *remotæ* internæ ſunt aut externæ. Ad internas plethora refertur, nimia ſanguinis craſſities, vel etiam ſpaſmodica partium contractio. Externas contuſiones graviores conſtituunt, arctæ partium compreſſiones, fracturæ, luxationes, nimiæ ligaturæ, & atroces dolores.

§. 5. Veteres pro loci varietate inflammationibus peculiaria nomina impoſuerunt. Ubi inflammatio adnatam oculorum tunicam defœdarat *ophtalmiam* nuncapabant, ſi palpebræ cilium *Epiphoram*, ſi ſolum angulum interiorem verſus radicem naſi *Ægylopam*, & hinc exortam e roſionem *Rhiaden*. Ita in auribus *Otalgia*, in glandulis pone aures *Parotis*, in gigiuis *Parulis* & in faucibus *Angina* occurrit. Si tumor renitens cum pulſatione dolorifica in externa cute apparet inflammatio & phlegmone ſimpliciter dicitur. Si hæc mitior eſt *Oedematodes* appellatur, & cum ardore, dolore, & rubore latius ſe extendente *Eryſipelas* eſt, & ſi ardor per vices intenditur *Phlogoſis* ſeu ignis ſacer erit. In glandulis emergens inflammatio *Phygeton* ſeu Panus, *Phyma*, *Bubo*, *Anthrax* ſeu *carbunculus* vocatur; ſub cute *Ecchymoſis* eſt, ſub unguibus *Paronychia* ſeu *Reduvia*, & in pede *Pernio*. Huc pertinent etiam *Furunculi*, *Epinyctides*, & omne ulcerum, & Apoſtematum genus: quæ non tam re ipſa quam loco, gradu, nomine, colore, & ſimilibus accidentibus differunt, & nihil aliud ſunt quam inflammatio, ejusque effectus.

§. 6. *Diagnoſis* inflammationum non eſt difficilis, cum calor, dolor, febris, rubor, renitentia & pulſatio in ſenſus & oculos facile incurrant. Abſceſſus ſigna alia fientem, alia factum deſignant. Abſceſſum fientem calor, dolor, & palpitatio cum febre in parte denotant: factum autem calor imminutus, dolor ſedatus, tumor in mucronem elevatus molleſcens, & albeſcens, ac pus ſub digito fluctuans, niſi admodum craſſum ſit, vel profunde nimis hæreat.

§. 7. *Prognosis* inflammationum variat tam ratione eventus, quam temporis & modi eventus. Quod eventum illarum attinet partium internarum, & nobilium funestus esse solet, minus autem externarum & ignobilium. Porro etiam inflammatio partium carnosarum citius terminatur, quam quæ in tendinosis, & membranosis contingit. Tandem etiam ut modus eventus innotescat, notandum erit, omnem inflammationem, quæ per insensibilem transpirationem non discutitur, aut suppuratur in gangrænam & mortem degenerare. Prognosis abscessuum variat tam ratione causæ, quam partis affectæ. Ratione causarum criticus erit, aut non criticus: Uterque periculo caret, cum pure evacuato facile curetur. Abscessus in parte nobiliori factus plus periculi alit, quam in ignobiliore. Abscessus apertio quo longius protrahitur eo pejus est, cum febres succedant, sinus, ossium caries aut gangræna.

§. 8. In *cura* inflammationum sequentes indicationes observandæ erunt I. *removeantur causæ externæ.* II. *Stasis humorum discutiatur.* III. *Si hoc fieri nequit suppuretur, abscessus aperiatur mundificetur, & consolidetur &* IV. *symptomatum ratio habeatur.*

§. 9. Quod *primam indicationem* attinet, obtinemus illam diætam convenientem instituendo. *Aer* itaque fugiatur nimis calidus, & frigidus, & sit temperatus. Nimis calidus humores nimis exagitat, frigidus autem illos coagulat. *Alimenta* sint optima ægerque abstineat a nimis calidis accidis, ⊖itis, & sacharatis. In inflammationibus *potus* calidus Theæ, aut Coffeæ convenit, vinum bonæ notæ, nec non cerevisia pura & probe defecata. *Motus* nimius, & vigiliæ inmoderatæ non conveniunt, cum motum humorum augeant, dolorem & ruborem partis efficiant. *Excreta*, & *retenta* sibi respondeant, nec modum excedant. *Animi passiones* fugiantur ira inprimis, & mœror, animusque sit tranquillus, & Deo confidat.

§. 10. *Secundæ indicationi* resolventia satisfaciunt tam interna quam externa. Ad illa absorbentia, & diaphoretica fixa pertinent, cum acidis saturata nec non alia cum temperato Alexiphar-

ma-

macorum uſu ſimul diuretica. Ad hæc autem camphora refertur, nec non radices, ſemina, herbæ & flores tenuum partium, ex quibus ſequentia eligimus. *Rad. irid. flor. ſigill. Salemon. Bryon. Vincetox. Bardan. Hb. apii chærefolii, Hyſſopi. fl. chamom. ſamb. ſem. aniſ. fœniculi, dauci, fœnu Græc. &c.*

§. 11. *Tertia indicatio* maturantia requirit, quæ poros quadantenus obſtruendo humeſcentiam materiæ intus incluſæ inducunt, fibrasque nerveas ſubtili acrimonia roborant: cujus generis ſunt gummi reſinæ, cataplaſmata e mucilaginoſis cum acriuſculis. Pure confecto abſceſſus aperiatur vel benignioribus *Empl. diach. cum ſem. ſinapi & ⊖e* vel etiam ſequenti.

℞. *Mell.* ℥ß.
ferment. ʒij.
lap. ♋. ʒß.
⊖ *ſuccin. gr.* vi
Axung. lepor. ℥iij. *M.*

vel *ferro* etiam aperiatur, aut *cauterio potentiali* eoque evacuato vulnus conſolidetur.

§. 12. *Quarta indicatio* ſymptomatum rationem habendam eſſe requirit, inter quæ *gangræna* potiſſima ſunt; ſed de his in alio loco agendum erit.

§. 13. In diffuſioribus inflammationibus V. S. adhibeatur.

§. 14. In inflammationibus ſtagnatio ſucceſſive facta tali modo etiam tollatur. Regimen ſudoriferum placidiſſimum adhibeatur, ſed diu & per multas horas continuandum.

§. 15. Inter externa non conveniunt repellentia, & adſtringentia ab antiquis commendata.

§. 16. Dolor inflammationibus conjunctus ſiſtitur antiſpaſmodicis & anodynis ſupra recenſitis.

CA-

CAPUT III.

De
Bubone, & Anthrace seu carbunculo.

§. 1.

SPecies inflammationum sunt *Bubones & Anthraces.* Bubones sunt *tumores in locis corporis glandulosis erumpentes, a sanguine stagnante & corrupto producti:* & carbunculus *tumor a succis acribus in tendinibus depositis proveniens.*

§. 2. *Subjectum* horum affectuum sunt partes externæ, & internæ corporis. Utplurimum autem carbunculi tendinosas corporis partes afficiunt, & Bubones glanoulosas in ignibus sub axillis &c.

§. 3. *Causa proxima* horum tumorum est inflammatio in corporis humani glandulosis, & tendinosis partibus facta a sanguine & humoribus acribus in illas depositis. *Causæ remotæ* autem internæ sunt aut externæ. Ad illas sanguis acris, & crassus pertinet; ad has autem contagium, & errores in rebus n. n. commissi.

§. 4. Bubones non sunr unius, ejusdemque generis, sed dividuntur in benignos & malignos. Benigni pueris sunt communes, & juvenibus: unde etiam a Germanis die Wachs-Drüsen nuncupantur. Maligni pestilentiales sunt & Venerei. Bubones & anthraces differunt 1. ratione situs, Bubones definitos locos occupant, hi autem indefinite magis hinc inde per corpus divagantur. 2. Ratione partis affectæ illi in glandulis reperiuntur, hi autem in partibus tendinosis.

§. 5. *Diagnosis* horum affectum ut innotescat signis opus habemus illos manifestantibus. Benignus Bubo dignoscitur ex tumore cum renitentia, rubore, dolore, & febri non adeo vehemente. Symptomaticus patet si per se, & nullo prægresso morbo oriatur: Criticus autem morbum sequitur, ægerque ab ejus eruptione levatur. Bubo malignus & pestilens percipitur si febri malignæ, & pesti con-

conjungitur, & sub axillis utplurimum raro in inguine apparet. *Bubo venereus* inguina utplurimum affligit, & ex impuro coitu proficiscitur. Porro bubones in principio ex albo rubicundi apparent, fiuntque sensim rubicundiores & splendidiores, interdum etiam fusci ac ex nigro rubicundi sunt ardore ac æstu summo præditi. Plerumque altius sub cute latent in glandulis, & ab initio hinc inde moveri possunt, successu temporis autem intumescunt, & immobiles redduntur cum tensione ac duritie. Signa Anthracis sunt sequentia. Manifestat se carbunculus interdum minori pustula albicante, interdum numerosis, iisque acerrimis, & acutissimis doloribus ægros infestantibus, quibus mox ulcus crustosum succedit, iis non dissimile, quæ a ferro candente excitantur. Nonnunquam ulcus erumpit sine pustulis crusta modo nigra, modo cinerea obductum, qua sublata ulcus profundum apparet putridum carnem undique depascens. Caro circumposita cum intensa phlogosi, & ardore effervescit, circulo rubicundo, livido aut cæruleo illam ambiente: quibus simul febris conjungitur vomitus, inappetentia, plapitatio cordis, animi deliquia & deliria.

§. 6. *Prognosin* quod attinet, dubius omnino eventus horum affectuum est. Bubones qui ex offensionibus, aut aliis ulceribus, aut doloribus veniunt extra periculum sunt, qui vero ex febribus oriuntur pessimi existunt, sive juxta femur, sive sub alis aut ad collum enati sint. In pestilentibus spes promittenda erit, si vires constant, & medicamenta ægri non revomunt, sed per sudorem eliminantur, & ad sua emunctoria tendunt. Hinc etiam quo citius Bubones apparent, constanter permanent, & perfectam acquirunt maturitatem, eo minus mortis periculum ægroti incurrunt. Periculosiores etiam sunt qui sub axillis & collo apparent quam in inguine, Bubones terminantur utplurimum per sudorem, & discussionem paulatinam, nec semper in ulcus degenerant, vel per suppurationem, indurationem necrosin, aut corruptionem.

§. 7. Carbunculi cura nulla est expectanda si mox evanescat, difficillima si post febrem pestilentem erumpit ac prope

 mem-

membra nobiliora niger prodit. Facilius curari poterit, si ante febrem apparet, & rubicundus, solus, & parvus oritur.

§. 8. *Cura* horum affectuum sequentibus absolvitur indicationibus I. *removeantur causæ externæ.* II. *Humorum & III. tumorum habeatur ratio.*

§. 9. *Primam indicationem* diæta conveniens implet: ad quam rite instituendam *aer* eligatur temperatus purus, vitetur frigidus, fœtidus, squalore & contagio infectus. *Cibus* sit euchymus & eupeptus, *potus* calidus Theæ, aut infusorum aliorum potui consueto interponendus. *Vigiliæ, ac somnus* modum servent sanis consuetum. *Quies* nimia nocet, & loco *motus* corpus linteis calidis fricetur. Venus inprimis illicita ac cum scortis & lue ♀ea infectis instituta exulet: nec conversatio tuta est cum illis qui peste correpti sunt. Excernendorum sedula habeatur ratio, illorumque defectus convenientibus restituatur remediis. *Animus* sit quietus exulent timor, terror, tristitia horumque loco gaudium succedat, spes, & lætitia.

§. 10. *Secundæ indicationi* remedia satisfaciunt morbo primario debita. Hinc in Bubone ♀eo conveniunt medicamenta in lue ♀ea alias usualia, ☿ialia, decocta lignorum, salivantia, & alia. In Bubone pestilentiali & anthrace diaphoretica tam media, quam fixa, & alia quæ in peste alias adhiberi solent.

§. 11. *Tertia indicatio* topica requirit his tumoribus convenientia. Ita in bubone simplici externe conveniunt fotus ac cataplasmata ex volatilibus aromaticis parata adjectis Theriacalibus, *Diascord. Empl. de Ladano* 🝆 *matrical. vini camph.* ▽ ♆ *succ. Hyper.* cicut. In Bubone ♀eo externe ☿ialia conveniunt *Empl. Vigonis cum quadr.* ☿*io diach. c.* °° ♀ *malax. diaph. cum* ☿*io.* Consolidatio promoveatur *balsamicis, bals. peruv.*, °° *Hyper.* 🝆 *matrical. ungt. de apio* ex quibus mixturæ possunt parari, & Bubonibus apertis cum linteis calidis imponi. Bubones pestilentiales diaphoreticis eo ducendi sunt, ut boni moris fiant maturatioque illorum emollientibus promovenda erit, cæpis sub cineribus coctis, & contusis addi-

ditoque vitello ovorum & ☍ *lil. alb.* in cataplasmatis formam redactis, aut Empl. diachyl. simpl. vel comp. *cum Galban. &* ✱ in Empl. formam redactum, vel etiam sequens

℞. *Rad. Alth.*
lil. alb. aa. ℥ß.
phu. ʒij.
farin. fœn. Græc.
sem. lin. aa. ℥j.
sinap. ʒjß.
Hb. Dictamn.
fl. chamom. aa. ʒv.
fic. no. j.
☍ *chamom.*
lil. alb. aa. ℥iij.

pure confecto vomica cum scalpello aut lanceola si sponte non rumpit, aperiatur, educto pure balf. ♁, ungt. Basil. mell., Terebinth. mundificetur, vel etiam sequens unguentum adhibeatur

℞. *Mell. ros.* ℥ij.
Bals. peruv. ℥ß.
♁ ℈i.
marg. saxat. ʒj.
croci gr. xv.

Carbunculi alio modo tractandi sunt circulo ducto butyro ♄ separentur vel scarrificentur ut carbunculi excidant caverna relicta consolidantibus, & nova carne impleatur.

§. 12. Sudorifera & absorbentia in cura bubonum simplicium interna omnem absolvunt paginam.

§. 13. In cura bubonis ♀ei respectus hujus luis habeatur hinc æger utatur sequentibus pilulis v. g.

℞. ☿ *d. rit. pp.*
Extr. panchym. Croll. aa. ℈ß.
troch. Alh. gr. j.
☍ ♌ *macer.* gr. iij.
f. pil. no. IX, nec non (h) 2 se-

ſequenti decocto ex lignis parato v. g.

℞. *lign. Guajac.* ℔ j ß.
cort. ejusd. ℥ ij,
ſarſaparill. ℥ i ß.
chin. moll. ℥ iij.
ſaſſafr. ℥ j.

infund. per noctem & coquatur in ▽ com. ad ℔ xiv. S.

Schvvitz-Tranck, darvon alle Morgen, Mittag und Abend einen halben Schoppen vvarm zu trincken.

Maſſæ reſiduæ paſſul. ℥ ij. addantur & paretur inde decoctum ſecundarium loco potus ordinarii uſurpandum.

§. 14. Rariſſime ſuppuratio ſuccedit in bubone ♀eo, hac tamen facta cultro aperiatur.

§. 15. Cavenda eſt bubonis apertio ante ſuppurationem & πέπασμον ne ſcirrhum relinquat.

§. 16. Bubo peſtilens ut ſimplex non eſt diſcutiendus & maturandus.

§. 17. Bubo maturatus lancetta aperiendus eſt, non cauterio propter longam eſcharæ moram.

§. 18. Non opus eſt cucurbitam cum flamma, neque cantharides, ranunculum acrem neque Empl. arſenicale bubonibus imponere.

§. 19. Sanies omnis ſine mora emittenda, ulcusque probe mundandum eſt ne ulcus depaſcens, aut gangræna ſequatur.

§. 20. In cura Carbunculi totius rei cardo in eo vertitur ut pars ſiderata a ſana ſeparetur. Quem in finem butyro ♁ utendum eſt aut Empl. Magnetico. A. S.

§. 21. Butyro ♁ circa carbunculos circulus ducitur, & pars corrupta a ſana ſecedit: quo facto ulcus mundificatur, & ut vulnus curatur.

CAP.

CAPUT VI.

De
Phygetlo, Phymate & Furunculo.

§. I.

OMnes affectus in hoc capite explicandi ſunt *inflammationis ſpecies*, & commode ſub uno genere ſtare poſſunt; ſed ut omnia melius innoteſcant ſeparatim de illis hoc loco agendum erit.

§. 2. Phygetlon ſeu panis panus panula vel panicula eſt *tuberculum inflammatorium glandularum ſubcutanearum absque ſuppuratione.*

§. 3. Phyma eſt *tuberculum inflammatorium glandulas occupans & facile ad ſuppurationem tendens.*

§. 4. Furunculus eſt *tumor in hac vel illa parte exiguus in acutum tendens diverſæ magnitudinis facile ad ſuppurationem tendens.*

§. 5. *Cauſa proxima* horum tumorum eſt inflammatio materialis autem ſanguis ſtagnans & corruptus. *Cauſæ remotæ internæ* ſunt aut *externæ.* Internas ſanguis conſtituit motu peccans, & ſtagnans: ad externas autem errores in rebus n. n. commiſſi pertinent.

§. 6. Occupant hi tumores varias corporis partes: in ſpecie autem Phygetlon glandulas conglobatas, & phyma conglomeratas: furunculus autem omnes partes corporis obſidet, inprimis vero carneas circa cutem.

§. 7. Cognoſcuntur hi tumores ex ſequentibus ſignis diagnoſticis. Et quod Phygetlon attinet cognoſcitur illud ex tuberculo ſeu tumore eryſipelaceo cum calore, duritie, dolore ac diſtenſione febri ſiti vigiliis. Ab initio adeſt pulſatio gravitas, ardor, rubor & horror & rariſſime ad ſuppurationem pervenit. Phyma innoteſcit ex tumore glandularum in ſenſus incurrente qui facile ad ſuppurationem tranſit. Minus eſt phygetlo, minorem etiam habet dolorem & ruborem. Furunculi apparent ruberrimi cum ardore

& duritie, eumpunt cum horrore & rigore febrili. Dolor adeſt intenſiſſimus dum ſuppurantur cum pulſatione, calore, & totius membri inflammatione.

§. 8. Quod *prognoſin* concernit Phygetlon difficile curatur ut omnes morbi glandularum. In pueris phyma facilius curatur, quam in juvenibus. Terminatur per ſuppurationem. Furunculi tardius ſuppurantur & rarius in Gangrænam ac Sphacelum abeunt.

§. 9. Ut *cura* horum tumorum rite peragatur ſequentes probe notandæ erunt indicationes I. *removeantur cauſæ externæ.* II. *Humores ſtagnantes reſolvantur, & diſcutiantur &* III. *ſuppuratione facta abſceſſus aperiatur, ulcusque conſolidetur.*

§. 10. *Prima indicatio* diætam convenientem requirit. Ut hæc rite inſtituatur notandum erit fugiendum eſſe *aerem* calidum nimis, & frigidum, eligendumque temperatum. *Cibi* ſint boni ſucci, & facilis digeſtionis, *potus* eligatur purus & ab omnibus inquinamentis remotus. Convenit hauſtus vini bonæ notæ in aſuetis, & cereviſia probe cocta, pura, & defæcata nec non infuſa Theæ, Veroniæ &c. *Somnus & vigiliæ motus, & quies* in decenti teneantur moderamine neque excedant fines ordinarios. *Excreta & retenta* more ſolito excernantur, & retineantur. Animus ſit tranquillus, & ab omnibus motibus gravioribus remotus.

§. 11. Ut *ſecunda indicatio* obtineatur in uſum veniant reſolventia diſcutientia interna & externa. Ad illa abſorbentia pertinent & diaphoretica cum acidis ſaturata nec non temperata diuretica: ad hæc autem camphora, 🜅 *camphoratus*, 🜂 *theriacalis* ⊖✳ nec non ex herbis aromaticis, & ⊖e volatili præditis parati fotus, cataplaſmata &c.

§. 12. *Tertia indicatio* maturantia requirit digeſtiva, & ſarcotica: de quibus ſæpe hactenus actum eſt.

§. 13. In phygetlo amara conveniunt & ♀ea ad illa *Eſſ. Myrrh. cent. min. card. bened. & abſinth.* pertinent: ad hæc autem *liqu.* 🜄 *fol.* ♀ R. ♀, ♀ ⊕*atus, cremor* ♀ quæ etiam aliis in tumoribus conveniunt.

§. 14.

§. 14. Repellentia & refrigerantia in hoc tumore fugienda sunt; conveniunt potius resolventia & dissipantia *Empl. de* ✱, *diachyl. simpl. de Melilot.* potissimum autem *de Ladano.*

§. 14. Phygetlon suppuratum lancetta in loco de clivi aperiatur, pure evacuato digestiva adhibeantur, & sarcotica, cum *Empl. opodeldoch.* aut *stict. Croll.*

§. 15. Specificum in cura phymatis mel est, in quo gum. ✱. dissolutum est, nec non mel cum farina subactum, aut unguentum Basilicum.

§. 16. Pure evacuato digestiva conveniunt & sarcotica: interdum autem sine his sponte sanantur, pure rite evacuato.

§. 17. In cura Furunculorum decoctum lignorum convenit vel etiam vinum chalybeatum.

§. 18. Ut remedia externa melius operentur animus ad humorum vitia corrigenda apellatur.

§. 19. Furunculus ut alii tumores ab initio discutiendus non est sed potius suppurandus.

§. 20. Ad furunculos maturandos sequens ceratum plurimum valebit. v. g.

℞. *Gum. Ladan.*
Galbam.
✱. aa. ℥ß.
styrac. calam.
♀ *rad. Bryon.*
Hb. salv.
sem. cumin. aa. ʒ iij.
resin. pin. ℥ iij.
☍ *Guajac.* ʒ j.
M. f. l. a. ceratum mollius.

§. 21. Si dolor valde urget cerato modo dicto ʒ ij. croci addantur, vel imponatur *ungt. Basilicum.*

§. 22. Si inflammatio urget *Theriaca* convenit & *Diascord.* in forma cataplasmatis imposita.

§. 23.

§. 23. Pinguia in his & aliis tumoribus ſunt admodum noxia.

CAPUT V.

De
Gangræna & Sphacelo.

§. 1.

EFfectus inflammationis male ſuccedentis ſunt *Gangræna* & *Sphacelus*. Definitur Gangræna quod ſit *partis cujusdam mortificatio incipiens a pluribus cauſis obſtruentibus oborta.* Et Sphacelus eſt *ſuccorum & ſolidarum partium humani corporis corruptio, ac mortificatio plenaria ab omnimoda obſtructione tubulorum orta.*

§. 2. Communes hi affectus ſunt tum internis corporis partibus, tum externis iisque vel extremis vel promiſcue in reliquo corpore.

§. 3. *Cauſa* horum affectuum *proxima* eaque *formalis* eſt motus animalis, & vitalis ceſſatio indeque producta partium reſolutio: *cauſam proximam materialem* ſanguis ſtagnans exhibet corruptus, partesque ſubjectas in prutredinem ducens. *Cauſas remotas* vulnera præbent, contuſiones fracturæ, ligaturæ fortiores, abſciſſio clavi pedis improvida, perniones, ambuſtiones, inflammationes, & interdum febris maligna, in Gangrænam & Sphacelum terminans.

§. 4. Ut hi affectus medico innoteſcant *ſignis* opus habet, quæ illum ad horum cognitionem manu ducunt. Gangrenæ ex *inflammatione* indicium eſt cum color ab initio flavus apparet mox ingraveſcente malo cum diris & immaniſſimis cruciatibus in fuſcum & liveſcentem abit. Cum puſtulis grandioribus ichorem loturæ carnis ſimilem continentibus, calor, dolor ac pulſus remittunt, & pars ad mortificationem intendit, tumor collabeſcit & tactus foveam relinquit. Si gangræna a *frigore* tunc adeſt dolor pungens pars liveſcit, & locus fit frigidiſſimus & alia præterea adſunt ſigna ſupra jam recenſita. Ab Hydrope ubi gangræna oritur dolores ingra-

graveſcunt, pulſus ceſſat, pars liveſcit cum ſenſus remiſſione. Si affectus noſter a *defectu ſucci nutritii* oritur, nec dolor, nec tumor, nec inflammatio adeſt, pars vero redditur frigida ac torpida, & ſæpe absque dolore ad necroſin tendit. Malum a *nimia conſtrictione aut ligatura fortiori* proveniens duritiem partis conjunctam habet cum tumore, doloribus intenſis, & inflammatione, veſiculis aqua refertis, & nigrore ſeu livore partis. Membrum porro fit grave, immobile, & tumidum, cutis abſcedit, & ſi laceratur vapor prodit cum pauca lymphæ quantitate. Gangræna a *morſu venenatorum* animalium, aut ictu promanans cognoſcitur ex febre maligna inſequente cum animi deliquiis, vomitibus, deliriis, & aliis ſymptomatibus.

§. 5. *Diagnoſis Sphaceli* non eſt difficilis. Fiens cognoſcitur ex ſymptomatibus atrocioribus, quam alias in ſuppuratione eſſe ſolent. Sphacelum factum livor partis indicat, aut nigredo, tumida mollis, & cadaveroſa illius facies ſine ullo arteriarum pulſu, dolore & ſenſu. Porro in parte ſphacelata digitus foveam non relinquit, nec reſilit, aut relevatur, cutis abſcedit, fœtidum ac acrem emittit halitum & ichorem quem adſtantes perferre nequeunt.

§ 6. Eventus horum affectuum funeſtus utplurimum eſt. Gangræna niſi celerrime tollatur in Sphacelum abit: & quo latius hi affectus ſerpunt eo perículoſiores ſunt. Sphacelo in una corporis parte facto, vita cum illius amiſſione ſervari poteſt.

§. 7. Ut *cura* horum affectuum rite inſtituatur ſequentes indicationes obſervandæ erunt. I. *removeantur cauſæ externæ.* II. *In Gangræna motus humorum reſtituatur &* III. *pars ſphacelata extirpetur.*

§. 8. *Primam indicationem* obtinemus diæta legitima inſtituta: in qua ordinanda ſequentia probe erunt attendenda. *Aer* ſit purus, temperatus, ſerenus nullisque inquinamentis imbutus: & ſi talis non ſit arte producatur. Eligantur *cibi* boni ſucci facile in ſuccum, & ſanguinem abeuntes. *Potus* ſit calidus & aromaticus, cerevíſia probe cocta, & herbis convenientibus correcta: nec vinum

assuetis sit interdictum. *Motus & quies, somnus & vigiliæ* in decente moderamine teneantur, sibique invicem respondeant. *Affectus animi* rationis imperio coerceantur, *excretaque & retenta* rite disponantur. Alvus sit aperta suppositorio, si munere suo non rite fungitur, clysteribus, & aliis expedienda. Menses, hæmorrhoides, & urina rite fluant.

§. 9. *Secundam indicationem* resolventia implent, tam interna quam externa ad causas Gangrænæ simul respiciendo. Conveniunt itaque hunc in finem interne diaphoretica absorbentia, & spirituosa sæpe hactenus commendata. Ad externa 🜍 *camphoratus* pertinet, ▽ ♆, *camphora*, & alia ex vegetabilibus parata remedia

℞. 🜍 *camph.*
▽ ♆ aa. ℥ iij.
camph. ʒ j ß.

M. applicetur calide cum linteaminibus, & sequens imponatur cataplasma

℞. *Hb. scord.*
absinth.
bismalv. aa. m. iij.
fl. chamom.
samb. aa. m. ij.
far. fab.
lin. aa. ℥ ij.
Myrrh. ʒ ij.
pan. biscoct. q. s.

Incis. contus. coqu. in s. q. vini & fiat l. a. cataplasma.

§. 10. *Tertia indicatio* horrenda quidem est, interim tamen salutaris. Modum hujus operationis hic transcribere nolumus: videatur apud *Hildanum* aliosque chirurgos celebres.

§. 11. Principium Gangrænæ seu via, & dispositio ad hanc diversa auxiliorum genera postulat causæ antecedentis rationem habentia.

§. 12.

§. 12. In Gangræna ab inflammatione & in ipsa applicatis remediis contrariis frigidis, & repellentibus eo respiciendum est ut illa medicamenta protinus abjiciantur, succi corrupti, & stagnantes in motum agantur Diascord. Theriaca lap. ♋, nec non externis convenientibus supra jam recensitis.

§. 13. In malo contumaciori ♎tuosa conveniunt, ♎⊖✱ ex vitro bene clauso calidissime applicatus, & cataplasma calide imponatur, idque repetatur omni bihorio.

§. 14. Si Gangræna ex frigore externo producatur, congelata membra ▽ frigida nivea fricentur, vel etiam nive ipsa, postmodum succi inspissati calore fortiori dissolvantur. Hunc in finem convenient balnea ex resolventibus & ♎tuosis parata, quibus membrum congelatum calide immittatur, & deinde fricetur linimento supra descripto vel etiam hoc

℞. ♄ *camph.* ℥ij.
bals. vit. Hoffm. ℥ß.
∴ *Junip.*
Terebinth.
philos.
Tr. ass. fœt. aa. ʒij.

§. 15. Si malum ab Hydrope oriatur cura non diu differatur quæ a priori non multum differt.

§. 16. In gangræna partis a defectu succi nutritii vix curatio superest.

§. 17. Ut reliqua gangræna ita etiam illa curatur, quæ a combustione vehementiore provenit.

§. 18. In Gangræna a morsu vel ictu animalis venenati sudorifera conveniunt. Theriaca, Diascordium in ♎ matricali dissolutum & calide applicatum, ♄ camph. ♎ theriac. &c.

§. 19. Cura Gangrænæ a graviori contusione non differt ab alia, uti & illa quæ a fortiori ligatura oritur, quæ statim solvenda, sed tamen sensim nec cum impetu. Conveniunt cataplasmata aromatica & linimenta spirituosa supra recensita.

§. 20. Emplaſtra in Gangræna non conveniunt cum poros obſtruant.

§. 21. Medicamenta calide ſemper ſunt apponenda, & ſi nimia aderit putredo pulveres exſiccantes conveniunt ex Aloe, Myrrha. &c.

§. 22. Si Gangræna in fractura tibiæ, aut brachii oborta fuerit tunc huic prius quam illi erit occurrendum.

§. 23. Scarrificatio interdum utilis eſt, ut topica melius invaſa & tubulos penetrent, & humores coagulatos reſolvant, & medicus inde poſſit colligere num ſenſus adhuc adſit.

§. 24. ▽ ♆ per ſe, aut cum \S/ camphorato mixta in gangræna, & Sphacelo incipiente uſum habet egregium.

§. 25. In parte ſphacelata caro prius exſcindenda, & eo reſpiciendum eſt, ut membrum ſervari poſſit, cauteriisque utendum ad ambulationem impediendam.

§. 26. Si digitus amputandus operatio fit cum forcipe, aut cuneo.

LIB. V.

SECTIO III.

De

Tumoribus ex vitio & motu lymphæ ac ſeri inæquali ortis.

CAPUT I.

De Eryſipelate & Herpete.

§. I.

PRimum locum inter tumores ex vitio & motu lymphæ, ac ſeri inæquali ortos *Eryſipelas & Herpes* occupat. Definitur Eryſipelas quod ſit *tumor ſeu rubor cutis, aliarumque partium a lympha acri, & pungente in partibus ſubcutaneis, aliisque membranaceis decumbente ortus cum macula rubra late diſperſa puſtulisque cum dolore erumpentibus conjunctus.* Herpes eſt *inflammatio exulcerata in partium ſuperficie*

ficie cum puſtulis, & cutis eroſione. Dividitur in *miliarem & erodentem.* Herpes miliaris *ſummam exaſperat cutem, & ſub epidermide conſiſtit exiguas puſtulas producens milii ſemine haud diſſimiles.* Herpes exedens *ruptis puſtulis cutem exulcerat, & ſenſim in latum, & altum ſerpit cum puſtulis acidis.*

§. 2. *Subjectum* horum affectuum ſunt partes membranoſæ & cutaneæ; inprimis autem vaſcula lymphatica cutis ſuperficiem perreptantia, nec non glandulæ ſubcutaneæ miliares.

§. 3. Accidit Eryſipelas magis ſanguineis & plethora biliosa ſeroſa abundantibus: idque in maribus & fœminis menſibus aut Hæmorrhoidibus ſuppreſſis, nec non in ætate florida conſtitutis, ipſisque infantibus.

§. 4. Oriuntur hi affectus quandoque ex ipſius maſſæ ſanguineæ culpa citra errorem externum: interdum etiam hoc prægreſſo, inſolatione, ardore ſolis fervido in nudas partes lato, frigore, potu vini calidioris, motu animi, & corporis fortiore. Redit etiam Eryſipelas in quibusdam menſtruo periodo definita ſeu tempore verno & autumnali, præcipue in partibus luxatione, contuſione, & fractura læſis.

§. 5. *Cauſa* Eryſipelatis *proxima*, eaque *formalis* eſt motus humorum p. n. ordinem, & gradum auctus & inſtitutus ad lympham acrem, ⊖ſam & °°oſam ex corpore proſcribendam, quæ *cauſam matarialem* conſtituit.

§. 6. *Diagnoſis* horum affectuum ex ſequentibus ſignis facile patet. Adeſt enim in Eryſipelate tumor non elatus cum calore intenſiore, dolore acicularum inſtar pungente, & tolerabiliore quam in inflammatione. Color rubicundus obſervatur, & deferveſcente humore ad flavedinem magis vergit. Loco ſæpe mutatur, & vaga eſt, nec tenſio adeo difficilis. Cedit prementibus digitis; quo facto color rubeus in album mutatur, qui tamen ſubito redit. Febris interdum adeſt, & cum illa ſuam ſumit originem. Herpes cum hactenus dictis ſignis convenit: differt autem ab illo, quod in hoc tumor latus adſit, & partem exaſperans, durities, dolor, ſenſus

ustionis progressus quasi in orbem, medio dum extrema procedunt senescente, & jure Erysipelas exulceratum dici potest.

§. 7. Differt Erysipelas ab inflammatione quod in hac dolor ardens minor sit quam in Erysipelate, in quo dolor observatur acicularum instar pungens. *P*orro differunt colore si premitur digito cutis inflammatione obsessa rubra permanet, in Erysipelate autem albescit, & deinde iterum rubescit. Tumor in phlegmone non ita premendo cedit, quod tamen in Erysipelate observatur. Sic etiam tensio major in illa est, quam in hoc, phlegmone constans est, & in uno loco permanens: Erysipelas autem ab uno loco in alium cedit, & instar ignis fatui modo in hoc, modo in alio loco apparet.

§. 8. *Signa* horum affectuum *prognostica* eventum illorum indicant, & modum eventus. Erysipelas raro est lethale, nihilominus tamen admodum rebelle, & sæpius rediens. Breviter hoc malum terminatur sed radicitus non extirpatum sæpius redit. Difficilius curatur si ossium denudationi, & fracturis supervenit, aut ab exterioribus ad interiora convertitur, & exulceratur. Malum signum præbet si in facie ac capite oritur, nec non in hepare aliisque partibus internis. Modum eventus salutarem dicimus fieri, si per insensibilem transpirationem terminatur, ubi cuticula cum pruritu in squamas fatiscit, colorque sensim in ordinarium & consuetum mutatur. Erysipelas male tractatum in ulcera rebellia Gangrænam aut mortem facili negotio abit, & introrsum actum vitæ insidias struit. Eadem fere ratio est Herpetis. Simplicis & humidi facilior est curatio quam sicci, & feri. Ferum suppressum graves morbi sequuntur Apoplexia, phtisis, febris. Herpes in cachecticis, & scorbuticis subjectis difficillime curatur, & in ulcera diuturna abit.

§. 9. Ex quo naturam horum affectuum hactenus consideravimus, nunc ad illorum *curam* accedimus. Sed ut hæc rite peragatur sequentes indicationes probe notandæ erunt. Hinc I. *causæ externæ removeantur* II. *materia peccans e corpore ejiciatur & III. in partibus externis hærens resolvatur, & disjiciatur.*

§. 10.

§. 10. Ut *primæ indicationi* ſatisfiat juſtum diætæ regimen inſtituatur. Hinc fugiatur aer nimis calidus & frigidus, eligaturque temperatus. Potus vini calidioris, motus animi & corporis vehementior abſit, menſesque & Hæmorrhoides ſuppreſſæ revocentur.

§. 11. *Secundam indicationem* diaphoretica implent tam media, quam fixiora. *M. S. Tr. Bez. ♁ diaph. diaſcord. Fracaſtor. camphora ♁na, & omnia ex ſambuco parata.*

§. 12. *Tertia indicatio* variis externis, & topicis obtinetur ▽ *& ♒ flor. ſamb.* ♈ *camphorato*, ▽♆, *ſacharo* ♄, & aliis linteis calidis exceptis partique affectæ impoſitis.

§. 13. Purgatio in Eryſipelate non convenit, potius V.S. ad ſanguinis preſſionem fortiorem tollendam, & dolorem illi conjunctum ſedandum.

§. 14. In Eryſipelate diuretica conveniunt, ſuccinata, & ⊕ oſa.

§. 15. Humida volatilia magis per poros penetrant, & obſtructionem inflammatoriam tollunt, nec damnum ab illorum uſu metuendum eſt.

§. 16. Ex ſiccis *Sach.* ♄ convenit, *ceruſſa*, *minium*, *thus*, *Myrrha*, *crocus & camphora* ex quibus pulvis parari poteſt cum lino, vel cannabi applicandus.

§. 17. Conveniunt etiam cataplaſmata ex aromaticis parata, & cum ♈ *camph.* calide applicata, nec non *Theriaca & Diaſcordium.*

§. 18. In Herpete varia externa in uſum vocari poſſunt linimenta ſc. ex mundificantibus conflata, unguenta, aut linimenta ex *ungt. roſar. c.* ⊖*e* ♄, ☿ *alb. camph. lap.* ♋. nec non *Theriac. Diaſc. Terebinth. balſ. peruv. &c.* parata.

CAPUT III.

De Cancro.

§. 1.

AFfectibus cutaneis illi ſuccedunt qui glandulas obſident, Inter quos

quos Cancer potissimus est. Definitur autem Cancer quod sit *tumor lividus & durus parvus ab initio renitens & dolorificus in partibus glandulosis proveniens.*

§. 2. *Subjectum* hujus affectus sunt partes corporis glandulosæ, & vasibus lymphaticis præditæ, nec non uliginosæ & molliores aliæ. Hinc cancrum oriri videmus in mammis, labiis, faucibus, naso, oculis, raro autem in partibus cutaneis.

§. 3. Cancer sponte oritur aut alia occasione producitur ex contrectatione fortiori, punctura acus neglecta, & tumore simplici sibi relicto.

§. 4. Cancer nascitur a lympha acri, acida, austera, & corrosiva poris penitus impacta moraque sua corrupta, & ob errores externos majorem facile acrimoniam contrahente.

§. 5. Quod Cancri *Diagnosin* attinet, notum est illum ab initio admodum occultum esse, & nisi per specialiora irritamenta, gravesque punctiones deprehendendum. Cancer manifestus apparet non tantum ex tumoris inspectione; sed interdum etiam ex dolore noctu inprimis exasperari solito. Cancer exulceratus ulcus horrendum exhibet, cavernosum & inæquale cum tuberculis & caruncults, succedit dolor intolerabilis, quem æger percipit, ac si mille aciculis pungeretur. Tactui resistit durus & obstinatus, interdum etiam mollis esse deprehenditur. Sequitur fœtor intolerabilis ac materia fœtida ac ichorosa, interdum flava. Labia ulceris crassa sunt prætumida & inversa, venarum & arteriolarum extremitates exeduntur & corroduntur: unde larga sæpe sanguinis effluxio sequitur, carnesque vicinæ depascuntur. Febris denique adest lenta, cibi fastidium & sæpe animi deliquium. In pluribus hydrops sequitur, tandemque mors.

§ 6. *Signa prognostica* parvum ægris præbent solamen, cum medentibus illudat, per plures annos sæpe lateat, corporique damnum afferat maximum. Nullus autem morbus majorem ægris metum incutit quam Gancer exulceratus, nullumque malum chirurgis majus negotium facessit quam hoc ipsum: Unde etiam Hippocrates

crates S. 6. aph. 30. dicit: quibus occulti cancri adſunt non curare melius eſt. Curati enim citius intereunt, non curati vero longiore tempore vivunt. Cancer in exterioribus corporis partibus hærens facile cultro extirpari poteſt. Rariſſime exulceratus curatur præſertim in loco inconveniente, & operationem hanc non admittente.

§. 7. Conſideratis quæ ad theoriam hujus affectus pertinere videntur, ordinis ratio poſtulat ut ad ejus *curam* accedamus. Sed ut illa rite peragatur ſequentes indicationes probe notandæ veniunt. I. *Removeantur itaque cauſæ externæ.* II. *Humorum acrimonia mitigetur.* & III. *tumoris & ulceris ratio habeatur.*

§. 8. *Primam indicationem* obtinemus diætam legitimam inſtituendo. Eligatur itaque hunc in finem *aer* purus & temperatus ſerum fluidum reddens. Victus ſit conveniens, vitenturque *alimenta & potulenta* viſcida, & acida, terreſtria ac ⊖e fixo corroſivo prædita, & adhibeantur temperata. Nocent etiam nimis pinguia & leguminoſa. *Somnus* omni opera procuretur, nec in ♋ mammarum in dorſo ægra decumbat. *Motus* porro magis conducit, quam *quies* nec poſt paſtum nimius ſit. Alvus ſervetur lubrica, veneris uſus rarus ſit, excernendaque more procedant. Ira præterea exulet, mœror & alia animi pathemata graviora.

§. 9. Ut *ſecundæ indicationi* ſatisfiat in uſum vocentur diaphoretica, *cinnabarina, cancrina,* ⦶*oſa* ♀*ea camphorata & ſaturnina* humores acres corrigentia & e corpore eliminantia, nec non ♂*tialia, & teſtacea.*

§. 10. *Tertia indicatio* duo requirit 1. ut tumoris, & 2. ulceris ratio adhibeatur. Cura tumoris, ſi locus permittit, *cultrum* requirit, & *medicamenta cauſtica* malum cruſtis abſumentia. Ulcus curam non amplius admittens pelliative remediis lenioribus externis tractandum eſt, cujus generis ſunt *ungt.* ♄*ninum, cum camphora ſuperimpoſitis ſtupis* ♎ *ter.* 🜄 *camph. madefactis.* In uſum etiam vocari poſſunt pulveres ex *Ariſtol. lap.* ♋, & ⊖e ♄ parati & ulceri inſpergi donec ex ulcere maligno fiat benignum ut reliqua deinde curandum.

§. 11. Omnia remedia quæ in peste, & Gangræna præscribi solent, etiam hic proderunt.

§. 12. Ut in omnibus tumoribus, ita in canctosis ☿ialia sunt optima.

§. 13. Nocent in cura cancri purgantia nec non V. S.

§. 14. Si febris & dolor urget absorbentia Ⓓosa opiata & camphorata usum habent egregium.

§. 15. Omnia unguenta cataplasmata farinacea, & unctuosa nocent.

§. 16. Omnia remedia externa acidum acre temperantia & cancrum induratum resolventia sunt optima.

§. 17. Salivationem ope ☿ factam sæpius profuisse testantur medicorum scripta, laminamque ♄inam cum fructu adhibitam.

§. 18. Ex vegetabilibus geranium, polytrichon chærefo-folium, cicuta plantago pomaque putrida laudantur.

§. 19. Caustica sine periculo applicantur carni & glandulis, minus commode autem tendinibus, nervis, & vasibus sanguiferis

CAPUT III.

De
Oedemate & Scirrho.

§. 1.

OEdema hydropicum est, aut podagrium.* Oedema hydropicum definitur quod sit *tumor mollis laxus digito cedens indolens & albicans in cruribus potissimum apparens* a lympha stagnante, aut ex-travasata proveniens, morbisque chronicis utplurimum succedens.

§. 2. Apparet hic tumor nunc in toto corpore & dicitur Anasarca, s. in hac vel illa parte manu. sc. aut pede. Oedema est tumor *primarius* aut *secundarius* alios morbos sequens Cachexiam sc. Hypropem, quartanam phtisin.

§. 3. Oedema podagricum est *tumor œdema referens subjecta podagræ initia experientia affligens, & cum notabili sensu in parte affe-*

cta

Eta connexus ſæpe unum tantum pedem aut crus, aut unum præ altero magis, interdum etiam utrumque occupans.

§. 4. Scirrhus eſt *tumor durus renitens & indolens absque inflammatione ſenſim in partibus mollioribus genitus.*

§. 5. *Cauſa* œdematis & Scirrhi *proxima* eſt ſerum in partibus corporis mollioribus ſtagnans illasque extendens: & omnes *cauſæ externæ* quæ hydropem poſſunt etiam œdema producere.

§. 6. *Cauſa* œdematis podagrici *proxima* eſt ſanguis in his partibus ſtagnans dictaque ſymptomata producens.

§. 7. Antequam podagricus hic tumor continuitatem ſervat recurrendo invadit, & per longius tempus dies & noctes perſiſtit: interdum etiam poſt ſeptimanas remittit, & novis paroxyſmis, poſt plures menſes revertitur.

§. 8. Expoſiti ſunt huic affectui utplurimum temperamento ſanguineo & phlegmatico, aut ex utrisque mixto præditi, & contingit a ſanguine in poris ſpongioſis ſubſiſtente.

§. 9. Ad hos tumores probe ab invicem diſtinguendos notandum erit illos differre 1. ratione *ſymptomatum* cum ſimplex œdematoſus ſenſu quodam exquiſito careat, quod in podagrico non ſemper obſervatur 2. ratione *loci affecti*, ille utplurimum totum corporis tractum occupat inprimis utrumque pedem: hic autem raro vel alterutrum ſaltim, aut ad minimum unum plus quam alterum. 3. Ratione *coloris.* Ille pallidus utplurimum deprehenditur, hic autem frequentius ruborem conjunctum habet. 4. Ratione *temporis, & modi invaſionis.* Ille partem affectam continuo obſidet hic autem per paroxyſmos redit, donec tandem permaneat.

§. 10. Scirrhi *ſigna diagnoſtica* ſunt durus & renitens tumor ab initio minimus apparens, de die vero in diem magis excreſcens modo lividus, modo pallidus ſine inflammatione.

§. 11. Quod *prognoſin* attinet notandum erit, omnes hos affectus multa incommoda habere conjuncta, & mortem niſi rite tractentur inferre poſſe. Raro ſuppurantur hi tumores, interdum tamen œdema in Gangrænam & Sphacelum abit. Scirrhi quoque

 cura-

curatio eſt difficilis ob craſſitiem materiæ & ſiccitatem, in Gangrænam & Sphacelum abeunt, cancrum poſt ſe relinquunt, vel fiſtulam parvam & incurabilem.

§. 12. Ut cura horum tumorum rite inſtituatur ſequentes indicationes memori mente ſemper ſunt tenendæ. I. *removeantur cauſæ externæ.* II. *Humores incidantur, & reſolvantur* & III. *tumoris ratio habeatur.*

§. 13. *Primam indicationem* diæta obtinemus rite inſtituta. *Aer* itaque fugiatur nimis calidus & frigidus, & temperatus eligatur. Inprimis autem frigidus hybernus evitetur œdematoſis maxime noxius. *Cibi* ſint boni ſucci, & concoctu faciles. *Potus* ſit purus ex cereviſia probe defæcata conſtans, aut vino generoſo, & bonæ notæ. *Vigiliæ & ſomnus* non excedant mediocritatis limites. In *motu* ſemper ſit æger ſed non in nimio. *Excreta & retenta* rite ſe habeant, vitentur autem purgantia. *Animi paſſiones* nocent inprimis terror, ira, & mœror.

§. 14. *Secunda indicatio* eadem requirit remedia, quæ ſupra in cura Hydropis ſunt recenſita reſolventia nimirum, incidentia, & aperientia.

§. 15. *Tertiam indicationem* remedia externa implent ſupra in capite de inflammatione recenſita.

§. 16. Decoctum radicis Bryoniæ ſæpe ſolum ſufficit interne exhibitum ad tumores œdematoſos curandos.

§. 17. Mercurialia in graviori caſu circumſpecte data ſunt efficaciſſima, cum humores viſcidos educant & incidant.

§. 18. Pedes faſciis longioribus debite ſtringendi ſunt ut partium robur amiſſum redeat.

§. 19. Externe etiam reſolventia conveniunt ſpirituoſa & aromatica.

§. 20. In œdemate podagrico nocent omnia quæ in hydropico conveniunt.

§. 21. Remedia & poſitiva regimina diaphoretica ad curam hydropicorum œdematum non abſolute commendanda ſunt.

§. 22.

§. 22. Parum conceptæ ſpei reſpondentis effectus ♂tialia vero hydropico œdemati afferunt, & magis ab illo exaſperatur.

§. 23. Martialia agunt adſtrictoria viarum potius, quam attenuatoria humorum efficacia.

§. 24. Viarum ſtricturam ſine præcedente materiæ inhærentis ſufficiente attenuatione, & mobilitate ad cedendum nihil certius ſequitur quam firmior materiæ impactæ conſtipatio.

§. 25. Acidulæ hydropicis ſolennius funeſtæ ſunt quam ſalutares.

§. 26. Ad hydropem V. S. non commendatur, quæ tamen ad podagram utilis eſt uſu præſervatorio.

§. 27. Oedemati podagrico ut malo chronico importuniore tractatione non obviam eundum eſt.

§. 28. Oedema podagricum feſtinatis remediis irritatur, & turbatur.

§. 29. Opportunum tempus podagrico tumori occurrendi eſt, dum diu poſt podagricum paroxyſmum continuari ſentitur.

§. 30. Conveniunt in tumore podagrico pilulæ balſamicæ nec non Scilla & ex illo parata, & mitiora cathartica. Vid. *Stahlii diſputatio de tumore pedum œdematoſo podagrico.*

§. 31. In Scirrho ſucci indurati emolliantur, coagulum reſolvatur, humoresque ſubſiſtentes in motum agantur.

§. 32. Quo magis ſcirrhi emollitio intenditur, eo malum latius extenditur, & diſcutientibus fortioribus magis magisque induratur.

§. 33. Scyrrhus in cancrum abiens nullis externis curatur remediis ſed excidendus eſt in loco conveniente.

CAPUT IV.

De
Ganglio, Atheronate, Meliceride, Steatomate, & Emphysemate.

§. I.

QUartum locum inter tumores cystici occupant, cujus generis *Ganglion* est, *Atheroma*, *Melicerus Steatoma* & *Emphysema*, qui nomen suum a diversitate materiæ intus contentæ sortiti sunt.

§. 2. Ganglion est *tumor durus & indolens in manibus & pedibus obveniens.*

§. 3. Atheroma est *tumor materiam pulti similem in propria tunica continens.*

§. 4. Meliceris est *tumor humorem melli similem in proprio folliculo exhibens.*

§. 5. Steatoma est *tumor materiam sebo vel adipi similem in propria tunica ostendens.*

§. 6. Emphysema est *tumor flatulentus ventos, vel flatus in peculiaribus tubulis offerens.*

§. 7. *Subjectum* horum tumorum tunicatorum sunt partes membranosæ & fibrosæ quæ ita extenduntur, ut proprium sibi efforment folliculum ad succos ejusmodi diversos continendos. In specie autem in Ganglio nervi, ac fibrillæ tendinosæ afficiuntur, & reperiuntur in articulis manuum, & pedum potissimum autem circa juncturas. Reliqui tumores definitum locum non occupant sed indefinite hanc vel illam partem obsident.

§. 8. *Causa proxima* horum tumorum est ampliatio vasis lymphatici, vel etiam chyliferi: *causam materialem* autem humores in illo contenti, & per illud advecti constituunt.

§. 9. *Diagnosis* horum tumorum non est difficilis cum ex signis sequentibus sine ullo negotio deprehendantur. Ganglion cognoscitur ex tumore duro renitente, inæquali, & dolente in manibus aut pedibus diversæ magnitudinis, & cuti simili. Atheroma

ex

ex tuberculo patet utplurimum in capite, ſæpe etiam in aliis corporis partibus membranoſis exiſtente. Melliceris manifeſtatur ex materia melli ſimili & proprio folliculo incluſa; Steatoma autem dignoſcitur ſi materia ſevo ſimilis ſit. Hi tumores lunæ phaſes imitantur, & utplurimum circa partes nerveas radicantur, unde etiam frequentius circa caput, collum, nucham & ſimilia loca nervoſa inveniuntur, & in partibus carnoſis ſarcomata ſalutantur. Emphyſematis ſigna ſunt dum digito facile cedit, neque tam durum eſt, quam tumor œdematoſus.

§. 10. Quod *prognoſin* horum tumorum attinet notandum erit omnes tumores ciſticos ſine periculo eſſe, ſed propter nimiam excreſcentiam, & deformitatem curandos. Atheroma interdum in putredinem abit, & Hæmorrhagiam producit: Emphyſema autem nunquam eſt aperiendum.

§. 11. Traditis hactenus quæ ad naturam horum affectuum explicandam pertinere videbantur, nunc reſtat ut paucis etiam illorum curam perluſtremus. Commode illa peragi poſſe videtur, ſi ſequentes indicationes probe notentur: quarum I. erit ut *removeantur cauſæ externæ per convenientem diætam*, II. *humorum circulantium* & III. *tumorum ipſorum habeatur ratio.*

§. 12. Quod itaque *primam indicationem* attinet obtinemus illam diætam legitimam imperando. Si æger ergo curari vult uſum ſex rerum non naturalium obſervet convenientem. *Aer* itaque adhibeatur temperatus, & ad calorem vergens vitando omnes frigoris externi injurias. Adhibeat porro *cibos* facilis digeſtionis, & bonum ſuccum præbentes. *Potus* ſit cereviſia probe defæcata, & vinum generoſum bonæque notæ. In corporis exercitiis quiete, & excernendis modum adhibeat conſuetum. Excretiones ſuppreſſæ revocentur, motusque animi vitentur omnes œconomiam animalem turbantes.

§. 13. *Secunda indicatio* motum, & qualitatem humorum reſpicit: quorum vitia corrigantur abſorbentibus, lenibus diaphoreticis, diureticis temperatis ☉ofis, ſuccinatis & aliis ſæpius hacte-

nus

nus relatis commoda forma, & regimine conveniente adhibitis. Motu humorum enim conveniente introducto, & qualitate correcta stagnatio impeditur, & subsistentes in motum cientur.

§. 14. *Tertia indicatio* tumorum rationem habendam esse requirit: quorum cura insensibiliter peragitur per attenuantia & resolventia fortiora, inprimis si illi materiam fluidam adhuc continent. Sensibiliter vero magis tolluntur per maturantia, septica, cauteria, & sectionem. Inter resolventia optima sunt ♆ *ejusque* decoctum, 🜄 *camphoratus*, 🜆 *matricalis*, *cum oleis aromaticis & gummosis* mixtus, vel in Emplastra redactis & post pugni inflictionem imposita. Chirurgica & manualis curatio in colaphi inflictione consistit: quo facto cauteria adhibeantur, & reliquiæ exscindantur.

§. 15. Caustica in Meliceride, Atheromate, & Steatomate maxime conveniunt, cujus generis sunt lapis infernalis, butyrum ♁ii & alia.

§. 16. Eschera remota ipsum folliculum penitus absumunt O ust. ♀🜔 & 🜔 ungt. fusc. Wurtzii, quibus eo alloborandum ut cum materia contenta omnis folliculus auferatur, & ossa si illis adhæreat omni cura & diligentia abradantur.

§. 17. Faciliori negotio sectio peragitur incidendo cutim ad crucis formam, labrisque a tumore separatis folliculum eximendo, & penitus exscindendo. Si aliquid folliculi remanet penicillum 🜆 ⊖, aut butyro ♁ imbutum applicetur.

§. 18. Tolluntur hi tumores interdum sed rarius dissipantibus fortioribus, balsamo peruviano, Empl. oxycroceo &c.

§. 19. Si ad suppurationem tendunt hujus modi tumores naturam chirurgus adjuvet maturantibus.

§. 20. Ubi basis latior est, quam ut amputari possit, tangatur lapide infernali, aut penicillo butyro ♁ imbuto, ut unguento digestivo imposito sacculus separari possit.

§. 21. Ubi tumor collo præditus est simul & semel cum membrana sua auferendus est.

§. 22.

§. 22. In cura Ganglii obſtructiones tollantur, & ſucci viſcidi attenuentur per interna, & externa remedia. Ad externa 🝆 lumbr. ∀ſtr. matricalis, vini camphoratus, nec non fotus & cataplaſmata ex reſolventibus parata pertinent.

§. 23. Si his remediis adhibitis non cedit exſtirpetur manu chirurgi exercitati: quod fit illius concuſſione, aut compreſſione digito aut manu facta uſque dum incaleſcat, molleſcat, & evaneſcat.

§. 24. Ne recidivam ægri patiantur ipſi tumori lamina plumbea imponatur, & ſuper hanc Empl. tenaciter adhærens cum ligatura conveniente. Sufficit etiam interdum Empl. de ranis cum ☿io.

§. 25. Poteſt etiam Ganglion aperiri & per ſuppurantia curari.

§. 26. Cura Emphyſematis interne per 🝆tuoſa, & aromatica peragitur, & externe ſacculis ex carminativis paratis, & in vino coctis, vel fotibus & cataplaſmatibus carminativis.

§. 27. Tumores flatulenti non ſunt incidendi ne Gangræna & Sphacelus ſuccedat.

CAPUT V.

De Strumis ſeu Scrophulis.

§. 1.

SCrophulæ ſeu ſtrumæ ſunt *glandulæ collum, & aſperam arteriam exterius ambientes induratæ, & tumefactæ.*

§. 2. Naſcuntur in pueris & maxime ſeroſis, nec non aliis ab aere frigido aquis nivoſis & crudis, ſtrictura nimia, inflatione, & laboribus parturientium.

§. 3. Strumæ contingunt vitio lymphæ, fibrarum, aut utriusque. Illud contingit dum lympha ſubſiſtit & coagulatur: hoc autem ſi fibræ dilatantur, & lympha inæqualiter influit, & recipitur.

§. 4. Strumæ facile cognoſcuntur ex tumore modo unico, & rotundo, modo pluribus colliculis conſpicuo, mobili, majore aut minore & indolente. Ad lunæ phaſes hic tumor primum increſcit, & decreſcit tandem vero fixus permanet, & reſpirationem lædit.

§. 5. *Prognoſis* malum nobis ſiſtit non periculoſum quidem ſed moleſtum & chronicum.

§. 6. Miſſa theoria ad *curam* accedimus ſequentibus indicationibus perficiendam: quarum prima in *remotione cauſarum externarum* conſiſtit. Secunda *vitia humorum corrigit*, & tertia *tumorem tollit*.

§. 7. *Prima indicatio* juſtum diætæ regimen inſtituendum eſſe jubet, cum cauſæ eo quo influunt ordine removendæ ſint. Vitetur itaque hunc in finem *aer* frigidus, nec non aquæ crudæ, & nivoſæ. *Cibi* ſint εὔπεπτοι & boni ſucci, collum parturientium probe muniatur caput verſus anteriora premendo, & in reliquis rebus n. n. juſtum moderamen obſervando.

§. 8. *Secundæ indicationi* diaphoretica ſatisfaciunt, & Bezoardica, aromatica, & ſpecifice ſtrumis oppoſita: cujus generis ſunt radix Vincentoxici, lapis ſpongiæ calcinatus & alia.

§. 9. Ut tumor tollatur & *tertia indicatio* obtineatur diſcutientia, nec non reſolventia & maturantia conjunctim adhibeantur. His non ſuccedentibus cauteria in uſum vocentur & ſcalpellus.

§. 10. Optime reſolventia cum maturantibus adhibentur. Hunc in finem conducunt Gum. ✱. oppon. Galb. Bdell. ℴℴ irin. liqu. 🜄 ſol. & ℴℴ♀ per deliqu.

§. 11. Conveniunt etiam ☿ialia, Empl. Vigonis cum ☿io, nec non amalgama cum ☿io vel ſequens Ettmulleri v. g.

℞. *Empl. diachyl. cum gum.* ℥j.
☿ *cum ſaliv. extinct.* ʒj.

§. 12. Strumæ curari poſſe dicuntur, ſi ter manu mortui fricentur, nec non ſi propria ſaliva ſingulis diebus mane illinantur.

§. 13. Strumæ ſuppuratæ non ſtatim ſunt aperiendæ cum

non

non totæ semper suppurentur. Imponantur potius cataplasmata emollientia, & suppurantia & foramen diu servetur apertum.

§. 14. Si maturari nequeunt imponatur corrosivum, & turunda applicetur unguento Basilico & Terebinth. imbuta, nec non crocus metallorum & butyr. ♄ momentum.

§. 15. Glandularum tumores omni cura sunt mundificandi bals. 🜄. terebinth., vel anisato, & deinde incarnandi.

§. 16. Scrophulæ prominentes & pendulæ filo aut pilo equino sunt stringendæ, ut marcidæ, & aridæ tandem decidant.

§. 17. Scrophulæ dolorificæ optime mitigantur Empl. ☿iali.

§. 18. Si Scrophulæ proprio folliculo includantur cultro exscindantur cavendo vasa majora sanguinea & nervos.

§. 19. Scrophulas, & Strumas sola imaginatione curari posse testantur historici.

LIBER VI.

De Ulceribus, fistulis, ossium carie, & ambustione.

§. 1.

Ultimo tandem loco etiam *ulcera* consideranda veniunt, tanquam antecedentium consectaria. Definitur autem quod sit *solutio continui inveterata utplurimum & saniosa.*

§. 2. *Subjectum* ulcerum sunt partes corporis solidæ molliores, quarum unitas soluta in ulcere deprehenditur. In specie autem caro musculosa ab illis afficitur, nec non glandulosa, & quævis alia pars pluribus canaliculis & vasibus lymphaticis instructa: unde in inguine, abdomine, ano, utero, scroto, peritonæo, & aliis partibus ulcera reperiuntur frequentius.

§. 3. Magna est ulcerum latitudo, & differunt tam ratione *originis*, quam *materiæ contentæ*, & symptomatum supervenientium.

§. 4. Ulcera ratione originis *primaria* sunt, aut *secundaria*. Ulcera primaria per se ex humorum acrimonia hinc inde in corporis partibus oriuntur; secundaria autem vulnera sequuntur, abscessus, & tumores non discussos.

§. 5. Ulcera ratione materiæ contentæ in ulcus *vulgare & saniosum* dividuntur. Ulcus vulgare omnium facillime sanatur pus album, æquale minusque fœtens continens. Ulcus saniosum dicitur ubi succus serosus affatim effluit.

§. 6. Ulcus ratione symptomatum *cariosum* est *depascens, cancrosum, cacoethicum & verminosum. &c.*

§. 7. Ulcera oriuntur a causis externis & internis. Ad causas externas referuntur quæcunque fibrillas membranaceas, & carneas discerpere comminuere, & vulnus infligere possunt.

§. 8. *Causa* interna *formalis* est; & *materialis*. Causa ulcerum proxima & formalis est ruptura vasculorum, & inde factus humorum continentium, & puris effluxus. Materialem causam humores acres constituunt vasa continentia rumpentes, viamque sibi ad exitum parantes.

§. 9 *Diagnosis* ulcerum non est difficilis: in specie autem ulcus vulgare cognoscitur ex pure albo instar lactis, & crasso ejus cremori simili sine odore & fœtore. Ulcera sicca cognoscuntur ex sicca ariditate, non maturabili partis squalore & rugositate asperitate, & duritie qualia Gangrænam sequuntur. Ulcerum phagadenicorum signa diagnostica sunt sequentia. Deprehenduntur, sc. cum Telephiis, & Cheironiis rebellia, magna, nullis remediis cedentia, oris tumidis & duris prædita, sanam carnem cum suis vasis discindentia, & dolorem conjunctum habentia cum vigiliis. Ulcus detectum plures angulos, & profunditates exhibet fibræ, venæ, & arteriæ in conspectum veniunt cum metu Gangrænæ, materia effluens ichor fœtens, est aut serum flavum, & putridum. Ulcus Scorbuticum ex signis scorbuto familiaribus innotescit: Ulcus sordidum autem sequentia conjuncta habet symptomata. Tumo-

morem enim vel pustulam sequitur, materiam continet tenacem, lutosam & in lateribus ulcerum hærentem.

§. 10. Quod *prognosin* attinet variat illa pro diversitate ulcerum, & in illa formanda ad varias circumstantias est respiciendum. Quo ulcus enim profundius est, eo difficilius curatur nec non in partibus quæ multis humiditatibus scatent. Periculosa sunt ulcera, quæ nervos, venas & tendines corrumpunt. Si pus bonum excernitur spes bona erit concipienda. Pus bonum est quod mediam habet consistentiam, album est, leve, æquale, & minime fœtidum: malum contrario modo se habet.

§. 11. Missa contemplatione ulcerum, eorumque causarum indagatione ad *curam* illorum accedimus sequentibus indicationibus peragendam. I. *Removeantur causæ externæ.* II. *humorum acrimonia mitigetur &* III. *unitas soluta restituatur.*

§. 12. *Prima indicatio* requirit diætam correctam, & emendatam. Convenit itaque hunc in finem *aer* æqualis & temperatus, partesque affectæ ab illius injuriis probe defendantur. *Cibi* sint facilis digestionis & boni succi vitatis acidis, ⊖sis, fumo induratis, & leguminosis; *potus* autem purus convenit, & probe defæcatus. *Motus* superet *quietem*, & *vigiliæ somnum*, *animusque* sit *tranquillus* pacatus & ab omnibus motibus gravioribus alienus.

§. 13. *Secundam indicationem* absorbentia implent diaphoretica & lenia diuretica: cujus generis sunt *lap.* ♋, ♁ *diaph. simpl. &* ♂*tiale corall. rubr. mater perlar.* ♁ *tam nativa quam* ♁, ☿ *diaphor.* ⦶*osa, succinata, &* ♀*ea* sub varia forma adhibenda.

§. 14. Ut *tertiæ indicationi* satisfiat absorbentia externa mundificantia digestiva & sarcotica in usum vocentur, & si caro satis succrevit linteis carptis siccis foramen impleatur, & cicatrix obducatur.

§. 15. Ulcus vulgare solo unguento basilico calide infuso & emplastro ex illo confecto imposito curatur.

§. 16. Quo ulcera ſordidiora ſunt eo fortiora requirunt remedia.

§. 17. In ulcerum curatione omnia remedia calide applicanda ſunt. Calor enim maxime attenuat ſuccos: unde etiam ſacculi reliquis emplaſtris arena calida repleti imponendi ſunt.

§. 18. Si ulcus nimis cavum ſit injectiones variæ fiant ex decoct. herbarum traumaticarum Elix. vit. ▽ reg. Hungar. ♆ camph. nec non ☿♎, & ♉.

§. 19. Curatio ulcerum nihil aliud eſt quam conſolidatio ſeu occluſio pororum & ruptorum vaſorum.

§. 20. Turundæ nec ulceribus nec fiſtulis ſunt imponendæ, conveniunt potius plumaceolæ unguento aureo vel Baſilico inunctæ aut ⌒-tuoſis balſamicis & °°oſis imbutæ.

§. 21. Plumaceolis impoſitis totum membrum ulcere infectum linteis circumvolvatur, & conveniens ligatura adhibeatur.

§. 22. Ulcus quod Gangrænam inſequitur ad eundem fere modum curatur unguento Baſilico cum gum. elemi, °° Guajaci, & camph. cum plumaceolis calide ulceri impoſito, nec non Empl. ſtypt., & de ladano. In progreſſu ulcere ad meliorem ſtatum redeunte abſorbentia addi poſſunt, & in ulcere profundo injectiones. Si ulcus gangrænoſum a frigore oritur tunc magis calidiora conveniunt calidius applicanda. Ulcere mundato mitiora ſuccedant balſamus Peruvianus & de Copaiva.

§. 23. Si dolores pertinaces adſunt tunc reliquis remediis camph. adjiciatur nec non opium.

§. 24. Ulcus male ſuccedens in fiſtulas abit. Eſt autem fiſtula *ulcus quod arundinis inſtar fiſtuloſum eſt, partem quam occupat penetrans, & corrodens.*

§. 25. *Subjectum* ut ulcerum, ita & fiſtularum ſunt partes corporis ſolidæ molliores tam carnoſæ, quam glanduloſæ.

§. 26. Fiſtulæ late patent, & differunt ratione *formæ ſubjecti, cauſæ, ſymptomatum & materiæ contentæ.*

§. 27. Fiſtulæ ratione formæ aliæ ſunt rectæ flexuoſæ, unici

aut multiplicis sinus. Sinus autem breves sunt, aut altius penetrant.

§. 28. Inter fistulas ratione subjecti magna intercedit differentia: quædam enim nobiles partes, aliæ vero ignobiles occupant, aliæ intra musculos desinunt ad nervos, ligamenta, & venas excurrunt suumque nomen inde sortiuntur, & carnosæ, nervosæ, ligamentosæ aut venosæ dicuntur.

§. 29. Fistulæ ratione causarum sunt variæ cum illarum quædam a causis internis, aut externis oriantur, aliæ benignæ sint, malignæ, virulentæ, scorbuticæ &c.

§. 30. Symptomatum respectu fistulæ dolorificæ sunt, aut aliis symptomatibus conjunctæ, vel etiam sine his existunt: & denique ratione materiæ effluentis curatu faciles sunt, aut difficiles, vel etiam omnino curari nequeunt.

§. 31. Eadem, quæ ulcerum est fistularum causa: causæ remotæ autem possunt esse variæ, ad quatuor capita tamen revocandæ: oriuntur siquidem fistulæ a vulneribus aut puncturis, a tumoribus aut abscessibus, ab ulceribus inveteratis nec non a carie & corruptione ossium.

§. 32. Quod *Diagnosin* fistularum attinet differunt illæ ab ulceribus profunditate, angustia & diuturnitate. Fistulæ enim profundum, & fistulosum habent foramen extrinsecus angustius latius intrinsecus cum callosis & duris labris. Sitne fistula simplex an in plures sinus diducta ex majore vel minore puris copia colligi potest. Brevem aut altius penetrantem, flexuosam aut rectam stylus prodit intrusus, aut ejus loco candela cerea substituta. Si enim fistula in carne hæret, stylo molle occurrit, pus exit album æquale, & copiosum. Fistula ad nervum pertingens in profunditatis exploratione dolorifica est, pus crassum oleo haud dissimile exspuit, motumque partis lædit; vasa sanguinea afficiens ex sanguine deprehenditur cum pure exeunte, ex venis quidem crassiore sed ex arteriis pellucido magis & cum saltu & quadam titillatione. Fistula ad os excurrens dignoscitur si durum aliquid & renitens æquale stylo

oc-

occurrit, in carie autem conjuncta inæquale, & pus fœtens excernitur.

§. 33. *Signa* fistularum *prognostica* malum nobis indicant curatu difficile, aut plane incurabile. Recentes intra carnem non adeo profunde sitæ in corpore juvenili robusto & sano cum labiis mollibus & mucosis faciliorem curationem admittunt; difficiliorem autem inveteratæ profundæ & recta ad interiora tendentes. Fistulæ non bene curatæ facile redeunt.

§. 34. Et hæc de fistularum theoria sufficiant. Ordinis ratio postulat ut pauca etiam de illarum *cura* adjiciamus. Ut hæc rite peragatur sequentes indicationes memori mente semper teneantur ut nempe I. *causæ externæ removeantur.* II. *Humorum circulantium acrimonia, & alia vitia tollantur* III. *autem unitas soluta tollatur, & restituatur.*

§. 35. *Primam indicationem* obtinemus diætam legitimam imperando ne causa nova quotidie suppeditata frustraneus labor & irritus suscipiatur. *Aer* ergo eligatur purus & temperatus: corpusque ab omnibus aeris externi injuriis probe muniatur. Post aerem *ciborum* habenda erit ratio, in quorum usu acria vitentur ⊖sa acida dulcia & fermentescibilia alimenta, nec non *potus* variis impuritatibus & partibus heterogeneis inquinatus. *Somnus* sit largior, *vigiliæ* vero vitentur, ut & lucubrationes modum excedentes. *Motus & quies* alternis vicibus ita instituantur, ut corpus motu defatigatum quiete refici possit: neque ullus in horum usu contingat excessus aut defectus. *Excreta & retenta* ad leges naturæ ordinarias instituantur, mensium fluxus aut hæmorrhoidum suppressus revocetur, insensibilis transpiratio & urinæ fluxus omni cura promoveatur. *Animi pathemata* rationis jugo subjiciantur nimiusque Veneris usus vitetur.

§. 36. *Secunda indicatio* absorbentia requirit, diaphoretica blanda diuretica ⊕osa, succinata nec non acidulas ipsas.

§. 37. *Tertiæ indicationi* topica satisfaciunt & scalpellus. Hinc labiorum callositas auferanda erit sinus syringotomo exscindendus, & ulcus postea more solito tractandum.

§. 37. In omnibus fistulis sinus denudandus venit, & ductus totus syringotomo ab orificio usque ad extremum fundum incidendus.

§. 38. Fistula aperta ulceri specilla imponantur & plumaceola, quæ labia solutæ unitatis distendunt & coalitionem impediunt, & callositas deinde tollenda venit medicamentis, ferro aut igne.

§. 39. Callo oblato ulcus mundetur decoctis vulnerariis, digestivis, & sarcoticis cicatrix obducatur.

§. 40. Antequam ad ferrum & ignem accedamus alia prius tentanda sunt remedia callum absumentia.

§. 41. Ignis ubi adhibendus applicetur prius terebinthina cum plumaceolo, & deinde ferrum candens quantum æger ferre potest.

§. 42 Sectio ubi ob venarum, & nervorum ramos majores tuto institui nequit, aliis etiam medicamentis frustra adhibitis ad 🜄 F catur, cum ☿ dulc. conjungendam.

§. 43. Ubi plures, & anfractuosi sinus sunt, ibi convenit sequens v. g.

℞. *Ungt. Ægypt.* ℥ß.
Aloes. ʒß.
☿ *dulc.* ʒj.

coquatur ad legitimam consistentiam pro turundis formandis.

§. 44. Si ossis caries conjuncta sit prius illa curanda remediis convenientibus.

§. 45. Quod ulcus est in carne, illud caries in osse dicitur, & describitur quod sit *corrosio ossium a succis acribus, & corrosivis proveniens.*

§. 46. *Subjectum* hujus affectus partes corporis duriores seu ossa constituunt hinc inde in corpore occurrentia.

§. 47. *Causa* cariei *proxima formalis* est fibrarum ossearum & tendinosarum corrosio: *causa proxima materialis* autem in humoribus acribus & corrosivis ad ossa delatis, & subsistentibus consistit.

§. 48. *Causæ remotæ* hujus affectus internæ aut externæ sunt. Ad illas humores acres & rodentes pertinent, nec non tumores inde orti, lues ♀ea, &c. ad has autem vulnus pertinet, fractura atque fissura ossium &c.

§. 49. *Diagnosis* cariei ex sequentibus habetur signis. 1. cognoscitur ex autopsia, 2. ex materia promanante quæ tenuis est, oleaginosa, flava & gravaolens. 3. Si juxta *Hyppocratem* exulceratio vetustior. 4. Si ejus coalescentia difficilior eaque facta iterum rumpitur. 5. Si caro circumstans spongiosa flavida, pallida & livida observatur. 6. Si supra turundas aut emplastra macula nigricans apparet & 7. specillo immisso asperitas deprehenditur.

§. 50. Quoad cariei *prognosin* illa difficillime curatur, & si ulcera illam produxerint tunc res est periculosa. Difficilius curatur circa juncturas & capita ossium. Caries quæ luem ♀eam sequitur difficillime curatur ægrotos ad mortem usque comitans.

§. 51. Visis illis quæ ad theoriam hujus affectus pertinere videbantur, nunc restat ut paucis etiam *curam* perlustremus: quæ ut rite instituatur sequentes observentur indicationes I. *removeantur causæ externæ* II. *humorum circulantium motus & intemperies corrigatur* III. *ossa corrupta separentur, & exulceratio curetur.*

§. 52. Ut *primæ indicationi* satisfiat ante omnia in id incumbendum erit, ut diæta rite instituatur. Eligatur proinde *aer* temperatus & vitetur frigidus omni modo. *Victus* sit tenuis & boni succi, potus sit calidus, & infus. Theæ Veronicæ &c. convenit nec non cerevisia pura, vinumque bonæ notæ. *Motus* porro sit moderatus, & *quies* cordi habeatur. In *somno* & *vigiliis* aurea servetur mediocritas, alvus vesica & pori suo rite fungantur munere. *Animi pathemata* absint graviora, ejusque tranquillitas omni cura & diligentia servetur.

§. 53. *Secundam indicationem* obtinemus absorbentia, diaphoretica, & diuretica sæpe hactenus laudata cum judicio adhibendo.

§. 54. *Tertiam indicationem* topica implent *ignis*, *ferrum*, & alia

& alia remedia v. g. ℴℴ *Guajac.*, *cochl.*, ♎⊖✻ *nec non Myrrh. camph.* & alia.

§. 55. Cura cariei variat pro diversitate causarum illam producentium.

§. 56. Si ad ossa pervenire non possumus per incisionem via paretur, os cariosum uratur, vel aliis remediis caries auferatur.

§. 57. Si patiens ferrum aut △em abhorret corrosiva adhibeantur, eschera absumatur usque dum os nudatum conspicitur, deinde ossi nudato sequens imponatur remedium.

℞. ♀ *Myrrh.*
Aloes aa. ℥j.
Elix. vit. Matthiol. ℥jß.
Mell. rof. ℥j.
camph. ʒß.

§. 58. Ubi os cranii ab aere corruptum est Elixir vitæ calide imponatur plumaceola illa imbuta sæpius de die.

§. 59. Ossium corruptionem in vulneribus, & ulceribus ♀ ir. flor. tuetur, & præservat. Conducit etiam Tr. Euphorbii cum ☿.

§. 60. Si lues ♀ea vel Scorbutus cariem comitatur his morbis curatis, caries facile cedit.

§. 61. Agmen inter morbos externos *ambustio* claudit, quæ nihil aliud est nisi *soluta unitas in partibus solidis a materia comburente excitata cuticulam, cutim, musculos, venas, arterias, nervos, ac tendines lædens.*

§. 62. *Subjectum* ambustionis sunt partes corporis solidæ molliores cuticula, cutis, nec non partes subjectæ, musculi, venæ, arteriæ nervi ac tendines: unde etiam *tres ambustionis gradus* commode possunt constitui: quorum primus est si *cuticula tantum aduritur*, in secundo *cutis in vesicam tollitur*, & in tertio *caro, & vasa subjecta* afficiuntur.

§. 63. *Causæ* ambustionis *remotæ* sunt quævis ardentia: quorum quædam gravius, alia vero levius suum exserunt effectum. Vehe-

hementer comburunt ♄, ♃, ♂ ♀ tormentarius △ fulminaris: mitius autem ⚇ vernix, pix cera, & adhuc lenius stramen, linum & ▽.

§. 64. *Causa* ambustionis *proxima* est ruptio fibrillarum a motu particularum △earum celerrimo producta, tubulorumque inde facta obstructio.

§. 65. *Diagnosis* ambustionis non est difficilis, cuticulam saltim combustam ardor & dolor in parte affecta testantur, cuticula abscedit, & vesiculæ excitantur, in quibus ▽ limpida continetur. Si cutis aduritur vesica quidem statim tollitur, sed nulla crusta relinquitur. Carne subjecta adusta cutis nigra evadit, sensum amittit, & crusta seu eschara deposita ulcus satis profundum remanet.

§. 66. Quod *prognosin* attinet notandum erit ambustionem profundam turpes cicatrices relinquere, & ad avsa majora penetrantem Gangrænam producere. Ad intestina penetrans ambustio incurabilis est, & in inguine valde periculosa. Pars pilosa glabra manet, nec ullus in illa regeneratur pilus.

§. 67. *Cura* ambustionis sequentibus absolvitur indicationibus, ut I. *removeantur causæ externæ* II. *empyreuma conceptum evocetur & III. partes laceratæ consolidentur.*

§. 68. *Prima indicatio* diætam exigit convenientem. Ut illa rite instituatur *aer* eligendus erit purus, & temperatus, frigorisque prohibenda admissio. *Alimenta* in usum veniant succum laudabilem præbentia, potusque vitetur fæculentus, partibusque heterogeneis inquinatus. *Quies* porro concedatur corpori, & *somnus*, omniaque exulent *animi pathemata* graviora, modumque excedentia.

§. 69. *Secundam indicationem* obtinemus △i partem læsam admovendo, aquam calidam, atramentum, cæpas cum ⊖e in mortario contusas, aut fæces adhibendo.

§. 70. Ut *tertia indicatio* obtineatur pustulæ elevatæ tertio die aperiantur & unguentum conveniens aut ceratum sequens adhibeatur v. g.

℞. Ce-

℞. *Ceruss.*
pulp. rad. consol. maj. aa. ℔ j.
lytharg.
lap. calam.
min.
☍ oliv.
cer. aa. ℥ vj.

oleo & ceræ liquefactæ addantur pulveres, & semirefrigeratis pulpa adjiciatur ex radicibus in orbiculos scissis, in ▽ com. coctis & per linteum trajectis parata. Eschara si adfuerit, separatio ejus procuretur, aut si hoc non succedit incisio ad partem sanam usque instituatur, & ulcus illa separata more solito tractetur.

§. 71. Ubi cuticula tantum affecta est ☍ ♀ per deliquium convenit, poros cuticulæ & cutis aperiens, affectumque tollens.

§. 72. Cæpæ cum melle contusæ, & partibus ambustis in principio impositæ usum habent egregium.

§. 73. Gangræna si adest, aut conjungitut remediis tollitur convenientibus.

§. 74. In palpebris, labiis, & digitis manus aut pedis affectis linteum nudum, aut lamina plumbea inter partem unam aut alteram ponantur.

§. 75. Tenera pars ubi læsa est abstinendum a cæpis, ⊖e, & acribus.

OBSERVATIONUM ET CURATIONUM CHIRURGICARUM DECADES QUINQUE.

INDEX OBSERVATIONUM

DECAS PRIMA.

VII. De

DECAS QUARTA.

DECAS QUINTA.

PRO-

PROOEMIUM.

IN morbis externis explicandis hactenus occupati fuimus, opusque cum Deo susceptum sub illius auspiciis etiam ad finem perduximus. Sed ne nobis occurratur a quibusdam dicentibus theoriam nostram esse inanem, & cum praxi non convenire observationum chirurgicarum decades quinque adjicimus, illisque praxeos clinicæ chirurgicæ exemplaris nomen imponimus. Et cum varietas delectet certum in illis proponendis ordinem non servabimus. Proferemus autem natas utplurimum ex propria praxi: quasdam ab aliis auctoribus mutabimus, & ad mentem nostram accommodabimus: quod nemo vestrum in malam partem interpretabitur. Faxit autem D. T. O. M. ut hæc omnia vergant in nominis sui gloriam & auditorum emolumentum.

OBSERVATIONUM CHIRURGICARUM DECAS PRIMA.

OBSERVATIO PRIMA.

De

Fractura cruris cum vulnere.

PUella quædam XVI. annorum cum sodalibus ludens, & de scala in terram desiliens cum impetu in terram ex improviso decidit pede sinistro strepitum edente: cum surgere non posset reliquæ occurrunt illam levaturæ. Hoc facto lypothimiis corripitur, nec pede sinistro potest incedere. Mater accersita pedem inspicit sanguinem fundentem, osque diffractum per tibiale exertum. Domum itaque semianimis deportatur, in lectum reponitur, medicusque & chirurgus advocantur. Pede sinistro tibiali denudato una cum chirurgo medicus læsionem exacte explorat, nullisque fragmentis observatis animum ad auxilium ferendum appellit. Hunc in finem pili abraduntur, omnibusque ad deligationem paratis viri duo ex vicinia advocati pedem circa genu & tertius circa malleolum

lum comprehendunt, pedemque ad ductum lineæ tectæ strenue extendunt. Chirurgus partem tibiæ superiorem leviter saltim prominentem per musculi hiatum in sedem pristinam restituit, & cum inferiore coaptat. Pes in novo hoc situ firmiter detentus ♎ matricali inungitur, & emplastrum catagmaticum foramine ad vulnus tractandum in illo relicto imponitur: quod etiam cum spleniis, & fasciis fit mixtura calida ex vino & aceto facta imbutis. Tota deligatio firmatur ferulis: quarum una e plumbo facta foramen satis magnum ostendit ad vulnus inspiciendum. Sanguine blande ex vulnere expresso, ac absterso, ipsiusque ulteriore effluxu crepitu lupi impedito unguentum digestivum cum linteis carptis applicatur, emplastrumque stypticum Crollii imponitur: quo facto pedis partes ad inflammationem, & tumorem avertendum linteis sequenti decocto imbutis foventur.

℞. *Hb. absinth.*
scord.
artemis.
alchimill.
urig. ⊙
fl. chamom. aa. m. j.

Incis. & contus. coqu. in s. q. ▽♆, & sub finem addatur bolus vulgaris, ac pes in capsula lignea pulvinaribus molliusculis substratis blande collocatur.

Interne medicus sequentia præscribit medicamenta

℞. *Tr. Bez. Mich.* ℨjß.
M. S.
EE. traumat. aa. ℨj.
anod. ℈j.
M. d. ad vitrum.

S.

Resolvirende Wund-Essenz darvon alle Morgen 30. Tropffen in warm Bier zu nehmen. Nec non sequentem pulverem

℞. *lap.* ♋ *pp.*
♁ *diaph.* aa. ℨß.
♁ *nat. rit. pp.* ℈j.
Theriac. cœlest. gr. iij.
M. f. pulv. div. in 4. partes æquales.

S.

Stärck und Ruhe-Pulver darvon alle Abend umb 9. Uhr eins in warmer Brühe zu nehmen.

Die ſecundo, & tertio ægrota bene ſe habuit, nocte ſomno indulgens, cum appetitu vigente & doloribus tolerabilibus. Die ſecunda ligatura una, tertia autem duabus vicibus ſolvitur ad vulnus inſpiciendum, & quarta ſequentes ſpecies traumaticæ præſcribuntur

℞. *Rad. chin.*
ſcrophul.
diptamn. aa ℨij.
Hb. Agrimon.
Veron.
ſanicul. aa. m. j.
fl. Hyper.
roſ. rubr. aa. p. j.
lign. fraxin.
cort. citr. aa ℨij.
cinnamom. acut. ℨj.
paſſul. min. ℥ß.
Inciſ. & contuſ. d. ad chartam.

S.

Wund Species wie Theé zu gebrauchen.

Diebus IV. ſequentibus ſatis commode degit & quæritur ſaltim de doloribus, & puncturis per intervalla ad calcaneum plantamque pedis excurrentibus. Ad hanc moleſtiam tollendam ligatura hactenus firmior relaxatur, partesque cum 🜄 camphor. foventur.

ventur. Diebus ſequentibus appetitus ob motum corporis denegatum facillat, & ſequentibus reſtauratur remediis v. g.

℞. *EE. cinnamom.*
cort. citr.
Maſtich. compoſ. aa. ℥jß.
Elix. propr. ℥j.
S.

Magen-Eſſenz, darvon Morgens und Mittags 30. Tropffen in warmer Brühe zu nehmen.

Tribus ſeptimanis hoc modo peractis pedem diffractum proprio niſu levare nititur ægrota, vulnus rite ſe habet & carne incipit repleri, hinc hactenus laudata continuantur, cavitas vulneris carne penitus repletur, & ad firmitatem pedis cognoſcendam in hypocauſto incedit, hincque ferulis ablatis mane, & veſperi ad fibras nerveas & carneas roborandas pes ſequenti fovetur decocto.

℞. *Hb. ſalv.*
roriſmar.
puleg.
chamædr.
pol. mont. aa. m. j.
fl. ſpic.
lavend. aa. p. j.

Inciſ. coqu. in ſ. q. vini & pes calide hoc decocto foveatur. Hoc facto medicus & chirurgus in ſexto hebdomate ægrotam deſerunt, quæ tam bene incedere diſcit, ac ſi pes antea non fuiſſet diffractus.

OBSERVATIO SECUNDA.

De

Vulnere capitis compoſito.

STudioſus quidam XXIV. annorum vinum cum commilitonibus ad mediam uſque noctem bibit, & inde cum clamore, & gaudio domum rediens in alios incidit inebriatos cum quibus a ver-

bis ad verbera venit; sed infelici cum successu cum in latere dextro vulnus ejus capiti gladio cæsim infligitur ut in plateam corruat, & semianimis in lectum feratur. Chirurgus accersitus non solum cranium scissum sed particulam etiam ab illo sublatam membranasque cerebrum involventes laceratas deprehendit: qua re perterritus solus curam suscipere detrectat & medicum simul in auxilium jubet vocare. Hic accedens hæmorrhagiam videt insignem, ægrumque ebrium deprehendit vomitu, & vertigine laborantem.

RESOLUTIO.

§. 1. Hic adesse *vulnus capitis compositum* cuivis in oculos incurrit. Compositum autem illud dicitur cum illi fractura conjungatur, & partis solidæ particula ablata sit. Præsentiam hujus affectus declarant, *antecedentia* ebrietas hancque insequens altercatio, conflictus &c. 2. *essentialiter inhærentia* continuitas cuticulæ, pericranii, cranii, & membranarum cerebrum involventium sublata. Et 3. *consequentia* hæmorrhagia, vomitus & vertigo: quæ omnia in vulnere capitis composito familiariter accidere solent.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi sunt partes capitis continentes & contentæ. Ad illas cuticula pertinet, pericranium, periostium, & cranium ipsum: ad has autem membranæ referuntur cerebrum obvolventes.

§. 3. *Causa proxima* hujus mali est continuitas harum partium soluta: *remotam* autem ictus constituit gladio cæsim illatus.

§. 4. *Prognosis* tristis est instituenda cum capitis, & cerebri percussiones disparis plane eventus deprehendantur; sed cum vulnus cæsim sit inflictum, & satis amplum spes salutis adhuc est facienda.

§. 5. In *cura* hujus vulneris sequentes indicationes probe erunt attendendæ ut I. *causæ externæ removeantur.* II. *soluta continuitas tollatur &* III *symptomatum supervenientium ratio habeatur.*

§. 6. *Primam indicationem* diæta legitima implet: qua neglecta reliqua remedia frustra adhibentur. Ad hoc impetrandum

aer

aer eligatur purus, & temperatus, ad calorem magis inclinans. Hinc in vulneris relegatione vas carbonibus ignitis impletum adhibeatur ad aeris frigus infringendum, illudque ſimul arceatur linteaminibus calefactis. Victus porro adhibeatur tenuis, & bonum ſuccum præbens, potusque ſit purus, & probe defæcatus. Somnus quovis modo conveniente promoveatur: & in quiete reſtituenda omnis opera ponatur. Animi affectus ſint moderati, arceatur ira, & Bachus. Excreta & retenta mediocritatem non excedant; & cum æger ebrius ſit, & ira adhuc candeat ſanguinis fluxus non ſtatim tollatur, ſed V. S. ſimul inſtituatur moderata, & clyſma ex emollientibus & leniter ſtimulantibus paratum adhibeatur.

§. 8. Ad *ſecundam indicationem* obtinendam locus affectus ante omnia deradatur ne crines vulneri illabentes conſolidationem impediant: quo facto in conditionem vulneris inquiratur per ſpecillum obtuſum, aut candelam ceream, & ſi non apertum ſatis videretur aperiendum eſſet ut per ampliatum vulnus ad interiora ejus introſpici poſſit. Porro fragmentis ſi adſunt extractis ſyrupus vel mel roſarum vulneri inſtilletur vel balſamus peruvianus ſolus, aut cum Myrrha, Aloe & camphora mixtus, vel etiam Eſſentia ſuccini. Tandem vulneri pulvis Myrrhæ & Aloes inſpergatur, Empl. de betonica inponatur cum cataplaſmate ſequente. v. g.

℞. *Hb. beton.*
ſcord.
rut.
abſinth. aa. m. j.
fl. chamom.
ſpic.
lavend. aa. p. j.
far. ſem. lin.
fabar. aa. ℥j.

Inciſ. contuſ. coqu. in ſ. q. vini & applicentur calide; tandemque his omnibus ſudarium concinne applicatum ſuperimponatur. Hæc ſingulis diebus ita repetantur donec nulla fragmenta aut alia

ſymptomata amplius deprehendantur: quibus obſervatis lintea carpta balſamo copaivæ imbuta, & labiis ſequens imponatur digeſtivum

℞. *Terebinth. com.*
mell. roſat. aa. ℥ß.
Myrrh.
Aloes aa. ʒß.
M. f. l. a. unguent.

carne ubi vulnus fere repletum eſt cicatrix linteis carptis inducatur.

§. 8. *Tertia indicatio* ſymptomatum rationem habendam eſſe innuit: quorum potiſſima ſunt ſanguinis ſtagnatio, vertigo, & vomitus. Ad ſanguinem ſtagnantem reſolvendum cephalica adhibeantur, & nervina tam vollatilia, quam magis fixa. v. g.

℞. ♎ *Apopl.* ℥ß.
⊖✳ ʒij.
☍ ♌ *lavend.* ℈ß.
S.

Sonderlicher Haupt-Spiritus des Tags 3. mahl jedesmahl 20. biſs 25. Tropffen in warm Bier zu nehmen.

Ex fixioribus ſequentem commendamus pulverem

℞. ♀ *epilept. March.* ʒj.
ſpecif. ceph.
⦶ *depur.* aa. ʒß.
camph. ℈ß.
M. f. pulv. div. in vi. part. æqual.
S.

Haupt-Pulver darvon alle Mittag eins in warmer Brühe zu nehmen.

Ad vomitum tollendum ſyrupus granatorum acidus adhibeatur: & vertigini ſacculi ex emollientibus cephalicis & nervinis parati imponantur.

℞. *Rad. lil. abl.*
pæon. aa. ℥j.
Hb. beton.

Ve-

Veron.
Agrimon. aa. m. j.
fl. *ſamb.*
chamom.
lavend. aa. p. j.
Inciſ. & contuſ. f. cucuph. no. ij.
S.

Häubgen, in warmen Wein zu duncken, und eines umb das andere warm überzulegen.

OBSERVATIO TERTIA.

De

Luxatione tali cum vulnere.

ANcilla quædam XXII. annorum corbem in capite portans per ſcalam aſcenſura impetuoſius in terram decidit ut os tibiæ in talo ſiniſtri cruris ad IV. digitos transverſos per carnem, & cutim laceratam promineret cum dolore intenſiſſimo. Semianimis ergo in lectum deportatur, medicusque & chirurgus advocantur qui accedentes tibiam e ſede ſua remotam 🜄 camphorato tepido abluunt, & facta ſufficiente extenſione in locum ſuum repellunt. Porro ſanguinem blande e vulnere exprimunt, abſtergunt, illiusque ulteriorem effluxum crepitu lupi impediunt. Hoc facto ſequens digeſtivum linteis carptis applicant

℞ *Terebinth. Venet.* ℥ij.
vitell. ov. no. j.
Aloes
Myrrh. aa. ℨj.
f. l. a. unguentum.

Emplaſtrum opodeldoch. denique ſuperimponitur, & ligatura ſolita adhibita pes in lectum reponitur.

Die ſequente vulnus inſpicitur pus fundere incipiens, ægra dolorem ſentit intenſiſſimum cum febre, deliriis, vigiliis & terrore in ſomno

ſomno ut talus inde diſtortus quotidie iterum eſſet reponendus. His ſymptomatibus ſequens opponitur potiuncula v. g.

℞. ▽ *fl. ſamb.*
til.
card. ben. aa. ℥iß.
ſucc. citr. rec. expreſſ. ℥j.
♄ *diaph.*
corall. pp.
lap. ♋. *pp.* aa. ʒj.
Theriac. cœleſt. gr. iij.
ſyr. papav. errat. ℥ß.
S.

Sonderl. Træncklein darvon alle 4. Stunden etl. Lœffel voll zuvor wohl umbgerittelt zu nehmen.

Adverſus deliria & vigilias ſequens pulvis præſcribitur

℞. *lap.* ♋. *pp.*
⦶ *depur.* aa. ʒj.
camph.
♄ *nat. pp.* aa. ʒß.
M. f. pulv. div. in VI. part. æqual.
S.

Ruhe-Pulver darvon alle Abend eins in warmer Brühe zu nehmen.

Singulis diebus ſequentibus vulnus bis in die inſpicitur ob puris copiam & ſymptomata ſenſim remittentia, ſequuntur fragmenta oſſis a natura ſeparata, & pure evacuato carnis proventus balſamo peruviano promovetur, tandemque linteis carptis cicatrix inducitur.

OBSERVATIO QUARTA.

De
Capitis contuſione.

JUvenis quidam XVI. annorum ſemper per trochleam deſcenſurus deſilit, & decidit tandem impetuoſius in terram capite lapidem

dem quatiens ſubjectum. A domeſticis elevatus in lectum deportatur & medicus advocatur cognatus. Hic accedens, & caput undique tangens & contemplans ſanguinem in latere dextro deprehendit extravaſatum, & æger ſenſim ad ſe rediens quæritur de dolore lateris ejusdem inſigni. Medicus itaque judicans ſimplicem capitis adeſſe contuſionem chirurgum jubet advocare, pilos in parte affecta deradere & venam in brachio lateris dextri ſecare. Hoc facto chirurgum linteis complicatis ſequens Epithema calide jubet applicare parti affectæ v. g.

℞. ▽ ♆ ℥ij.
 ♎ *vin. camph.*
 matric. aa. ℥j.
 ⊖ ♄ ʒj.

& fotum ex ſequentibus nervinis & cephalicis paratum & in vino coctum ſuperimponere v. g.

℞. *Rad. lil. alb.*
 Ariſtol. rot. aa. ℥j.
 Hb. origan.
 beton.
 ſalv.
 major.
 rorismar. aa. m. j.
 fl. ſamb.
 chamom.
 lavend. aa. p. j.
 ſem. cumin.
 Croc. aa. ℥ß.
 Conciſ. contuſ. d. ad chart.
 S.

Haupt-Species in Wein zu kochen und warm überzuſchlagen.

Ipſe medicus ſequentem interne propinat potiunculam v. g.

℞. ▽ *fl. ſamb.*
 til.

ceras. nigr. aa. ℥ i ß.
lap. ♋ *pp.*
♁ *diaph* aa. ʒ j ß.
M. S. ʒ j.
succ. citr. rec. expreß.
syr. papav, errat. aa. ℥ ß.
S.

Resolvirendes Träncklein darvon alle 4. Stunden etl. Lœffel voll zuvor wohl umbgerittelt zu geben.

Die II. III. & IV. satis commode degit patiens, hisque remediis diligenter adhibitis tumor, calor & dolor in parte affecta sensim remittunt. Hinc ad reliquias tollendas sequens Epithema & pulvis adhibetur: quo consumto æger penitus fuit restitutus.

℞. *Bals. peruv.* ʒ i j.
vitell. ov. no. j.
🜄 ℥ i j.
M. f. Epithema.
S.

Eusserl. Umbschlag des Tages etl. mahl mit gedoppelten Tüchlein warm überzuschlagen.

nec non sequens pulvis v. g.

℞. ♀ *antepilept. March.*
⊕ *depur.* aa. ʒ j.
camph.
♁ *nat. pp,* aa. ℈ ß.
M. f. pulv. div. in v. part. æqu.
S.

Stillende Pulver darvon Morgens und Abends bey schlaffen gehen eins in warmer Brühe zu nehmen.

OBSERVATIO QUINTA.

De Erysipelate brachium dextrum occupante.

Vir

VIr quidam XXIV. annorum temperamenti ſanguineo cholerici tempore autumnali per aliquot dies ligna colligens & veſperi domum rediens horrorem ſentit, & calorem totum corpus percurrentem, rubor ſequitur totum fere brachium dextrum occupans cum calore, & dolore acicularum inſtar pungente. Caput præterea dolet, & brachium ſenſim intumeſcit cum cordis quadam anxietate. Tumor digito preſſus cedit, colorque rubicundus in album mutatur priori ſtatim iterum ſuccedente: unde majora metuens mala medicum jubet advocare, qui ſequentia præſcribit medicamenta.

℞. ▽ *fl. ſamb.*
card. bened. aa. ℥j.
rob. ſamb. ʒij.
♌ *ejusdem* ʒj.
♁ *diaph.* ʒß.
M. d. ad vitrum.
S.
Schvvitz-Træncklein auf zvveymal zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

Medicus poſtero die rediens pulſum deprehendit æqualem cum quadam cephalalgiæ & cardialgiæ remiſſione, & ſequentem præſcribit pulverem v. g.

℞. *lap.* ♋ *pp.*
♁ *diaph.*
⊕ *depur.* aa. ʒj.
♄ *nat. pp.*
camph. aa. ℈ß.
M. f. pulv. d. ad ſcat.
S.
Stillendes Pulver, darvon Morgens und Mittags eine gute Meſſerſpitze voll in vvarmer Brühe zu nehmen.

Ad tumorem discutiendum sequens adhibetur Epithema v.g.

℞. ▽ ♆
fl. samb.
♌ *matrical.*
▽ *camph.*
d. ad vitr.
S.

Zertheilender Umbschlag mit doppelten Tüchlein vvarm überzuschlagen, und vvann sie trocken vvorden zu vviederholen.

Tertio & IVto die medicus rediens sentit remittere tumorem & ruborem brachii, & remedia hactenus adhibita continuantur.

Quinto die ægrotum visitans medicus tumorem videt penitus discussum, & cuticulam squamatim separatam.

OBSERVATIO SEXTA.

De

Phlegmone mammam sinistram occupante.

MAtrona quædam lactans infantem corpus solito magis exercet, illudque calefactum subito refrigerat. Circa vesperam horrorem sentit, & calorem totum corpus percurrentem, ut lectum petere cogatur. Noctu ingentem dolorem & calorem percipit sinistram mammam occupantem ut etiam infanti lac ex illa præbere nequeat. Mane de lecto surgens mammam duram videt, & rubram, doloremque & calorem in illa sentit ingentem. Maritus de salute uxoris sollicitus medicum jubet accersiri, qui accedens sequentia præscribit remedia v. g.

℞. ▽ *fl. samb.*
scabios.
card. ben. aa. ℥ ij.
lap. ♋ *pp.*
matr. perl. pp. aa. ʒ i ß.
M. S. ʒ j.

succ.

ſucc. citr. rec. expreſſ.
ſyr. acetoſ. citr. aa. ℥ß.
d. ad fictile.

S.

Schvvitz-Trænckleia darvon alle 4. Stunden etl. lœffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen. Simulque jubet ut puerum lactare pergat: quod illa ob ſummos cruciatus facere detrectat.

Medicus poſtero die rediens tumorem duriorem deprehendit, & ægrota de cardialgia ſpirandique difficultate conqueritur. Hinc ad tumorem diſcutiendum ſequens parare jubet Epithema, illudque linteis calide imponere. v.g.

℞. ▽ *fl. ſamb.*
♎ *ejusd.*
🜋 *crocat.* aa. ℥ij.
Myrrh. ʒj.
camph. ʒß.
♎⊖✱ *ſuccin.* ℈j.
⊖♄ ℈ß.
M. d. ad vitr.

S.

Zertheilender Umbſchlag mit doppelten Tüchlein vvarm aufzulegen, und vvann ſolche drucken vvorden vviederum von friſchem anzufeuchten. Simulque ſacculum adhibere farina ſecalina calida repletum.

Interne ſequentem exhibet pulverem.

℞. *lap.* ♋ *pp.*
matr. perl. pp.
⊕ *depur.* aa. ʒß.
♁ *nat. pp.* ʒß.
camph. ℈ß.
M. f. pulv. div. in VI. part. æqual.

S.

Zertheilende Pulver darvon Morgens und Abends eins in vvarmer Brühe zu nehmen.

Hæc omnia autem incassum adhibentur & malum in deterius ruit.

OBSERVATIO SEPTIMA.

De
Abscessu mamillæ sinistræ.

QUamvis, ut in præcedente observatione diximus, omnia fuerint adhibita, quæ plurimum valere solent ad tumores dissipandos: nihilominus tamen omnia incassum fuerunt adhibita; sed malum factum est deterius, calor siquidem, & dolor augentur, qui etiam in pulsantem mutatur. Hinc durus tumor, rubens, ac dolorificus in superiore mamillæ parte deprehenditur. Huic tumori imponitur Empl. Stypt. Paracelsi, unde tumor brevi suppuratus, & sponte ruptus est, multumque puris laudabilis effluxit. Aperturæ sequens imponitur remedium, ex sequentibus constans ingredientibus v. g.

℞. *Axung. ovis*
Gum. elemi
Terebinth. Venet. aa. ℥iß.
℅ Hyper. ℥jß.
cer. ʒij.
santal. rubr. ʒj.

Omnia ad ignem liquefiant, percolentur, & in balsamum redigantur. Imponitur præterea Empl. modo dictum, simulque sacculus calidus farina secalina impletus ad reliquam duritiem tollendam, atque ita hic tumor paucorum dierum intervallo sanatus est.

OB-

OBSERVATIO OCTAVA.

De

Colli distorsione.

INfanti trium annorum collum in latus ſiniſtrum ita diſtorquetur ut caput ad ſcapulas fere emineat, nec retropelli poſſit. Medicus, & chirurgus advocati tendinem muſculi maſtoidis contra-ctum deprehendunt, & ad hoc malum tollendum ſequens linimentum ſæpius calide adhibendum præſcribunt. v. g.

℞. *Ungt. dialth.* ℥j.
℔ *infuſ. lil. alb.*
Hyper. aa. ʒij.
℔ *lumbr. ∇ſtr.*
pingu. caſtor. aa. ʒj.
M. f. linimentum.
S.

Erweichende Salbe den ſchadhafften Orth œffters warm darmit zu beſtreichen und folgendes Pflaſter auffzulegen.

℞. *Empl. diachyl. ſimpl.* ℥ij.
☿ *ſaliv. extinct.* ℥ß.
℔ *Amygd.* d. q. ſ.
M. f. l. a. Empl.
S.

Pflaſter über den Schaden zu legen. Quotidie præterea caput infantis cum corpore aliquoties attollatur, & collare ex cotone confectum adhibeatur ad caput blanda vi ſenſim attollendum.

Interne ſimul ſequentia propinentur remedia v. g.

℞. *Tr. Bez. Mich.*
M. S. aa. ʒß.
liqu. CC. ſuccin. ℈ß.
S.

Oeffenende Eſſenz alle Morgen 10. biſs 11. Tropffen darvon in warmer Brühe zu geben. Et ita æger tandem ſanatus eſt.

OB-

OBSERVATIO NONA.

De

Fractura tibiæ in utroque latere.

PUella quædam XII. annorum arborem conſcendit ceraſa ex illa decerptura, & inde decidit. Hinc propter dolorem motusque imbecillitatem ſemianimis domum reportatur. Balneator accerſitus cruris percipit inæqualitatem cum crepitu oſſis; unde pedes accuratius contemplans unam tibiæ extremitatem acutam in hanc, fibulæque in alteram partem pergentem deprehendit, idque in utroque latere. Pedes itaque extendi curat & oſſa fracta ſtatim reponit. Spiritum matricalem inungit & impoſito Emplaſtro catagmatico ſplenia, & ferulas circumjicit, & in capſula lignea pulvinaribus molliuſculis ſubſtratis blande collocat. Hanc operationem per intervalla renovat, & ita patiens intra VIII. ſeptimanas incedere moliens difficulter id præſtat cum pes ſiniſter admodum obliquus eſſet, & pollex pedis plus palmæ latitudine introrſum vergeret.

OBSERVATIO DECIMA.

De

Fracturæ tibiæ in pede ſiniſtro perperam ſanatæ reſtitutione.

PUella cujus in ſuperiore obſervatione mentionem fecimus admodum moleſte incedit: unde parentes medicum, & chirurgum ex oppido vicino accerſunt, qui oſſa iterum quidem conſolidata reperiunt, ſed cum deformi cruris diſtorſione, & ad ambulandum ineptitudine, & oſſa denuo frangenda eſſe judicant. Ut hoc melius ſuccedat cataplaſma per octiduum prius imponunt ex ſtercore columbino, & lacte caprino coctum. Hoc tempore elapſo chirurgus puellæ crus diſtortum ambabus apprehendit, & tanta vi contra genu comprimit, ut oſſa ſine ſonitu iterum diffrangantur, & poſtmodum rite extendi, & more ſolito repoſita debite curari poſſint.

OB-

OBSERVATIONUM CHIRURGICARUM DECAS SECUNDA.

OBSERVATIO PRIMA.

De

Gangræna & Sphacelo ex frigore.

STudiosus ille, cujus in parte priore ubi de Melancholia mentionem fecimus, ut vi frigoris illuderet abjectis vestimentis in sylva nive & frigore obducta pronus incedit, manus & pedes adurit, & domum reductus medici curæ traditur manibus & pedibus Gangræna & Sphacelo correptis. Hic protinus sequentia interne adhibet remedia

℞. ▽ *fl. samb.*
scabios.
card. ben. aa. ℥ij.
♁ *diaph.*
lap. ♋ *pp.* aa. ʒjß.
M. S.
♎ ⦶ *d.* aa. ʒj.
succ. citr. rec. expr.
syr. pap. errat. aa. ℥ß.
S.

Sonderl. Trææncklein darvon alle 4. Stunden 2. Lœffel voll zuvor wohl umbgerittelt zu nehmen.

Porro ad frigus evocandum manus & pedes nive probe fricat, & deinde membra congelata sequenti balneo jubet immittere v. g.

℞. *Rad. Angel.*
galang. aa. ℥ß.
rapar.
bryon. aa. ℥j.
Hb. rut.
scord.

rorismar.
absinth.
nicot. aa. m. ij.
sem. cumin.
urtic.
eruc. aa. ʒj.
pip. long. ʒvj.
⊖ ✱
☿ aa. ℥jß.

Incis. contus. coqu. in part. I. vini & II. urinæ & bene coctis adde 🜄 opt. ℥vj. Hoc facto sequens epithema & cataplasma calide adhibet

℞. 🜄 *camph.*
Bals. vit. Hoffm. aa. ℥jß.
°°° *juniper.*
terebinth.
philos.
EE. ass. fœt. aa. ʒj.
S.

Umbschlag mit vvarmen Tüchlein vvarm auffzulegen, und folgendes Pflaster vvarm drüber zu schlagen.

℞. *Hb. scord.*
absinth.
philandr.
bismalv. aa. m. iij.
fl. chamom.
samb. aa. m. ij.
farin. fabar.
sem. lin. aa. ℥ij.
pan. biscoct. q. s.

Incis. contus. coqu. in s. q. vini, & fiat l. a. cataplasma. Hoc pacto manus, & pedes quidem restituuntur excepto secundo, tertio & quarto manus dextræ, nec non secundo & tertio manus sinistræ

niſtræ digito, quorum articuli priores Sphacelo corrupti erant: ad quem tollendum penicillo butyro ♄ imbuto tanguntur, & pars corrupta a ſana abſcedit exceptis oſſibus quæ forcipe auferuntur. Ad ulcus remanens curandum ſequentia in uſum vocantur remedia tam interna quam externa. Ad illa ſequens pulvis pertinet

℞. ♄ *diaph.*
lap. ♋ *pp.* aa. ʒ j ß.
⊕ *depur.* ʒ j.
♁ *nat. pp.* ʒ ß.
camph. ℈ ß.
div. in VIII. partes æquales.

S.

Sonderl. Pulver darvon Morgens und Abends eins in warmer Brühe zu nehmen.

Ad hæc autem ſequens unguentum & cataplaſma ſupra deſcriptum referri debent v. g.

℞. *Ungt. Baſilic.* ℥ ß.
balſ. peruv. ʒ ij.
🝆 *philoſ.* ʒ j.
M. f. l. a. unguentum.

S.

Reinigende Salbe mit Beuſchgen warm überzuſchlagen.

Ulcere mundato balſ. peruv. cicatrix obducitur, & ita malum ægrum hactenus affligens tollitur.

OBSERVATIO SECUNDA.

De Ambuſtione a pulvere pyrio.

MOlitor quidam pulveri pyrio conficiendo operam navans, & molam more ſolito ingrediens lapillum inſcius ſecum tranſportat, & pulveri nondum penitus parato immiſcet, illumque molæ penitus perficiendum committit. Hoc facto pulvis ex im-

proviso ignem concipit, mola in auras avolat, & molitorem semi ambustum non procul inde in angulum projicit. Domestici illum in domum semianimem deportant, & in lectum reponunt. Medicum præterea, & chirurgum advocant ut sanitatem amissam restituant. Hi accedentes faciem, manus, pedes, totumque fere corpus ambustum deprehendunt, illisque ut vivus diabolus apparet. Medicus itaque ad ulteriorem fibrarum crispaturam impediendam sequens præscribit Epithema calide imponendum.

℞. ▽ ♆
    🜄 *camph.*
    ♌ *matrical.* aa. ℥iij.
    Bals. vit. Hoffm. ℥ij.
    EE. castor. ℥j.
d. ad vitr.

S.

Eusserl. Umbschlag mit Tüchern vvarm überzuschlagen, und vvann solche trocken vvorden von neuem anzufrischen.

Postero die pustulas in toto corpore cum rubore vident elevatas cutimque in facie & extremis penitus corrugatam.

Tertio die pustulæ in corpore aperiuntur illisque sequens ceratum a celeberrimo Muysio commendatum imponitur. v. g.

℞. *Cerus.*
    pulp. rad. consol. maj. aa. ℔j.
    lytharg.
    lap. calamin.
    Minii
    ☍ *oliv.*
    ceræ aa. ℥vj.

Oleum & cera liquefiant ad ignem adjiciantur pulveres, iisque semi refrigeratis pulpa permisceatur ex radice prius purgata, in orbiculos scissa, in ▽ com. cocta ad mollitiem, & per linteum rarum trajecta parata. Huic cerato pars æqualis unguenti aurei permisceatur, illudque linteis subtilibus & mollibus applicatur.

Ad

Ad cutim in facie & extremis demulcendam, doloresque ſedandos ſequens adhibetur linimentum

℞. *🜔 lini* ℥ß.
N.M. deſt. ℈ß.
Ungt. Baſilic. ℥j.
Gumm. elemi
Galbani aa. ʒij.
camph. ʒß.
🜄 *regin. Hungar.* ʒij.
croci ʒj.
M. f. l. a. unguentum.
S.
Salbe, das Geſicht, Hænde und Füſſe offt warm darmit zu ſalben.

Quarto, & quinto die cutis in puſtulas elevatur, iisque apertis & cerato ſuperius dicto adhibito æger parvo temporis ſpatio interjecto priſtinæ ſanitati reſtituitur.

OBSERVATIO TERTIA.

De Vulnere capitis ſimplici.

PUer quidam XII. annorum ex paſcuo cum equis domum reverſurus in via ex illis decidit ſinciput lapide percutiens. A ſodalibus ad chirurgum delatus in vultum ab illo reclinatur, & magna ſatis portio cute denudata ſed citra fiſſuram, fracturam aut depreſſionem deprehenditur. Capillis deraſis vulnus linteis carptis ſiccis impletur, Emplaſtrumque Opodeldoch imponitur, & æger in lectum reclinatur. Poſtero die cranium detegitur & in illo accuratius perluſtrato præter hanc læſio amplius deprehenditur nulla. Unde oſſe ut antea linteo carpto tecto labiis vulneris ſequens imponitur unguentum cum emplaſtro modo dicto.

℞. *Tereb. comm.*
mell. roſar. aa. ℥ß.

Myrrh.
Aloes aa. ʒß.
M. f. l. a. unguentum.

Et ſic æger his adhibitis remediis brevi priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

OBSERVATIO QUARTA.

De
Nervo vulnerato.

FOemina quædam XXXII. annorum frondes in paſtum capræ abſcindens falce meſſoria ex improviſo digitum minorem lædit, illique circa medium articulum vulnus ſatis amplum, & profundum infligit ad os uſque pertingens, unde dolorem ſentit non adeo magnum. Die ſequente dolor in immenſum augetur cum rubore, ardore, & intumeſcentia totius manus. Chirurgum itaque adit & illi manum oſtendit, qui ejus curam ſolus ſuſcipere detrectat, ſed medicum ſimul in conſilium, & auxilium vocat. Hic nervum vulneratum ex ſymptomatibus judicat, oleumque terebinthinæ ſatis calide infundere jubet, Emplaſtrumque Opodeldoch, aut ſtypticum Paracelſi imponere, tandemque toti manui & digito linteum duplex ſequenti mixtura imbutum. v. g.

℞. ▽♆
🜨 *camphor.*
♌ *matric.* aa. ℥ß.
EE. caſtor. ʒj.
S.

Euſſerl. Spiritus mit warmen Tüchern aufzuſchlagen.

Atque hæc bis de die iterata ſunt donec tandem tumor ceſſit, & vulnus carne impletum & conſolidatum eſt, remanente tantum movendi impotentia in digito affecto.

Sæpe hactenus mentio facta eſt ſpiritus matricalis, cujus ſequens eſt deſcriptio.

℞. *Maſtich.*
Myrrh.

Oli-

Oliban.
Succin. aa. ℥ij.
🜄 *rectif.* ℔ ij.
f. l. a. destillatio.

OBSERVATIO QUINTA.

De Fractura humeri simplici.

JUvenis quidam XXII. annorum tempore hyemali nocturno cum sodalibus in platea nive & glacie obducta obambulans in brachium dextrum impetuosius ruit cum sonitu. Surgens dolorem quendam sentit cum movendi impotentia: qua de re perterritus chirurgum adit, quem eodem tempore medicus visitaverat, illorumque implorat auxilium. Accedentes brachium contemplantur, & in superiore ejus parte quandam percipiunt inæqualitatem, cum movendi impotentia prætereaque nullam læsionem. Hoc facto ægrum in sellam sedere jubent, & chirurgus omnia conquirit ad reponendum, & deligandum necessaria requisita: medicus autem sequentia præscribit remedia

℞. ♎ *matric.*
🜄 *camph.* aa. ℥j.
EE. castor. ʒij.
S.

Eusserlicher Spiritus nach Bevvust zu brauchen.

His ita constitutis chirurgus suos convocat ministros qui brachium extendant ut chirurgus illud commode possit reponere: quod rite factum esse medicus judicat ex forma comparatione facta cum brachio sano, nec non ex superficie, ac æqualitate restituta, & denique ex doloris majoris cessatione. Brachio rite restituto illud spiritu præscripto inungunt, nec non splenia, & ferulas quas deinde imponunt ligatura conveniente adhibita. Medicus insuper sequentia adhibere jubet remedia

℞. *Tr.*

℞. *Tr. Bez.*
M. S. aa. ℥ij.
EE. traumat. ℥ij.
S.

Wund-Essenz darvon Morgens und Mittags 35. Tropffen in warmer Brühe zu nehmen.

Tertio die æger de dolore quæritur ad digitos excurrente: unde ligatura solvitur brachiumque ad hoc incommodum tollendum epithemate a medico ordinato calide inungitur, idque quotidie repetitur. Præscribitur præterea a medico sequens pulvis

℞. *Croc. ♂tis aper. ℥iat.*
osteocoll. aa. ℈j.
°° *cinnamom.* gtt. iij.
M. f. pulv. div. in 4. partes æquales.
S.

Sonderliches Pulver darvon alle Morgen eins in vvarmer Brühe zu nehmen.

Die septimo dolor omnino remittit, circa locum affectum color cutis nativus efflorescit, & tertia septimana æger munia consueta obire incipit.

OBSERVATIO SEXTA.

De Vulnere capitis per accidens lethali.

Miles quidam gregarius XXVIII. annorum capite a teneris unguiculis debili præditus cum commilitonibus per totum diem cerevisiam solito copiosius ingurgitat & chartis lusoriis ludit donec tandem magna inter illos discordia oritur, a verbis ad verbera itur, & hujus ab adversario vulnus gladio capiti infligitur. Hoc facto semianimis in domum deportatur, & chirurgus advocatur qui vulnus adeo amplum in ejus capite deprehendit ut per cranium, & meninges ad cerebrum usque possit introspicere: qua de re etiam perterritus solus illius curam suscipere detrectat, & medicum simul in

in conſilium, & auxilium vocare jubet. Hic accedens per vulnus in caput introſpicit, illudque oſſi ſincipitis ſupra aurem in fine muſculi temporalis inflictum eſſe, & per meninges ad cerebrum penetraſſe videt, ægrumque iratum, ebrium, hæmorrhagia, vomitu, & vertigine laborantem. Pilos itaque abradere jubet, & venam in brachio dextro aperire: ipſe autem interea ſequentia præſcribit remedia

I.

℞. *Balſ. peruv.*
mell. roſar. aa. ℥ß.
EE. ſuccini ʒj.
camphoræ ℈ß.

S.

Balſam in die Wunde zu gieſſen.

II.

℞. 🝆 *Terebinth.*
🜄 *rectificat.* aa ℥ß.

S.

Euſſerl. Spiritus mit corpie auf die Wunde zu legen.

III.

℞. *Empl. de beton.*
dia-chyl. ſimpl. aa. ℥ij.
camph. ℈ij.
🝆 *laur.* ℥ß.
f. l. a. magdal.

S.

Pflaſter auf den Schaden zu legen.

IV.

℞. *Rad. Doron.*
Irid. flor.
caryoph. aa. ℥j.
Hb. Verben.

chamædr.
rut.
beton. aa. m. j.
fl. anth.
beton.
pæon. aa. p. j.
cubeb.
sem. carv.
anis. aa. ℥ß.
Incis. contus. d. ad chart.
S.

Species zu zvvey Säcklein in Wein zu kochen und vvarm überzulegen.

His omnibus ita præparatis chirurgus balsamum vulneri instillat, Emplastrum supra linteum extensum loco affecto imponit, sacculum calefactum & coctum, & denique sudarium commune applicat. Quotidie hæc ita duabus vicibus peraguntur æger bene se habet, mens sana est, & æger bene dormit.

Die tertio quædam ossium fragmenta separata eximuntur & ad vulnus exsiccandum sequens pulvis inspergitur

℞. *Myrrh.*
Aloes
Mastich.
sangu. Dracon. aa. ʒj.
sarcocoll. ʒß.
croc. ℈ß.
S.
Pulver zum Einstreuen.

& unguentum in observatione tertia descriptum linteis carptis applicatur.

Die IV. pus succedere incipit, quod die vto coctum & bonæ notæ apparet & a chirurgo diligenter abstergitur, ægro interim satis commode degente.

Circa

Circa vesperam medicus & chirurgus redeuntes omnia fere vident mutata & errorem suspicantur in rebus n. n. commissum, quem etiam ab adstantibus discunt referentibus illum ira fuisse correptum cum quædam ab adversario narrassent, hinc etiam medicus sequens præscribit remedium

℞. ♎ *Apopl.* ℥ß.
⊖ ✳ aa. ʒij.
⁂ ℘ *rut.*
lavend. aa. gtt. iij.
S.

Haupt-Spiritus darvon des Tages 3. mahl jedesmahl 20. biß 25. Tropffen in Mayen-Blumen-Wasser zu nehmen, auch zuweilen etwas auf ein Tüchlein zu giessen, und dran zu riechen.

Ab hujus remedii usu nullum sentit levamen, sed sequentem noctem agit insomnem.

Sexto die appetitus depravatus deprehenditur, & vigiliæ succedunt per totam noctem durantes: ad quas tollendas sequentes pulveres adhibentur.

℞. ⦶ *depur.* ʒj.
♀ *antepilept. March.*
specif. ceph. Mich. aa. ʒß.
camph. ℈ß.
M. f. pulv. in v. part. æqu. div.
S.

Stärck und Ruhe-Pulver darvon alle Abend eins in warmer Brühe zu nehmen.

Sed frustra omnia adhibentur cum VII. & VIII. die deliria succedant, nono convulsiones & decimo ipsa mors.

Die sequente cadaver a medico & chirurgo more solito lustratur ubi omnia viscera occurrunt integra, in capite aperto cerebrum in loco affecto ad digiti transversi latitudinem dissectum, meninges in parte membranosa lacceratæ, & in cranio rudimenta calli futuri apparent.

Hoc vulnus per accidens lethale dicendum & errori in rebus n. n. commisso, nec non capitis debilitati in acceptis ferendum est. Vulnus enim I. ferro acuto est illatum, nec tam profunde in cerebrum penetravit, & meninges in parte membranosa fuerunt laceratæ. II. Pro purificatione, & materiæ eductione satis fuit apertum & III. si hoc non fuisset trepanum commode potuisset adhiberi IV. symptomata primis diebus apparentia non fuerunt vehementia. V. mens constitit, & bene dormivit ægrotus VI. materia cocta debito tempore apparuit & VII. patiens ad diem decimum vixit.

OBSERVATIO SEPTIMA.

De

Furunculo.

PUella quædam XII. annorum ob varios per æstatem in rebus nonnaturalibus commissos errores autumno incipiente horrore corripitur cum calore insequente & totum corpus occupante. Postero die tumor oritur in nate ruberrimus cum ardore, & duritie qui sensim increscit cum pulsatione calore, & inflammatione totum femur lateris sinistri occupante. Parentes de salute unicæ filiæ solliciti medicum & chirurgum advocari jubent, qui tumorem in nate deprehendunt ovi columbini magnitudinem excedentem, & medicus sequens præscribit ceratum a chirurgo imponendum.

℞. *Gumm. ladani*
Galban.
✱ aa. ℥ß.
storac. calam.
♁ *rad. bryon.*
Hb. salv.
sem. cumin. aa. ʒij.
resin. pin. ℥iß.
croc. ʒj.
☉ *Guajac.* ʒß.
M. f. l. a. ceratum mollius.

S. Ce-

S.

Cerat Pflaster eusserlich über den Schaden zu legen. nec non sequens cataplaſma

℞. *Rad. lil. alb.*
Alth. aa. ℥j.
Hb. ſcord.
menth.
Agrimon. aa. m. j.
fl. ſamb.
chamom. aa. p. ij.
farin. fabar.
ſem. lin. aa. ℥ß.

Inciſ. contuſ. coqu. in ſ. q. ▽ ſimpl. & f. l. a. cataplaſma.

S.

Zertheilend Pflaster zwiſchen zwey Tüchern warm über das Bein zu ſchlagen.

Interne autem ſequentem propinat potiunculam

℞. ▽ *ſcabioſ.*
card. ben.
fl. papav. errat. aa. ℥iß
♁ *diaph.*
lap. ♋ *pp.* aa. ʒjß.
M. S. ʒj.
▽ *prophyl. ſylv.*
ſyr. acetoſ. citr. aa. ℥ß.

d. ad fictile.

S.

Schvveiſs-Trӕncklein darvon alle 4. Stunden zvvey Lœffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

Die ſecundo inflammatio & dolor quidem remiſerant, tumor autem ſenſim attolli & faſtigiari incipit: unde loco cataplaſmatis unguentum Baſilicum cum modo dicto cerato adhibetur.

Die tertio, & quarto tumor in mucronem elevatur, digitis

apprehensus mollis occurrit, & materia intus contenta fluctuans: unde lanceolo aperitur & pus effluit sanguinolentum in magna quantitate.

Ad vulnus mundificandum sequens epithema præscribitur plumaceolis cum Empl. Opodeldoch applicandum

℞. ▽ ♆
♎ *matrical.* aa. ℥ß.
succ. hyper.
nummular.
plantag. aa. ℨvj.
⊖ ♄ ℨj.
S.

Umbschlag mit Bäuschgen warm überzulegen.

Die sexto sequens ulcere mundato præscribitur unguentum digestivum

℞. *Terebinth. Venet.* ℥ß.
vitell. ovor. no. j.
Bals. peruv. ℨij.
Myrrh.
Aloes aa. ℨß.
M. f. l. a. unguentum.
S.

Salbe eusserlich zu gebrauchen.

Et ita hic tumor decem dierum intervallo sanatus est.

OBSERVATIO OCTAVA.

De
Tumore pedum œdematoso & scabie.

PAstor quidam LX. annorum scabie pedum per multos annos laborans, illamque sevo cervino illinendo repellens incidit tandem in tumorem pedum mollem, laxum, digitis prementibus cedentem, & indolentem. Diu itaque hoc malo afflictus tandem medici expetit auxilium, qui conveniente ordinata diæta sequentia exhibet remedia

℞. *Tr.*

℞. *Tr. Bez. sin. acid.* ℥iij.
⊖ *vol.* 🝆 *os. sylv.*
🜀 *junip.* aa. ℥j.
S.

Zertheilende Essenz darvon Morgens und Mittags umb 3. Uhr 35. Tropffen in warm Bier zu nehmen.

Externe pedibus illinire jubet sequentem spiritum

℞. ▽ ♆
🜁 *camph.*
🜀 *matrical.* aa. ℥j.
EE. succin. ℥ij.
S.

Eusserl. Spiritus die Beine Morgens und Abends vor dem Ofen warm damit zu bestreichen.

Et deinde sequens imponere Emplastrum

℞. *Cer. citr.*
Empl. diapalm. aa. ℥iv.
🝆 *lil. alb.* ℥v.
ungt. mart. ℥ij.
sem. cumin. subtiliss. pulv. ℥iij.
⊖ ✳ *depur.* ℥ij.
🝆 ♀
succin. aa. q. s.
M. f. l. a. ceratum.
S.

Cerat-Pflaster auf Tücher zu streichen und warm über die Füsse zu legen.

Et ita horum remediorum usu tumor sublatus est scabie denuo redeunte: ad quam profligandam sequentibus utitur remediis

℞. *Tr. Bez.*
♄ ♀ *sat.* aa. ℥ij.
EE. anod. ℥ß.

S. Off-

S.

Oeffnende Essenz darvon Morgens und Mittags umb 3. Uhr alle mal 35 Tropffen in vvarm Bier zu nehmen.

Huic succedit sequens decoctum ex lignis paratum

℞. *lign. Guajac.* ℥iv.
cort. ejusd. ʒvj.
sarsaparill.
chin. moll. aa. ℥ij.
passul. maj.
min. aa. ℥j.
Incis. contus. d. ad chart.

S.

Species darvon die Helffte auf einmahl in 1½. Maas Wasser zu kochen dass zvvey drittel bleiben und alle Morgen und Mittag einen halben Schoppen auf einmahl vvarm zu trincken.

Hac decocti portione consumta sequentes pilulæ in usum vocantur

℞. *Extr. panchym. Croll.*
☿ *dulc. rit. pp.* aa. ℈ß
resin. Jalap. gr. v.
M. f. l. a. pil. no. xv.

S.

Purgierende Pillen Morgens auf einmahl in vvarmer Brühe zu nehmen.

Humoribus ita expurgatis reliqua decocti pars adhibetur & tandem sequens balneum, & unguentum.

℞. *Rad. Helen.*
oxylap. aa. ℥iv.
Hb. fumar.
saponar.
scabios.
nepeth. aa. m. ij.
fol. Helen.

ta-

tabac. aa. m. j.
🜄 *crud.*
bacc. laur. aa. ℥ij.
⊕ *crud.* ʒiij.
Incis. contus. d. ad scat.
S.
Species zum Fluss-Bad. Denique sequens unguentum
℞. *Ungt. alb. camph.* ℥ij.
☿ *dulc. rit. pp.* ʒj.
fl. 🜄*is* ʒij.
°° ♀ *per deliqu.* aa ʒij.
M. f. l. a. unguentum.
S.
Salbe an den Füssen in die Gelencke zu reiben.

Et ita a scabie & tumore pedum œdematoso perfecte fuit liberatus.

OBSERVATIO NONA.

De

Paronychia.

ANcilla quædam XXIV. annorum tempore autumnali frigidiore rapas in agro extrahens, & inde domum rediens manus ad ignem calefacit sed successu infelici. Quam primum enim frigori se iterum committit dolorem in pollice dextræ manus circa radicem unguis levem sentit, qui diebus sequentibus sensim ingravescit, & tandem incruciatus incredibiles desinit. Adest præterea rubor, & tumor pollicis ita augetur ut quater solitam crassitiem superet. Pulsatio præterea adest vehemens cum vigiliis, deliriis, appetitu prostrato, & summa inquietudine: unde ad chirurgum ducitur, qui simul in hoc casu medici implorat auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1. Affectus hanc ancillam affligens dicitur *Paronychia*: quam, cum in superioribus omiserimus, hoc loco uberius expli-

camus. Ejus præsentiam declarant 1. *essentialiter inhærentia*, dolor sc. circa radicem unguis ab initio levis quidem, sed successu temporis magna capiens incrementa, & tandem in summos cruciatus desinens, Porro etiam rubor huc pertinet, & tumor insigniter auctus ut quater solitam crassitiem exsuperet. Idem hoc faciunt 2. *Consequentia* pulsatio sc. vigiliæ, deliria, appetitus prostratus cum summa inquietudine. Nec abludunt 3. *Antecedentia* genus fœmininum, ætas juvenilis, manuum subitanea calefactio post insignem refrigerationem: quæ phænomena in paronychia laborantibus familiariter adesse quotidiana docet experientia.

§. 2. *Subjectum* hujus affectus digiti constituunt, in specie autem in hac ancilla pollex illius tyrannidem cogitur experiri. Constat autem pollex ut reliqui digiti ex partibus externis, & internis. Ad illas cuticula pertinet, & cutis: ad has autem musculi, venæ, arteriæ, nervi, tendines &c. ossa cum periostio: quæ partes omnes suos hic patiuntur manes.

§. 3. *Causa* paronychiæ *proxima*, & *formalis* est sanguinis his in partibus stagnatio, & corruptio: *causa materialis* autem sanguis est in motu suo retrogrado impeditus, & subsistens.

§. 4 Non difficile erit ex his causis ita suppositis *rationem & connexionem symptomatum* supra recensitorum explicare. *Dolor* enim, *rubor*, & *tumor* a sanguine stagnante oritur, & has partes extendente: *deliria* autem, & *vigiliæ* a periostio affecto meninges in consensum trahente. Ad eundem modum etiam *pulsatio* nervos affectos indicat, qui ventriculum & alias partes nervosas simul afficiunt: unde *appetitus prostratus*, & *inquietudines* suam ducunt originem.

§. 5. Inter *causas occasionales* ætas juvenilis, & genus fœmininum refertur: potissima autem aeris inæqualitas, ejusque contraria admissio fuit.

§. 6. *Signa* hujus affectus *prognostica* eventum, tempus, & modum eventus declarant. Notandum inde erit Paronychiam morbum esse acutum, gravem, & sæpe lethalem; periculosiorem

autem

autem in extrema, quam ſecunda, aut tertia parte. Modus eventus ſalutaris eſt qui fit per diſcuſſionem cum membri levitate, caloris, doloris, ac pulſationis ceſſatione, nec non per ſuppurationem. Ad malum autem deſinit corruptione partis, & totali abſciſſione tubulorum, perioſtii &c. unde non tantum actio partis læditur, ſed etiam accedentibus febri, deliriis, & convulſionibus mors ſuccedit.

§. 7. Miſſa theoria ad *curam* hujus affectus accedimus ſequentibus indicationibus perficiendam: ut nempe I. *removeantur cauſæ externæ* II. *humorum circulantium* & III. *tumoris habeatur ratio.*

§. 8. Ut *prima indicatio* obtineatur diæta legitima erit præſcribenda: unde violentiam *aeris* inprimis frigidioris quovis modo arcendam eſſe jubemus. *Cibus* ſit euchymus, & boni ſucci: *potus* autem moderatus, & purus nullis partibus heterogeneis inquinatus. *Somnus* ſit largior, *vigiliæ* nimiæ arceantur, nec *motus & quies* mediocritatis limites excedant. Alvus ſervetur lubrica, *excretio* urinæ & ſudoris promoveatur, venus autem prohibeatur. *Animi affectus* moderati ſint, & ubi commotio nimia oritur ſtatim ignis ille exortus aqua continentiæ extinguatur.

§. 9. *Secundæ indicationi* diaphoretica fixiora, & lenia diuretica ſatisfaciunt. Ad illa teſtacea, & marina pertinent, ♁iata, 🜔na & camphora: cujus generis ſunt *corall. rubr. mater perl. lap.* ♋, ♁ *diaph.* 🜔 *nat. &* ♁: ad hæc autem Φ*oſa*, ♀*ea, & ſuccinata.*

§. 10. *Tertiam indicationem* reſolventia volatilia, & media implent, nec non ignis, & ferrum.

OBSERVATIO DECIMA.

De Brachii contuſione.

VIr quidam XLII. annorum litteratus & cogitabundus ex muſeo egrediens, & per cochlidium deſcenſurus ex improviſo decidit in brachium ſiniſtrum ſubjectum. Surgens conqueritur de

(r) 2 inepti-

ineptitudine ad motum, & ſummo dolore brachium occupante. Poſtero die illud tumeſcit, & liveſcit: unde perterritus medicum, & chirurgum advocare jubet. Hi accedentes brachium undique luſtrant, tandemque nec fracturam nec luxationem deprehendunt, ſed ſummam tantum contuſionem factamque ſanguinis extravaſationem. Hinc medicus ſequentia adhibet remedia

℞. *lap.* ♋ *pp.*
♁ *diaph.*
⊕ *depur.* aa. ʒj.
☿ *nat. pp.* ʒß.
campb. ℈ß.

M. f. pulv. div. in VI. partes æquales.

S.

Zertheilende Pulver darvon Morgens und Abends eins in warm Bier zu nehmen.

Et chirurgum ſequentia adhibere jubet

℞. *Balſam. peruv.* ℥ß.
vitell. ovor, no. j.
🜄 *camph.*
♌ *matrical.*
balſ. vit. Hoffm. aa. ℥ß.

S.

Euſſerl. Spiritus mit doppelten Tüchlein warm überzulegen mit folgendem Pflaſter

℞. *Rad. Ir. flor.*
— *bryon.* aa. ℥j.
Hb. Veron.
beton.
agrimon. aa. m. j.
bacc. junip.
far. ſem. lin. aa. ℥jß.

Inciſ. contuſ. coqu. in ſ. q. ▽ ſimpl. f. l. a. cataplaſma.

S. Pfla-

S.

Pflaſter vvarm über zu ſchlagen zvviſchen zvveyen Tüchern.

Tertio die redeuntes motum brachii paulatim vident reſtitutum, ac lividum colorem in croceum mutatum: unde miſſo cataplaſmate epithema ſolum adhibetur, & ita æger brevi ſanatus eſt dolore ac flavedine ſublata, & motu brachii reſtituto.

OBSERVATIONUM CHIRURGICARUM
DECAS TERTIA.
OBSERVATIO PRIMA.
De
Aſpera arteria vulnerata.

DUm ſupra de vulnerum lethalitate agimus hiſtoria 89. *cent.* v. *ex Bartholino* occurrit de vulnere aſperæ arteriæ, quod hunc in modum curari poſſet. 1. Hæmorrhagia ℅ terebinthinæ linteis carptis applicato ſiſtatur: quo facto fumus quotidie ad vulnus admittatur, & linteis exceptus applicetur ſequente pulvere carbonibus inſperſo excitatus

℞. *Oliban.*
opopon.
aſſ. fœt. aa. ʒij.
caſtor. ʒß.
camph. ℈ß.

S.

Pulver auf Kohlen zu ſtreuen, das Gemach und die Wunde darmit auſszurauchern. 2. Vulneri calide imponatur ſequens Epithema v. g.

℞. *Balſ. peruv.* ℥ß.
vitell. ov. no. j.
balſ. vit. Hoffm. ℥j.
🜄 *camph.* ℥ß.

S.

Umbschlag mit warmen Tüchlein auf die Wunde zu legen, & tandem Empl. stict. Croll.

Interne sequentia simul exhiberi possunt remedia v. g.

℞. *Rad. liquir.*
chin. aa. ℥j.
Hb. Veron.
hedr. 🜃*str.*
tussilag.
pilosell. aa. m. j.
fl. papav. errat.
hepat. macul. aa. p. j.
passul. maj.
min. aa. ℥ß.
santal. rubr. ʒij.

Incis. contus. coqu. in s. q. 🜄 simpl. tunc

℞. *Colat.* ℔ iij. *add.*
syr. jujubin.
Hispidul. aa. ℥jß.

S.

Wund-Tranck darvon des Tags 3. mahl allemahl ein Glaß voll warm zu trincken.

Nec non sequens pulvis

℞. ♄ *diaph.*
lap. ♋ *pp.*
sperm. cet. aa. ʒj.
Myrrh. ʒß.

M. f. pulv. div. in VI. part. æqual.

S.

Resolvirende Pulver darvon Morgens und Abends eins im Tranck zu nehmen.

Ubi tracheæ circuli iterum coalescere incipiunt tandem unguento digestivo, & Empl. Opodeldoch cicatrix vulneri obducatur.

OB-

OBSERVATIO SECUNDA.

De

Gulæ vulnere.

SImilis fere hiſtoria a Schenckio refertur a malefico quodam, qui carcere detentus gulam ſibi in illa parte, quæ trachæam ſpectat, ſauciarat, & digito hiatum eo uſque ampliarat ut per ipſum medicamenta, & alimenta effluerent, & paucis diebus ſanatus eſt. Si tale vulnus occurrit poteſt hunc in modum curari. Aer ante omnia frigidus, & humidus arceatur, & corrigatur igne in fornace incenſo, & fumo a pulvere ſupra recenſito excitato, qui linteis etiam excipi & vulneri imponi poteſt. Vulneri ſequens balſamus inſtilletur. v. g.

℞. ℴℴ *terebinth.*
balſ. peruv. aa. ℥ß.
ℴℴ *hyper.*
balſ. vit. Hoffm. aa. ʒij.
camph. ℈ß.
S.

Wund-Balſam warm in die Wunde zu gieſſen.

Porro plaga ſutura ſicca firmetur & Epithema ſupra deſcriptum cum Empl. Opodeldoch imponatur. Æger lacte interea nutriatur donec alimentis ſolidioribus iterum veſci diſcat, & vulnere œſophagi conglutinato ſarcotica adhibeantur, & vulnus reliquum more ſolito conſolidetur.

OBSERVATIO TERTIA.

De

Vulnere thoracem penetrante.

VIr quidam militaris XXXIV. annorum in quodam conflictu cum commilitonibus ab adverſario gladio perfoditur vulnere inter quintam & ſextam coſtam in thoracis cavitatem penetrante.

Chi-

Chirurgus advocatus ægrotum jubet parti vulneratæ incumbere, os, & nares constringere, & sanguis per vulnus non adeo magna in quantitate expellitur. Porro candelam cercam per vulnus intrudit, quæ profunde satis penetrat, & aer simul cum impetu e vulnere erumpit. Et quoniam illud pro puris exitu non satis patere judicabat, turundam imponit ex spongia marina cum filo, & ligatura adjecta vulnus modo conveniente deligat. Circa vesperam ob metum suffocationis & respirationem difficilem medicus advocatur qui ℨß. sperm. cet. in calida cerevisia exhibet, & sequentem præscribit potiunculam

℞. ▽ *Card. ben.*
Mar.
Veron. aa. ℥ij.
lap. ♋ *pp.*
♁ *diaph.* aa. ℨj.
syr. papav. errat. ℥ß.
S.

Wund-Træncklein auf dreymahl zuvor wohl umbgerittelt zu nehmen.

Die sequente circa horam medicus & chirurgus redeunt vulnus religatur, & satis amplum apparet ægroto mediocriter se habente, & conquerente tantum de tussicula sicca & puncturis obscuris in latere affecto: unde turunda ex linteo carpto formaro & unguento digestivo ex Terebinth. balf. peruv. vitell. ov. Myrrh. & Aloe composito imbuta applicatur cum filo, & emplastrum conveniens imponitur: & medicus potiunculam hesterno die præscriptam continuare jubet. Hora quarta pomeridiana medicus advocatur qui ægrotum tussi laborantem videt admodum molesta cum sputo sanguinolento, febri & dolore lateris acuto, & punctorio, & sequentem præscribit potiunculam

℞. ▽ *fl. acac.*
card. mar.
ben.

papav.

papav. errat. aa. ℥iß.
♄ *diaph.*
lap. ♋ *pp.*
mand. luc. pisc. pp. aa. ʒj.
M. S. ʒiß.
oxymell. squillit. ℥j.
S.

Resolvirendes Brust-Træncklein darvon alle 4. Stunden etl. Lœffel voll zuvor wohl umbgerittelt zu geben.

Ad dolorem leniendum sequentes præscribuntur sacculi

℞. *Hb. origan.*
summitat. aneth. aa. m. j.
fl. chamom.
samb.
melilot. aa. m. ß.
sem. lin.
fænigr. aa. ℥ß.

Incis. infundantur sacculis, coquantur in lacte, & imponantur ligaturæ.

Tertio die sputum purulentum magna in copia excernitur pure etiam per urinam secedente, dolor remittit, & pus vulnere religato effluit album, & coctum. Unde sequens præscribitur Apozema

℞. *Hb. tussilag.*
capill. ♀*is.*
scabios. aa. m. ij.
fol. abiet. m. j.
passul. maj.
min. aa. ℥ij.
sem. fænic.
anis. aa. ʒij.
Hord. mund. m. ij.

Incis. contus. coqu. in aquæ & vini partibus æqualibus colat.

℞. ℔ iij. *adde*
syrup. jujub. ℥iij.
S.

Heilender Bruſt-Tranck darvon zuvveilen ein Wein Glaſs voll laul. zu trincken.

De hoc apozemate poteſt etiam ℔ j. mell. roſ. ℥. iis tribus permiſceri & per ſyringem in pectoris cavitatem ſi opus erit injici. Vulnus hoc modo per tres dies tractatum ſenſim minorem puris copiam exhibuit, & turundæ quotidie breviores ſunt formatæ.

Die VII. plumaceolum ex linteis carptis formatum, & uſitato digeſtivo imbutum imponitur cum Empl. Opodeldoch. Æger præterea bene ſe habet, probe edit, & dormit: ac ita intra VI. ſeptimanarum ſpatium ex vulnere reconvaleſcit.

OBSERVATIO QUARTA.

De

Nervo & tendine contuſo.

FOemina quædam XXVIII. annorum verberibus a marito excipitur, illique brachium ſiniſtrum circa cubitum probe contunditur, ſequitur inde motus, & ſenſus in manu ablatio, brachium liveſcit cum dolore intenſiſſimo, ut etiam quo ſe referat neſciat. Medicus & chirurgus advocantur qui nervorum, tendinum, partiumque muſculoſarum contuſionem ex ſymptomatibus judicant, prætereaque nullam læſionem deprehendunt. Medicus chirurgum ſequentia adhibere jubet remedia

℞. *Balſ. peruv.* ℥ß.
vitell. ov. no. j.
Balſ. vit. Hoffm. ℥j.
⊖ *vol.* ☍*oſ. ſylv.* ʒij.
S.

Umbſchlag mit doppelten Tüchlein warm überzulegen, und wann ſie trocken worden, vvieder von friſchem anzufeuchten.

Porro

Porro ſequens emplaſtrum

℞. *Styrac. calam.* ʒij.
Empl. ladan. ʒjß.
Benz. ʒiij.
☍ *cumin.* ʒj.
ſaſſafr. ʒß.
camph. ʒjß.
♌ *matrical. q. ſ.*
M. f. l. a. ceratum.

S.

Pflaſter auf den Arm zu legen.

Ipſe autem medicus interne ſequentia exhibet remedia

℞. ▽ *lil. convall.*
beton.
fl. ſamb. aa. ℥ij.
♀ *antepilept. March.* ʒj.
ſpecif. ceph. Mich. ʒß.
M. S. ʒij.
ſyr. acetoſ. citr. ℥ß.
M. d. ad fict.

S.

Stärck-Träncklein darvon alle 4. Stunden zvvey Lœffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

Die ſequente doloris quædam ſentitur remiſſio, motus & ſenſus redire incipiunt, puſtulis elevatis ſerum plorantibus. Remedia hactenus externe uſurpata reiterantur & ſequens pulvis interne adhibetur

℞. *ſuccin. alb. pp.*
♁ *diaphor.* aa. ʒj.
⦶ *depur.* ʒß.
camph. ℈ß.
M. f. pulv. div. in v. part. æqu.

S.

Resolvirende Pulver darvon alle Tage eins in vvarmer Brühe zu nehmen.

Et ita ægrota VIII. dierum spatio sanata est.

OBSERVATIO QUINTA.

De Artuum contractura.

PUella quædam XII. annorum de dolore artuum tensivo per aliquot temporis spatium conqueritur, quem curvatura sequitur pedem, brachium, & totum fere latus sinistrum contrahens cum quadam extremorum extenuatione. Parentes de unicæ filiæ salute solliciti medicum adeunt, ejusque implorant auxilium qui sequentem præscribit pulverem

℞. *Arcan. dupl.* ʒj.
reg. ♄ *med.*
♁ *nat. pp.* aa. ʒß.
camph. ℈ß.
M. f. pulv. div. in VI. part. æqu.

S

Sonderl. Pulver darvon alle Morgen umb 8. und Nachmittags umb 3. Uhr eins in warmer Brühe zu nehmen.

Hoc pulvere consumto pater revertitur referens remedia hactenus adhibita egregium edidisse effectum, dolorem remisisse nec membra ulterius fuisse extenuata. Medicus itaque sequentia præscribit remedia

℞. *Extr. panch. Croll.*
☿ *d. vit. pp.* aa. ℈ß.
resin. Jalap. gr. v.
M. f. l. a. pil. no. XV.

S.

Purgier Pillen Morgens auf einmahl in vvarmer Brühe zu nehmen.

Simul-

Simulque ſequens epithema quinquies de die calide jubet imponere

℞. *Balſ. vit. Hoffm.* ℥iij.
peruv. in vitell. ov. ſol. ℥ij.
EE. ſuccin.
caſtor. aa. ʒij.

S.

Umbſchlag mit doppelten Tüchlein vvarm auf die lahme Seite zu legen und mit vvarmen Tüchern zuvor zu ſtreichen.

Bibat præterea ſequens apozema calide quovis die.

℞. *Rad. chin.*
liquir.
ſarſaparill. aa. ℥ij.
lign. ſaſſafr.
ſanct. aa. ℥j.
ſantal. omn. aa. ℥ß.
paſſul. maj.
min. aa. ℥jß.

S.

Species in anderthalb Maas Waſſer zu kochen, daſs eine bleibet und darvon Morgens und Mittags einen halben Schoppen vvarm zu trincken. Nec non

℞. *Sperm. cet.* ʒj.
🜄 *fol.* ♀.
Arcan. dupl.
ſolut. lap. ♋.
⊕ *depur.* aa. ʒß.
♁ *nat. pp.*
camph. aa. ℈ß.
M. f. pulv. div. in VIII. part. æqu.

S.

Harn treibende Pulver darvon alle mahl eins im Tranck zu nehmen.

 Tandem

Tandem ægrota quotidie in calidis vinaceis sepulta & sequente unguento inuncta est.

℞. *Ungt. laur.*
♂tial. aa. ℥j.
☍ salv. ♀.
major.
succin.
angel.
spic. aa. ℈j.
M. f. l. a. unguentum.

OBSERVATIO SEXTA.

De

Humeri Luxatione.

STudioso cuidam e curru publico prolapso humerus luxatur, & hinc in inferiore tumor in superiore parte autem cavitas deprehenditur cum dolore satis acuto, adeo ut manum nec ad frontem nec dorsum movere possit. Chirurgum itaque accedit illumque ut humerum reponat rogitat: quo facto motus statim redit, & dolor imminuitur. Osse reposito partem affectam 🜄 gumm. * impraegnato lavat, imponit Empl. conveniens, & sub ala linteum in pilæ formam obvolutum cum idonea adhibet ligatura, & æger brevi temporis spatio restituitur.

OBSERVATIO SEPTIMA.

De

Contusione cranii composita.

VIr quidam XXXII. annorum curru publico proficiscens, & ex illo descensurus ex improviso decidit in lapidem latum subjectum. Semianimis inde in diversorium portatur, medicusque & chirurgus in auxilium vocantur. Hi accedentes caput accurate contemplantur, & contusionem capitis cum vulnere, & fissura deprehendunt,

dunt, ægrumque vomitu, & vertigine correptum. His rebus cognitis medicus pilos jubet abradere, & venam in brachio ſecare: ipſe autem interea ſequentia præſcribit remedia,

℞. ♌ *apopl.* ℥ß.
⊖ ✱ ʒij.
°° ♌ *rut.*
lavend. aa. gtt. IV.
S.

Spiritus zum riechen und 20. biſs 25. Tropffen in Mayen-Blumen-Waſſer darvon zu nehmen. Porro

℞. *Rad. Galang.*
zedoar. aa. ℥j.
Hb. Veron.
beton.
Agrimon. aa. m. ij.
fl. ſamb.
chamom.
lavend. aa. p. ij.
Inciſ. contuſ. d. ad chart.
S.

Species zu zvveyen Säcklein in Wein zu kochen und warm über zu legen.

His omnibus paratis ſanguis ex vulnere detergitur, linteis carptis impletur, Empl. de beton. & ſacculus calidus imponitur cum ſudario concinne applicato. Chirurgus præterea quoties opus eſt, ſacculos mutat, & ægroto liquorem cephalicum propinat: unde ægrotus ſenſim ad ſe redit & brodium carnis vitulinæ cum vitello ovi aſſumit, & nocte bene dormit.

Poſtero die medicus redit vulnus religare jubet, quod ampliatum deprehenditur cum contuſionis diſcuſſione. Hinc ad vulnus ampliandum, & fiſſuram tollendam cutis decuſſatim inciditur, pericranio remoto atramentum tenue infunditur, & linteo quadrangulari °° terebinth. imbuto tegitur. Circa veſperam vulnus

vulnus denudatur, leviter derergitur, & fissuram penetrasse deprehenditur. His observatis chirurgus cranium tam diu radit, donec fissura cum atramento sublata sit, & os sanguinolentum appareat tandem sequentem pulverem inspergit.

℞. *Myrrh.*
Aloes
Mastich.
sangu. Drac. aa. ℥j.
sarcocoll. ʒß.
croc. ℈ß.
M. f. pulv. subt.
S.
Pulver zum einstreuen.

Porro cranium linteis carptis tegitur, labiisque vulnerum unguentum digestivum & Empl. de betonica applicatur adjecta ligatura convenientе: æger interea interne sequenti utitur pulvere

℞. ♀ *antepilept. March.*
specif. ceph. Mich.
⦶ *depur.* aa. ʒj.
camph. ℈ß.
M. f. pulv. div. in VIII. part. æqu.
S.
Stärckende Pulver darvon Morgens und Abends eins in vvarmer Brühe zu nehmen.

Et ita æger his remediis adhibitis XII. dierum spatio sanatus est.

OBSERVATIO OCTAVA.

De

Tophis ex lue Venerea.

OFficiarius quidam XLII. annorum lue Venerea laborans, tophis ita repletus est, ut nec manus nec pedes movere possit. Ad chirurgum itaque rheda vehitur; sed hic solus illius curam susci-

pere

pere veretur, ſed medicum ſimul advocare jubet, Medicus itaque accedens ægrotum accurate intuetur, & ſequentia exhibet remedia

℞. *Gumm. Guajac.*
☿ *d. rit. pp.* aa. ʒß.
reſin. Jalap. gr. xv.
℞ *Guajac. q. ſ.*
f. pil. pond. gr. j.

S.

Purgierende Pillen darvon alle Wochen einmahl 15. auf einmahl in vvarmer Brühe zu nehmen.

His uſurpatis ſequens paratur Apozema

℞. *Rad. liquir.*
ſarſap.
chin. aa. ℥ijß.
lign. ſaſſafr.
Guaj. aa. ℥iß.
paſſul. maj.
min. aa. ℥j.
Inciſ. contuſ. d. ad chart.

S.

Species in anderthalb Maas Waſſer zu kochen daſs eine bleibet und darvon Morgens Mittags und Abends einen halben Schoppen warm zu trincken.

Tophis ſequens imponitur Epithema & Emplaſtrum

℞. *balſ. vit. Hoffm.*
♌ *matr.* aa. ℥j.
℞ *Guajac.* ʒß.

S.

Umbſchlag euſſerlich vvarm überzulegen.

℞. *Empl. de Ladan.* ℥ij.
☿ *ſaliv. extinct.* ʒij.

camph. ℥ß.
Guajac. q. s.
M. f. l. a. Magdaleones.
S.
Pflaster eusserlich zu gebrauchen.

Quotidie præterea una vice in lecto sudabat sequente mixtura adhibita

℞. *Tr. Bez. s. acido* ℥ij.
EE. lign.
M. S. aa. ℥j.
S.

Schvveiss treibende Essenz darvon alle Tage 40. Tropffen zu nehmen und sich darauff warm zuzudecken. Et singulis septimanis pilulis utebatur modo præscriptis.

Decimus vix illuxerat dies cum tophi mollescant, & decrescant motu partium redeunte. Hinc etiam remedia hactenus dicta per decem dies adhuc continuantur: quibus finitis tophi penitus disparent, ægerque pristinæ sanitati restitutus dimittitur. Ob metum recidivæ autem singulis septimanis adhuc utitur pilulis præscriptis, & quotidie apozemate modo laudato loco potus Theæ.

OBSERVATIO NONA.

De Vlcere calcaneum occupante.

PUella quædam X. annorum post Variolarum decursum in tumorem incidit crus ad calcaneum usque occupantem. Varia a chirurgo advocato adhibentur remedia sed frustra, cum ille ad interiora magis descendat, tandemque in calcaneo in abscessum abeat, qui sponte rumpitur & Ichorem fundit admodum fœtentem.

In hoc ulcere curando multa a chirurgo frustra adhibentur remedia, donec medicus tandem advocatus sequentia præscriberet remedia.

℞. *Hb.*

℞. *Hb. trifol. fibr.*
scord.
absinth. aa. m. j.
Myrrh.
Aloes aa. ℥ß.
Coqu. in s. q. ▽♆ colat.
℞. ℔jß. *add.*
🜄 *camph.*
bals. vit. Hoffm. aa. ʒiij.
S.

Waſſer den Schaden warm darmit auszuwaſchen, und folgende Salbe überzulegen.

℞. *Ungt. Basilic.* ℥ij.
Myrrh.
Aloes aa. ʒij.
lap. ♋ *pp.*
♁ *diaph.*
camph. aa. ʒj.
°° ♀ *per deliqu. q. s.*
S.

Salbe des Tages œfſters vvarm auf den Schaden zu legen.

Ipſe autem interne ſequens propinat remedium.

℞. *Bals. vit. Hoffm.* ℥ß.
♌ ⊖ ✱ ʒij.
EE. anod. ℈ß.
S.

Spiritus darvon Morgens und Mittags 25. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

Et ita intra XIV. dierum ſpatium ulcus ſanatum eſt.

OBSERVATIO DECIMA.

De Carie tibiæ.

ANcilla quædam XXIV. annorum tempore nocturno obſcuriore in platea ambulans in lapidem incidit, & tibiam admodum contundit. Hunc caſum per aliquot dies negligit, & ulcus oritur cum oſſium carie conjunctum. Chirurgi itaque implorat auxilium qui cum decocto lignorum pulverem Euphorbii oſſi carioſo inſpergit & ita brevi tempore omnis caries ſub forma pulveris ſenſim evacuata fuit, eoque facto ulcus unguento digeſtivo, & Empl. Opodeldoch. trium ſeptimanarum ſpatio ſanatum eſt.

OBSERVATIONUM CHIRURGICARUM
DECAS QUARTA.

OBSERVATIO PRIMA.

De

Thoracis vulnere per ſe lethali.

STudioſus quidam cum vigili nocturno contendens ex improviſo ab illo perfoditur gladio per latus ſiniſtrum in pectoris cavitatem penetrante, & ſeptimæ coſtæ partem, octavam totam, & utriusque ſpatium intermedium trajiciente. Ingens ſequitur & nullis remediis cedens hæmorrhagia, & ſexto die animam cum cruore efflare cogitur. In cadavere aperto (1.) ambitus diaphragmatis carneus laceratus occurrit (2.) ſiniſtri pulmonis fibra ad unciæ longitudinem perforata 3. vaſa pulmonum, inprimis tres inſignes rami arterioſi, lacerata, & (4.) pleura cum pulmonibus inflammata.

Dubia quibusdam videri poſſet hujus plagæ lethalitas, & hoc vulnus non per ſe ſed per accidens mortem intuliſſe: idque ſequentes ob rationes, cum (1.) thoracis integumentorum vulnera non ſint lethalia nec (2.) omnia pulmonum vulnera mortem inferant. Porro etiam conſtat (3.) diaphragmatis plagas non omnes eſſe mortiferas, præſertim carnoſæ illius parti illatas, & inde facile poteſt concludi (4.) hunc ægrum non ex vulnere ſed Pleuritide & Peripneumonia obiiſſe. Sed reſpondendum eſt ad (1.) Vulnera integumentorum

thoracis

thoracis interdum esse lethalia cum pulmones motum thoracis sequantur, & costæ fractæ nec reponi, nec repositæ contineri possint. (2.) Gravia diaphragmatis vulnera carnosæ illius parti inflicta æque lethalia sunt, ac si tendinosum illius centrum fuisset laceratum, cum actio vitalis respiratoria per illa turbetur, ac inflammatio superveniens cerebrum, ac nervosum genus æque facile, ac si pars ejus tendinea ictum sustinuisset, in consensus spasmodicos trahat. Porro etiam (3.) constat vulnera pulmonum propter vasa sanguinea esse lethalia, adeoque (4.) vulneratum non ex Pleuritide, & Peripneumonia sed incompescibili hæmorrhagia obiisse. Sanguis enim in exspiratione in pulmones recipitur, & in inspiratione ex illis iterum exprimitur: unde continuo hoc motu sanguis ad pulmones fertur, per vasa lacerata continuo manat, & ita hæmorrhagia lethalis producitur.

OBSERVATIO SECUNDA.

De

Odontalgia.

FOemina quædam XLII. annorum plethorica, hypochondriaca, & cui menses non rite fluunt tempore autumnali inæquali levi quodam horrore corripitur cum calore insequente totum corpus occupante. Succedit dolor dentes lateris sinistri occupans, seque ad caput & partes vicinas diffundens. Rubent præterea oculi, tumet maxilla lateris affecti, malæ rubent, & dolent dolore ad aures, & tempora usque sese extendente. Diu his cruciatibus afflicta tandem medici implorat auxilium.

RESOLUTIO.

§. 1. Affectus hanc fœminam affligens est *dolor dentium Rheumaticus:* cujus præsentiam demonstrant phænomena huic morbo alias 1. *essentialiter inhærentia* cum ut Rheumatismus ægrotam cum febricula adoriatur, & dolor dentes occupet admodum molestus per caput & partes vicinas diffusus. Idem declarant 2. *consequentia*

 rubor

rubor oculorum, tumor maxillæ, & rubor genæ cum dolore ad tempora, & aures usque sese extendente. Nec abludunt 3. *antecedentia* ætas consistens, sexus sequior, & tempus autumnale. Porro etiam huc referuntur plethora, passio hypochondriaca, menstruarumque excretionum successus perturbatus.

§. 2. *Subjectum* hujus morbi nomen indicat cum dentes utriusque maxillæ superioris & inferioris ab hoc malo afficiantur: in specie autem dolor oritur in membrana glandulosa, ac nervosa, quæ dentes cingit, & cum alveis maxillaribus ligat, & firmat.

§. 3. *Causa proxima* eaque *formalis* odontagiæ est spasmodica membranæ glandulosæ ac nervosæ dentium contractio: *Causam materialem* lympha ⊖sa corrosiva & acris constituit motu humorum med ante ad dentes, & partes vicinas delata, & ibi subsistens.

§. 4. Ex his causis ita suppositis *connexionem* & *rationem symptomatum* supra recensitorum explicare non erit difficile. *Febricula* enim oritur a motu humorum p. n. ad lympham acrem ad partes externas deferendam a natura instituto. Succedit *dolor dentes, & partes vicinas occupans* a partibus ⊖inis & acribus ibi decumbentibus, & membranam glandulosam, & nervosam spasmodice contrahentibus, quæ contractio se latius etiam extendit ad partes vicinas, & dolorem in illis excitat. *Tumor* porro, & *rubor partium vicinarum* ab humoribus subsistentibus oritur, & in motu retrogrado impeditis.

§. 5. *Causarum occasionalium* plures in historia referuntur quæ commode tamen ad tres classes referri possunt. Ad primam *res naturales* pertinent ætas nimirum consistens, & sexus sequior, ad secundam *non naturales* tempus autumnale inæquale & frigidius, nec non sanguinis menstrui excretionis successus perturbatus, & denique ad p. n. plethora, & affectus hypochondriacus; quæ humores acres & ⊖sos partim generarunt, partim autem in actum, & motum deduxerunt.

§. 6. *Signa* hujus affectus *prognostica* ut in omnibus morbis I. *eventum* designant, II. *tempus* & III. *modum eventus*. Quod

primi

primi generis ſigna attinet notandum erit odontalgiam quidem per ſe non eſſe morbum lethalem, facile tamen poſſe contingere ut talis fiat. Porro variat etiam ejus eventus tam ratione ſubjecti, quam cauſarum: partes nerveas ſiquidem occupans periculoſior eſt, quam quæ tantum in membranoſis hæret: facilius etiam odontalgia curatur, quæ ab errore externo oritur, difficilius a Rheumatiſmo, & omnium difficillime ſi inflammatio adeſt, caput obſidet, & nervoſum genus a partibus acribus irritatur, unde convulſiones facile oriri poſſunt. *Longitudo, & brevitas* hujus morbi cognitu admodum neceſſaria eſt. Subita doloris ſedatio in principio & augmento promitti nequit. Brevius dolor terminatur qui a ſero acri oritur, quam qui a ſero viſcido producitur. *Quo ad modum eventus*, vel integre ſolvitur odontalgia vel mutatur in alium morbum. Interdum etiam in abſceſſum abit, aut tumorem ſcirrhoſum.

§. 7. Miſſa theoria hujus affectus ad *curam* illius accedimus ſequentibus indicationibus perficiendam. Ut. I. *romoveantur cauſæ externæ* II. *ſerum ⊖ſum, & acre corrigatur, & evacuetur &* III. *furor inde excitatus ſedetur.*

§. 8. Ut *primam indicationem* obtineamus diæta conveniens ordinanda erit. Hinc fugiatur *aer* frigidus & inæqualis, & eligatur temperatus & æqualis. Dolore perſiſtente convenit *victus* tenuis, mollis & modicus: eo autem abacto ad præſervationem temperantia in victu requiritur ne nimium impletum corpus ad plethoram & cacochymiam diſponatur. *Potus* præterea convenit purus, & diligens uſus infuſi Theæ Vetonicæ, & florum ſambuci. Munditiei præterea opera detur, dentesque quotidie ſequenti fricentur pulvere, & aqua deinde abluantur v. g.

℞. *Lap. pumic.*
rad. Ir. flor.
♀ *crud.*
oſſ. ſep.
CC. ſ. △e pp. aa. ℥ij.
caryoph. ℥j.

cinna-

cinnamom.
Agalloch.
N.M. aa. ʒß.
M. f. pulv. ſubt.

Motus & quies porro in decenti teneantur moderamine, nec *vigiliæ* modum excedant ſed *ſomnus* procuretur dolorum levator. Quoad *excernenda & retinenda* uti in Arthritide ita etiam hic V. S. ſalutaris eſt, nec non cucurbitulæ ſcarrificatæ. Alvus præterea ſuo fungatur munere & admoneatur clyſtere aut potu laxativo. Potiſſimum autem menſtruorum habeatur ratio, & promoveantur remediis convenientibus. *Animi paſſiones* refrænentur incandeſcentia, aliæque perturbationes inordinatæ.

§. 9. *Secundæ indicationi* alterantia ſatisfaciunt, & evacuantia: in ſpecie autem ſequentia

℞. ▽ *fl. ſamb.* ℥ij.
Diaſcord. Fracaſt. ʒj.
⊕ *depur.* ʒß.
ſyr. papav. errat. ʒij.
S.

Sonderl. Træncklein auf zweymahl zuvor wohl umbgerittelt zu nehmen.

℞. *M.P. de ſuccin. Craton.*
Aloes aa. ʒß.
☿ *d.*
⊖ *ſuccin.*
diagrid. ♀*at.* aa. gr. VIII.
extr. caſtor.
opii aa. gr. ij.

M. f. pil. pond. gr. j. & ſumantur xx. pro doſi.

§. 10. *Tertiam indicationem* obtinemus balſ. vit. Hoffm. adhibendo tumorem faciei narium, & temporum cum illo fovendo os etiam illo abluendo. Huc pertinent etiam ♃ina & caſtorina nec non ſpecies ſequentes ſacculo infundendæ, & calide imponendæ

Rec.

℞. *fl. samb.*
melilot.
chamom. vulgar.
Roman. aa. m. ij.
baccar. laur.
juniper.
sem. carv. aa. ℥j.
⊕ ʒij.
camph. ʒj.
Incis. contus. d. ad chartam.
S.
Species zu zwey Säcklein eines umb das andere warm überzulegen.

OBSERVATIO TERTIA.

De

Vulnere abdomen penetrante.

JUveni cuidam XXV. annorum tale vulnus infligitur, quod regionem hypogastricam dissecat, ut peritonæum, omentum & intestina sed illæsa per illud prodeant. Hoc viso chirurgus a sodalibus statim advocatur, qui protinus accedit, partes prolapsas sequenti fovet Epithemate, & statim reponit

℞. ♌ *matric.*
bals. vit. Hoffm. aa. ℥jß.
▽ *menth.*
regin. Hung.
physagon. aa. ℥j.
camph. ʒß.
M. d. ad vitr.
S.
Eusserl. Umbschlag warm zu brauchen.

Hoc facto vulnus consuit, relicto parvo foramine ad materiæ effluxum, & filum repetendum. Præterea linteis carptis unguentum digestivum & Empl. Opodeldoch imponit. Interne medicus ad consolidationem promovendam sequens præscribit decoctum

℞. *Rad. Gentian*
Bardan. aa. ℥jß.
chin.
sarsaparill. aa. ℥j.
Cort. Guajac. ℥vj.
Hb. scord. m. iij.
⊖♀ ℥ß.
Incis. contus. d. ad chart.
S.

Species in anderthalb Maas Waſſer zu kochen daſs eine bleibet und öfters einen halben Schoppen darvon warm zu trincken.

Et ita vulnus intra trium septimanarum spatium perfecte sanatum est.

OBSERVATIO QUARTA.

De
Fungo cerebri.

STudiosus ille cujus supra Decad. I. Obs. 2. mentionem fecimus a vulnere quidem curatur; sed licet lege artis caute satis tractatus fuerit, illud tamen non potuit impediri quin octavo curationis die fungus ex vulnere propullularet nucis avellanæ magnitudinem æquans, qui intra paucos dies ita excrevit, ut ovi gallinacei magnitudinem superaret. Ad hunc tollendum sequens pulvis a Fabr. Hildano descriptus inspersus est, & fungus ab illius usu paucis diebus evanuit.

℞. *Rad. Angel.*
calam. arom. aa. ʒß.
Aristol. rotund.
Irid. flor.
lign. Guajac. aa. ʒij.
fl. salv.
Majoran.
rorismar. aa. p. j.
M. f. pulv. subtiliss.

OB-

OBSERVATIO QUINTA.

De *Parotide.*

JUvenis quidam XXV. annorum febre ardente maligna laborans faciem habet admodum rubicundam. Circa finem ſexti diei de dolore capitis gravativo conqueritur, & ſurditate cum ſtupore. Die ſeptimo omnia fere remiſerunt ſymptomata, urina redditur cocta, & poſt aurem tumor apparet inſignis cum calore, rubore & dolore pulſatili. Ad coctionem itaque promovendam medicus ſequentia præſcribit remedia

℞. ▽ *fl. ſamb.*
card. ben.
ſcabioſ. aa. ℥j.
prophyl. Sylv. ℥ß.
♁ *diaph.*
matr. perl. pp. aa. ʒj.
EE. Myrrh. balſ. ʒij.
ſyr. acetoſ. citr. ℥ß.
S.

Stærck-Træncklein darvon zuweilen ein Löffel voll zuvor wohl umbgerittelt zu nehmen.

Et chirurgo ſequens Empl. Wed. ad parotides imponere

℞. *Empl. magnet. A.S.*
diachyl. aa. ℥ß.
☍ *N.M. q.ſ.*
camph. gr. iij.
M.

Suppuratione facta abſceſſus ſponte rumpit, pus coctum profluit & albicans, & ſequens unguentum digeſtivum cum turunda applicatur

℞. *Terebinthr. Venet.* ℥ß.
vitell. ov. no. I.

°° rof.
camph. aa. ℈ß.
M. f. l. a. unguentum.

nec non Empl. Opodeldoch, & ita æger XII. dierum ſpatio ab omni morbo liberatus eſt.

OBSERVATIO SEXTA.

De
Oculo vulnerato.

JUveni cuidam XXIV. annorum domui novæ erigendæ operam navanti lignum non adeo magnum in altum elevandum in oculum ſiniſtrum decidit, illumque ſauciat, & lacerat. Medicus & chirurgus ſimul in auxilium vocantur, & ille ſequentia præſcribit remedia

℞. ⊕ *depur.*
lap. ♋ *pp.*
♁ *diaph.* aa. ʒj.
♁ *nat. pp.* ʒß.
camph. ℈ß.
M. f. pulv. div. in VIII. part. æqu.
S.

Zertheilende Pulver darvon Morgens und Mittags eins in warmer Brühe zu nehmen.

Oculo præterea inſtillare jubet ſequentem balſamum.

℞. °° 𝔖 *terebinth.* ℥ß.
Balſ. vit. Hoffm. ʒij.
camph. ʒß.
S.

Wund-Balſam in das Auge zu tröpffeln.

Et ſequens cataplaſma ſimul imponere

℞. *pom. dulc.* no. iij.

coqu. in ſ. q. ▽ Euphr. & roſ. ad mollitiem, trajiciantur per ſetaceum & pulpæ addantur.

ſach. ʒij.
camph. gr. v.

Die

Die secundo Medicus & chirurgus accedunt, æger bene se habet, & usus remediorum præscriptorum continuatur.

Dies decimus nondum illuxerat cum æger dimittitur sanitate amissa restituta.

OBSERVATIO SEPTIMA.

De

Sarcomate nasi.

VIr quidam LIV. annorum vitæ sedentariæ deditus de omnimoda naris sinistræ obstructione conqueritur, seque per illam ♌tum omnino ducere non posse medico narrat fortuito accedenti. Hic narem intuetur, illamque sarcomate fere repletam deprehendit. Hinc sequentia adhibet remedia

℞. *Specif. ceph. Mich.*
⊕ *depur.* aa. ʒj.
camph. ℈ß.
Therias. cœlest. gr. iij.
M. f. pulv. div. in VI. part. æqu.
S.

Resolvirende Pulver datvon Morgens und Abends eins in warmer Brühe zu nehmen.

Porro sarcoma penicillo butyro ♁ imbuto tangit, & escheræ sequens imponit unguentum, v. g.

℞. *Vngt. Basil.* ʒij.
Bals. vit. Hoffm. ʒß.
Myrrh. ℈ß.
S.

Salbe auf den Schaden zu legen.

Et hæc singulis duobus diebus repetuntur interponendo interdum sequens Epithema plumaceolis adhibendum.

℞. *Bals. vit. Hoffm.* ℥ß.
☍ *sabin.* ʒjß.
♌ ⊖ ✱ ʒj.

Quo facto ægrotus XXIV. dierum ſpatio in integrum reſtitutus eſt.

OBSERVATIO OCTAVA.

De
Tonſillarum tumore.

PUer quidam X. annorum tempore hyemali frigidiore in platea per totum diem diſcurtens, circa veſperam domum rediens de tenſione conqueritur in parte colli exteriore. Poſtero die tumor durus tactui ſe exhibet ſub mento ſitus, pallidus & deglutitionem impediens, ſimulque puer ſalivam exſpuit viſcidam & glutinoſam: unde parentes de ſalute filii ſolliciti medici implorant auxilium. Hic accedens ſequentia præſcribit remedia

℞. *ſpecif. ceph. Mich.*
Arcan. dupl. aa ʒj.
ſuccin. alb. pp. ʒß.
camph. ℈ß.
M. f. pulv. div. in VIII. part. æqual.
S.

Reſolvirende Pulver darvon Morgens eins in Thée, und Nachmittags in warmer Brühe zu nehmen.

Externe ſequens imponitur parti affectæ emplaſtrum

℞. *Empl. diachyl. ſimpl.* ℥ß.
☿ *ſaliv. extinct.* ʒij.
☍ *petr. q. ſ.*
M. f. l. a. emplaſtrum.
S.

Pflaſter auf den Schaden zu legen.

Præterea imponere jubet ſacculum ⊖e communi repletum, & calefactum atque ita tumor brevi ſublatus eſt.

OB-

OBSERVATIO NONA.

De

Bronchocele.

FOemina quædam XLII. annorum, v. liberorum mater in ultimo puerperio multa patitur incommoda, ita ut collum etiam deturpetur a tumore ſacculi inſtar ab illo dependente. Hujus rei itaque pertæſa medici implorat auxilium qui ſequentia exhibet remedia.

℞. *EE. carm. VVed.*
Elix. antifebr. Mynſ. aa. ℥ij.
EE. Myrrh. balſ. ℥j.
☍♌ *aniſ.* gtt. VI.
S.

Sonderl. Eſſenz darvon Morgens und Mittags 35. Tropffen in vvarmer Brühe zu nehmen.

Externe ſequens imponere jubet cataplaſma idque per XII. dies continuare

℞. *cæp. alb.* no. iij.
rad. lil. alb.
alth. aa. ℥ß.
☍ *chamom.* *q. ſ.*
M. f. l. a. pulticula calide imponenda.

Hoc facto tumor a chirurgo aperitur & pure evacuato ulcus more ſolito conſolidatur.

OBSERVATIO DECIMA.

De

Eryſipelate cruris.

FOemina alia XXXII. annorum linteaminibus lavandis operam navans, & circa veſperum domum rediens levi quadam febricula corripitur per XII. horas durante: quibus prǽterlapſis febris ceſſat, tumore & rubore totum crus ſiniſtrum occupante. Medicus itaque advocatur qui ſequentia adhibet remedia. ℞. ▽

℞. ▽ *fl. famb.* ℥iij.
ejusd. ℥j.
♁ *diaph.*
M. S. aa. ʒjß.
syr. card. bened. ℥ß.
d. ad fict.

S.

Sonderl. Træncklein darvon alle 4. Stunden zwey Löffel voll auf einmahl zu nehmen, zuvor aber vvohl umbzuritteln.

Externe ſequens adhibetur Epithema, & ſaccus farina ſecalina impletus ſimul imponitur

℞. ▽ ♆
🜍 *camph.* aa. ℥ij.
matric.
Balſ. vit. Hoffm. aa. ℥ß.
EE. ſuccin. ʒij.

S.

Euſſerl. Umbſchlag vvarm überzulegen.

OBSERVATIONUM CHIRURGICARUM DECAS QUINTA.

OBSERVATIO PRIMA.

De Vulnere abdominis lethali.

Milites quidam tempore autumnali nocturno opilionem adoriuntur, ut illo in fugam acto oves furari poſſint; ſed hic ex improviſo ducem illorum globulis ſclopetariis minoribus trajicit, ut in terram prolapſus ſurgere, & cum reliquis aufugere nequeat. Hoc facto in pagum currit, ruſticos magno clamore excitat, qui cum illo egrediuntur, vulneratum tollunt, & in horreum deportant, ubi poſt aliquot horas moritur. Poſtero die cada-

cadaver aperitur, & in illo ſequentia occurrunt phænomena I. integumenta communia, & propria abdominis variis in locis lacerata. II. inteſtina craſſa & tenuia hinc inde vulnerata, & globuli vertebris lumbaribus infixi. III. Remotis inteſtinis ingens ſanguinis copia in cavitate abdominis collecta. IV. Aorta & vena cava rupta & V. renis utriusque ſubſtantia penitus fere lacerata: quæ omnia de vulnere per ſe lethali teſtantur.

OBSERVATIO SECUNDA.

De
Teſtium inflammatione.

JUvenis quidam XVIII. annorum cum ancilla fluore albo laborante coit. Poſtero die ingenti tumore teſticuli dextri corripitur, ſcrotumque ſimul inflammatur cum ventris & femoris dextri dolore, febre, aliisque ſymptomatibus. Pejora itaque metuens mala medicum jubet advocare qui ſequentia adhibet remedia

℞. ▽ *petroſol.*
chærefol.
alkekeng. aa. ℥ij.
lap. ♋ *pp.*
♁ *diaph.* aa. ʒj.
Theriac. veter. ʒß.
⊖ *vol. ſuccin.*
camph.
☍ *junip.* aa. gr. v.
d. ad ſict.
S.

Zertheilendes Træncklein darvon alle 3. biſs 4. Stunden zvvey Löffel voll zuvor vvohl umbgerittelt zu nehmen.

Externe ſequens adhibetur Epithema & cataplaſma.

℞. *Balſ. peruv.* ʒß.
vitell. ov. no. j.
🜄 *camph.* ℥ij.

balſ. vit. Hoffm. ℥j.
Sach. ♄ ʒij.
S.

Euſſerl. mit vvarmen Tüchern überzulegen.

℞. *Rad. alth.*
lil. alb. aa. ℥ß.
Hb. Veron.
Agrimon.
bismalv. aa. m. j.
fl. ſamb.
chamom. utriusq. aa. p. j.
far. fabar.
ſem. lin. aa. ℥j.

Inciſ. contuſ. coqu. in ſ. q. ▽ ſimpl. f. l. a. cataplaſma calide applicandum.

Tumorem hoc modo diſcuſſum Gonorrhæa ſequitur cui ſequentia opponuntur remedia

℞. *Extr. panchym. Croll.*
☿ *d. rit. pp.* aa. ℈ß.
reſin. Jalap. gr. v.
M. f. l. a. pil. no. xv.
S.

Purgirende Pillen Morgens auf einmahl in vvarmer Brühe zu nehmen.

Nec non ſequens

℞. *Tr.* ♀
Balſ. copaiv. aa. ʒij.
°° *Junip.* gtt. vi.
S.

Sonderl. Eſſenz darvon des Tages 2. mahl jedesmahl 30. Tropffen in warmen Bier zu nehmen.

Et ita ab omni morbo liberatus eſt.

OB-

OBSERVATIO TERTIA.

De

Bubone Venereo.

JUvenis alius Veneris caſtra ſequens tumorem quendam in inguine percipit ex albo rubicundum, qui paulo poſt rubicundior evadit, ac ſplendidior cum tenſione, & duritie. Pejora inde metuens mala medici implorat auxilium qui decoctum lignorum & pilulas ☿iales hactenus aliquoties deſcriptas interne exhibet. Externe ſequens tumori imponitur emplaſtrum

℞. *Empl. diachyl. ſimpl.* ℥ij.
☿ *ſaliv. extinct.* ʒij.
°°♀ *q. ſ.*
M.
S.
Pflaſter auf den Schaden zu legen.

Et ita XII. dierum ſpatio ſanatus eſt.

OBSERVATIO QUARTA.

De

Vulnere capitis lethali.

RUſticus quidam XLII. annorum dolore capitis, & ſcabie alias laborans cum vicino contendit, illumque verberibus adoritur: ira inde ille commotus baculo non ita magno caput illius percutit, & vulnus non adeo magnum vertici infligit. Hoc facto percuſſus in terram concidit, vomit, & ſemianimis in domum deportatur. Medicus & chirurgus advocati caput accurate intuentur, contuſionem pericranii cum vulnere deprehendunt, & ægrotum lypothymia correptum. Ad ægrotum itaque excitandum medicus ſequentia præſcribit medicamenta

℞. *Balſ. vit. Hoffm.* ℥ß.
♌ ⊖ ✱ ʒij.
°° *lavend.* gtt. iij.

S.

Haupt Spiritus darvon dem Patienten 25. Tropffen in vvarmer Brühe zu geben, ihn darmit anzustreichen, und vor die Nase zu halten.

Vulnerato hoc modo ad se iterum redeunti capilli abraduntur, sanguis ex vulnere exprimitur, & abstergitur, linteis carptis impletur, sequensque epithema cum empl. de Beton. imponitur, & more solito deligatur.

℞. 🜄 *camph.* ℥j.
Bals. vit. Hoffm. ℥ß.
EE. castor. ʒij.

S.

Eusserl. warm überzuschlagen und beykommende Säcklein warm überzulegen.

℞. *Hb. rut.*
puleg.
beton.
majoran. aa. m. ij.
fl. lavend.
stechad. Arab.
spic. aa. m. j.
Incis. infund. duobus sacculis.

S.

Säcklein in Wein zu kochen und eins umbs andere warm überzulegen.

Postero die medicus rediens admodum soporosum deprehendit ægrotum, & liquor modo dictus frequentius in usum vocatur. Vulnus præterea religatur, quod satis amplum apparet; sed nulla occurrit fissura; unde unguentum ex albumine ovorum & mastiche paratum toti fere capiti imponitur cum linteaminibus calidis ad fissuram ex linea humida cognoscendam; sed frustra cum totum siccum appareat. Vulnus igitur more solito deligatur

& æger-

& æger fatis relinquitur qui lethargo correptus quarto die moritur.

Poftero die cadaver aperitur, & medicus alius advocatus I. fcabiem videt totam fere cutim occupantem II. vulnus in vertice capitis per integumenta ad cranium penetrans, præterea autem nullam nec in mollioribus, nec durioribus integumentis læfionem III. Inter duram & piam matrem, inter cerebrum & cerebellum multum cruoris ex diverfis ibi ruptis vafibus effufi. IV. inter bafin utriusque lympham extravafatam & V. reliqui ventres vifcera oftendunt integra, & incorrupta : ex quibus omnibus fatis fuperque conftat hoc vulnus per fe lethalibus effe annumerandum.

Quibusdam autem hæc plaga per accidens poffet videri lethalis, & quidem fequentes ob rationes. Nam (1.) vulnus fuit exiguum (2.) antea aderat capitis imbecillitas & totius corporis cacochymia. (3.) baculum non ita fuit magnum unde etiam cerebrum non potuit commoveri ut vafa rumperentur. (4.) Ex lethargo inde æger obiit, qui etiam ab aliis caufis potuit produci. Et (5.) pofito adfuiffe cerebri commotionem non omnes tamen ex illa moriuntur.

Primam rationem revellit experientia cum graviores capitis percuffiones aliquando fanentur, & ex levioribus interdum moriantur percuffi. Et quamvis II. caput percuffi doloribus fuerit expofitum, corpusque cacochymicum : nihilominus tamen illis non obftantibus hoc vulnus per fe lethale eft dicendum, quoniam hæc pathemata morti inferendæ minus fuerunt proportionata & ex corporis infirmitate fola absque vulneris acceffu non deceffiffet percuffus.

Porro non valet cerebrum a baculo exiguo non poffe commoveri cum cranium ut quævis corpora folida percuffum tremifcat: qui tremor in offea hac galea fieri nequit, quin ad cerebrum, & partes illi intertextas propagetur, & calva mota in cerebro motum motu fuo vehementiorem imprimat.

Quod quartum dubium attinet, non valet consequentia, cum perinde sit mortem ex vulnere aut symptomatibus evenire, cum hæc ut causa & effectus se habeant. Porro etiam patet ex membri sauciati functionum collatione cum symptomatibus emergentibus lethargum a cerebro læso minus aliunde oriri.

V. Verum utique est non quamvis cerebri commotionem esse lethalem, illam tamen mortem inferre constat, si pathemata hinc emergentia non tantum facultatem animalem sed vitalem etiam enormius turbant, & remedia alias congrua illis tollendis non sufficiunt : quæ omnia hic contigisse in propatulo est.

OBSERVATIO QUINTA.

De

Steatomate femoris sinistri.

PUella quædam XVIII. annorum in solenni quodam convivio saltando corpus exercet, & ex improviso in terram decidit in pedem sinistrum suppositum. Dolorem inde sentit in Ischio ad femur usque excurrentem, quem tamen negligit. Brevi temporis spatio interjecto femur in anteriore parte sensim incipit intumescere, & tumor adeo increscit ut intra sex septimanas solitam magnitudinem duabus vicibus superaret. Sevo similis tumor ille apparet, & venæ cœruleæ superstratæ marcescunt, tandem vero aperiuntur, & puella hæmorrhagia superveniente vitam cum morte mutavit.

OBSERVATIO SEXTA.

De

Vlcere cum carie ossis maxillæ.

FOemina quædam XXXII. annorum per aliquot temporis spatium tumore duro laborat, maxillam inferiorem lateris sinistri, & di-

& dimidiam fere faciem occupat. Suppuratus hic tumor ſponte in ore aperitur, & pure evacuato brevi ſanatur: extrinſecus autem a chirurgo ſcalpello aperitur, ulcus nullis cedit remediis, ſed per tres integros menſes manet apertum. Medicus tandem acceſſitus, ulcus in maxilla inferiore profundum & dolorificum offendit, ex quo quotidie magna puris copia promanat, cum carne ſpongioſa, dentis carie, & partium vicinarum duritie. Cariem ex carne luxuriante, & puris copia colligens dentem carioſum chirurgum jubet extrahere, unguentum digeſtivum hactenus ſæpe deſcriptum cum turunda applicare, & ad tumorem diſcutiendum Empl. diachyl. ſimpl. cum ☿ & ℴℴ ♀ imponere, & durities paulo poſt ſublata eſt. Ad carnem luxuriantem abſumendam ○ uſtum imponitur, & ad ulcus applicandum pulvis croci metallorum aſpergitur vel etiam turunda ex radice Gentianæ formatur.

Uſu horum remediorum per aliquot menſes continuato quædam fragmenta ab oſſe maxillæ ſeparantur, & eximuntur, eoque facto puris copia imminuitur, cum carnis fungoſæ proventu, & ulcus brevi temporis ſpatio penitus coaleſcit.

OBSERVATIO SEPTIMA.

De

Phymoſi & paraphymoſi.

VIr quidam XXXII. annorum uxorem ducit juvenem & vegetum. Per totum annum cum illa degens ob impotentiam tandem ab illa accuſatur, & maritus medici examini & curæ traditur. Medicus virgam intuens glandem ita præputio tegi deprehendit, ut illud retrahi nequeat cum urinæ fluxu impedito, & dolore urethræ, & hæc omnia non ita pridem ſuam ſumſiſſe originem. Ad hoc malum tollendum ſequentia adhibentur remedia

℞. lap.

℞. *lap. ♋ pp.*
♁ diaph.
Arcan. dupl. aa. ʒj.
specif ceph. Mich. ʒß.
camph. ℈j.
M. f. pulv. div. in VIII. partes æquales.

S.

Sonderl. Pulver darvon Morgens und Mittags eins in warmer Brühe zu nehmen.

Nec non sequens Epithema cum Empl. diachyl. imponendum.

℞. *Bals. copaiv.* ℥ß.
vitell. ov. no. j.
Bals. vit. Hoffm. ℥ij.

S.

Balsam eusserlich warm zu gebrauchen. Et ita malum brevi sublatum est.

Hujus maritus paulo post a magistratu medici lustrationi, & curationi traditur in quo contrarium fuit observatum cum glans præputio tegi non posset: quod malum ex Gomorrhæa sibi contraxerat, qui sequentibus remediis brevi curatur

℞. *Tr.* ♀
Bals. copaiv. aa. ʒij.
°° Junip. gtt. v.

S.

Sonderl. Essenz darvon alle Morgen und Mittag 35. Tropffen in warmer Brühe zu nehmen.

Externe sequens epithema, & cataplasma adhibetur, & æger ita restituitur.

℞. *Bals. peruv.* ℥ß.
vitell. ov. no. j.
♌ *lumbr.* ∀*str.*
fl. til. aa. ʒij.

S. Umb-

S.

Umbschlag eusserlich warm zu gebrauchen.

℞. *Hb. scord.*
salv.
serpill.
puleg. aa. m. j.
fl. chamom.
samb.
lavend. aa. p. j.
far. fabar.
sem. lin. aa. ℥j.

Incis. coqu. in s. q. ▽ simpl. ad cataplasmatis consistentiam, & applicentur calide.

OBSERVATIO OCTAVA.

De

Parulide.

FOemina quædam XXIV. annorum dentium dolori alias obnoxia tumorem quendam in gingiva superiore & inferiore sinistri lateris sentit cum calore & dolore ad partes vicinas sese extendente. Medicus in auxilium vocatus sequentia adhibet remedia

℞. ▽ *fl. samb.*
card. ben. aa. ℥ij.
lap. ♋ *pp.*
M. S. aa. ʒjß.
Diascord. Frac. ʒj.
⊕ *depur.* ʒß.
syr. papav. errat. q. s.
d. ad fict.

S.

Resolvirendes Träncklein darvon alle 3. biss 4. Stunden etl. Lœffel voll zu nehmen, zuvor aber wohl umbzuritteln.

Externe Theriacam parti affectæ jubet imponere, & balſ. vit. Hoffm. ſæpius in ore detinere, & ita brevi reſtituta eſt.

OBSERVATIO NONA.

De

Vulnere veſicæ.

STudioſo cuidam XXVIII. annorum tempore nocturno per plateas hinc inde diſcurrenti tandem a quodam adverſario hypogaſtrium prope oſſium pubis comiſſuram perfoditur. Medicus & chirurgus advocantur, qui illum hæmorrhagia inſigni vomitu atque dolore ejusdem lateris ad lypothimias uſque laborantem deprehendunt cum urina per vulnus effluente. Medicus interne ſequentia præſcribit remedia

℞. *EE. traumat. VVed.* ℥ij.
liqu. CC. ſucc. ℥j.
EE. anod. ℈j.

& chirurgo vulneri inſtillare jubet ſequentem balſamum

℞. ☍ *terebinth.* ℥ß.
vitell. ov. no. j.
balſ. vit. Hoffm. ℥ß.

nec non unguentum digeſtivum plumaceolis applicare, & Empl. Opodeldoch. imponere.

Die tertio medicus ſequens præſcribit Apozema

℞. *Rad. liquir.*
Ariſtol. aa. ℥j.
Hb. veron.
hedr. ▽eſtr.
agrimon. aa. m. j.

fl. malv.

fl. malv. arbor.
viol. aa. p. j.
Incis. coqu. in s. q. ▽ simpl. & tunc
℞. *colat.* ℔ij.
syr. dialth. Fern. ℥ij.

S.

Heilender Wund-Tranck darvon zuweilen ein Wein Glas voll warm zu trincken.

Externe Bals. vuln. Mindereri cum Empl. Opodeldoch. adhibetur & æger perfecte restituitur.

OBSERVATIO DECIMA.

De Herpete militari.

PUella quædam XVI. annorum tumorem latum, & cutim asperantem in fronte percipit cum duritie & sensu ustionis. Sensim hic tumor in orbem progreditur medio sanescente dum extremitates procedunt. De formæ conservatione sollicita medici implorat auxilium qui sequentia exhibet remedia.

℞. *lap.* ♋ *pp.* ʒij.
sperm. cet. ʒj.
⦶ *depur.* ʒß.
☿ *nat. pp.* ℈ij.
camph. ℈j.
d. ad scat.

S.

Sonderl. Pulver darvon des Tages 3. mahl eine gute Messerspitze voll in warmer Brühe zu nehmen.

Externe sequens adhibetur unguentum, & ab usu horum remediorum tumor sensim evanescit

℞. *Ungt. rubr.* ℥j.
camph. ʒj.
☿ ʒß.
°° *ros.* ℈ß.
f. l. a. linimentum d. ad fict.

S.

Salbe den Schaden warm darmit zu salben.

FINIS.

INDEX

INDEX

Accuratus & copiosus rerum omnium in Bartholdi operibus contentarum.

Numerus prior partem indicat posterior autem ejus paginam.

B.

Brady-

Dysen-

F.

Me-

V.